ELBERTI LEONINI ... EMENDATIONUM SIVE OBSERVATIONUM LIBRI SEPTEM. IN...

Elbertus Leoninus, Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
17 D
24

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

30.6.38
39
21
39
36
19
35
13-10-24

Digitized by Google

Digitized by Google

ELBERTI LEONINI IN FLORENTE QVONDAM ACADEMIA LOVANIENSI PRIMARII IVRIS PROFESSORIS, CONSILIARII STATVS,

Ducatus Gelriæ Comitatuſque Zutphaniç Cancellarij.

EMENDATIONVM SIVE OBSERVATIONVM LIBRI SEPTEM.

IN QVIBVS PRÆTER INNVMEROS IVRIS LOCOS CVM EMENDATOS TVM ILLVſtratos, pleræque vtiliſſimæ & in praxi vſitatiſſimæ materiæ, nova acconcinna methodo pertractantur.

Ad Reverendiſſimum Ampliſſimumque virum, Quirinum Leoninum, Cathedralis Eccleſiæ Ratisbonenſis Præpoſitum meritiſſimum.

BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESV



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Ex Collegio ... Ill.mi Com...

ARNHEMII GELRORVM,

Ex officinâ typographicâ Ioannis Ianſonij.

Anno M. D C. X.

Digitized by Google

Digitized by Google

REVERENDISSIMO NOBILI ET AMPLISSIMO VIRO, DN. QVIRINO LEONINO

S. TH. D. PROTONOTARIO, COmiti Pal. Cæſ. Cathedralis Eccleſiæ Ratisbonem. Prępoſito, Archidiacono ac Vicario generali. Sereniſſ. Vtriuſque Bavariæ Ducis Conſilario, Cognato obſervandiſſimo.

***

SOLENT VT PLVRIMVM qui Principum aut Procerum gratiam ambiunt, viam ſibi huc munire oblato ipſis aliquo munere, quod vel ipſimet in pretio habent, vel quo maximè delectari credunt eos quos ambiunt Proceres. Idem & ego affectaſſe videbor fortaſsè multis: Nam (vt verum fatear) nihil extat in omni ſupellectile meâ literariâ, vel mihi charius, aut quo magis Amp. V. putem affici, quam eæ quas tuus Patruus, meus Auus, Elbertus Leoninus ſingulari legato mihi reliquit lucubratio-

nes ſuas, à ſe quidem dum vixit conſcriptas, ſed ob alias occupationes quibus premebatur nondum in lucem editas: Quarum hic partem aliquam vulgamus, vobiſque munus (vt ſpero) non ingratum damus dicamuſque. Non id quidem promerendi aucupandive favoris veſtri (nè me ex alieno labore laudē præmiumue conſectarier quiſquam exiſtimet) ſed quod litterarium hunc Leoninæ familiæ fœtum cui magis pro merito offeram videam neminem. Vnus ſiquidem ex totâ illâ familiâ es, cujus nomen non in his tantum ditionibus magnum & celebrè, ſed qui generis illius famam etiam extra Belgij noſtri fines honorificentiſſimè propagaſti: Teſtatur hoc honorū dignitatumque meritiſſimè adeptorum cumulus, & illa quâ apud Sereniſſ. Bavariæ Duces emines fides & authoritas. Et vt ego maxumè ſileam, per ſe loquuntur egregia illa pietatis pariter ac liberalitatis teſtimonia, quæ multis paſſim in locis æterno tui tuorūque nominis elogio erexiſti. Inter cętera pręclarum illud Ingolſtandienſe Seminarium quod incredibili impensâ non ita pridē poſitū abs te ac dotatū, egregia doctiſſimorū hominum ingenia promittit indies. Quâ vel ſolâ munificētiâ effectū eſt, vt nō in præſentiarū tantū prudentię ac eruditionis veſtræ fructū to- Bavaria ſentiat: Sed illud inſuper vt habeat omnis ęvi poſteritas quod liberalitati ac munificentiæ Amp. V. acceptum ferat. Neque enim vlla diuturniora rei benè geſtę monumenta inuenias, quam ad rei litera-

riæ

riæ vtilitatē promotionemque erogata impendia. Et cum alijs omnibus tēporis diuturnitas gloriā & nomen minuat, his ſolis contrario quodā fato datū eſt, vt quo plus ævi ac temporis effluxerit, eo plus laudi ac gloriæ largitoris additum videatur. Quæ omnia certiſſima mihi & indubitata auguria ſunt, ſub nominis favoriſque veſtri patrocinio, à maleuolorum morſibus præſens opus facilè vindicandum, cujus auſpicijs tā eximium rei literariæ monumentum, tam exiguo temporis ſpatio adeo fœliciter adolevit. Pluribus hoc noſtrum munus vt probem non laboro, magis adnitor vt animum obſequiumque meum, quod perennabit dedevotum genio Ampl. V. Voto hic addito deſino, vt illa quæ A. V. meritiſſimè contigit rerum omnium fœlicitas, in longum perduret, augeaturque & creſcat indies. Vale Vltrajecti Anno à Chriſti nativitate Milleſimo ſexcenteſimo decimo. prid. Kal. Martias.

Reverendiſſ. Ampl. V.

Devotiſſimus Cognatus

Elbertus Zoſius.

Digitized by Google

ELBERTVS ZOSIVS
LECTORI CANDIDO.
S. D.

EN tibi amice lector, ante annos aliquot promiſſas emendationes Ampliſſ. viri Elberti Leonini Avi mei; nec eas adhuc totas,& vix vltra ſemiſſem. Vſque adeo conatibus noſtris obſtitit Typographi vel tarditas vel tergiverſatio; qui octavum jam amplius annum editionē hanc diſtulit: calamitates patriæ noſtræ excuſans,& bella quibus hactenus(non ſine motu totius Chriſtiani orbis)exagitatum Belgium. Sed ſive placuimus ſatis ſunt iſta: ſi diſplicuimus nimia. Neſcio enim quo modo ſtudium hoc emendandarum legum,in multorum ora ac calumnias conſuevit incurrere. Eorū præſertim,qui ægrè ab antiquâ ac receptâ lectione recedentes,ſacroſanctam legum authoritatem intactā volunt: & ab omni pœnitus mutatione abhorrentes,antiquæ ſcripturæ vitia præter modum religioſè tuentur. Quorum opinioni vt nunc reſpondeā non eſt animus, in præſentiarum nihil aliud quā vadū judicij veſtri tentatur⁹,& quid de hoc opere candidus lector ſentiat. Cui ſi gratus acceptuſque hic labor noſter, quē vulgandis

Avi

Aui lucubrationibus, ad communem ſtudioſorū juris vtilitatem impendimus: efficiā vt non ſolū auctos abſolutoſque hos emendationum libros, ſed aliquot etiam Conſiliorum volumina ab hoc Authore ſtudioſa iuventus habeat. Præter eas quas ante annos aliquot juſſibus Gregorij Decimitertij in libros Decretaliū congeſſit notas, quas Romani Correctores (licet ſtrennuā ſanè navarint operam) nequaquam tamen omnes viderunt aut animaduerterunt. Nec deſinā (tempus modo ſuppetat & otium) animū adijcere ad prælectiones & Commentaria ad omnes ferè Digeſtorum & Codicis libros. quorū tamen aliqui vivo adhuc Authore (illo tamen inſcio) lucē iam aſpexerunt. Sed quam non limati, nec extremâ illâ aſciâ politi, judicij veſtri erit, cum eoſdem illos libros limatiores auctioreſq; dabimus.

Vale mi lector, & poſito inuidiæ morſu Authoris mortui manes nè læde, quādoquidē ille vivus læſit neminē.

***

Digitized by Google

IN SINGVLARES ET ERVDI-tos Clariſſimi IC.ti D. ELBERTI LEONINI Emendationum Libros.

IN Chaos antiquum, Iuris Sapientia tandem
Corruitura foret, ſi leges perpete fœdas
Barbarie, immerſas vitijs, tectaſq; tenebris
Explorare velint ad amuſſim ſæcula nulla;
Et nudum rurſus reuocare in Lumina verum.
Ergò LEONINVS multum de Iure meretur,
Inclyta Conſilijs cui dudum gloria nata.
Ille etenim Iuris Legumq; arcana recludit,
Difficileſq; locos notat, explicat, eruit atris
E tenebris, reſecat lolium & ſpineta, frequentes
Indicat errores, libràq; examinat æquà.
Iuſtitiæ Dux eſt, nam dum Reſponſa virorum
Prudentum, Oceani medijs in fluctibus hærent
Naufragium quæ paſſa diu, ceu CELSVS & alter
SCAEVOLA, ad optatum perducit ſingula portum
Lumine Doctrinæ miro, quo Iura reſeruat
Intemerata, prius quæ depravata fuère.

THEODORVS COCKIVS Curiæ Vltrajectinæ Advocatus.

Digitized by Google

ELBERTI LEONINI EMENDATIONVM SIVE OBSERVATIONVM.

LIBER PRIMVS.

SVMMARIA.

1. *Gloſſam ſub interpretationis ſpecie textum non raro involuere. Et nu.3.4.5.6.7.*
2. l. *Fulcinius* §. *vlt quib. ex cau. in poſſ. ea. vera lectio & interpretatio. Et* 17.20.23.
9. *Miſſio ex primo decreto cuſtodiam rerum duntaxat tribuit.*
10. *Carbonianus bonorum poſſeſſor quid conſequatur.*
11. *Miſſio in realibus iudicijs pinguior quam in perſonalibus.*
12. *Ex miſſione quomodo & quando dominium conſequamur. Et* 16.22.31.
13. *Miſſio ex ſecundo decreto præter nudam cuſtodiam etiam perceptionem fructuum tribuit.*
14. *Qui tamen vel in vſuras vel in ſortem ſunt imputandi. Et* 18.
15. *Etiam ab eo qui ex reſcripto Divi Pij mittitur. Et* 19.
21. *Miſſio ex edicto prætoris & reſcripto Divi Pij in quibus differant. Et* 24.25.26.
27. l. *Si finita* §. *ſin autem de damno inf. explicata.*
32. *Miſſiones hodie vix frequentatæ.*

CAPVT PRIMVM.

1 PERVULGATUM eſt gloſ-
ſam ſepè deſtruere textũ,
ſeu vt quidã ait, ex gloſſa-
rũm diuerſitate intelligẽ-
tiam textus obtenebrari,
& ſtudioſi animum, qui prius incertus
erat, ex varietate interpretationum in-
certiorem dimitti. Cuius rei evoluen-
ti corpus vniverſi juris infinita exem-
2 pla ſunt obuia. Inter † quæ memora-
bilis eſt contentio, & per multas varie-
tates agitata accurſij & aliorum inter-
pretatio eius, quod à Divo Pio reſcrip-
tum refert Vlpianus, in l. Fulcinius, §
vltimo. Quibꝰ ex cauſis in poſſeſſio. ea-
tur. aduerſus eum qui hæreditatẽ poſſi-
dens copiam ſui non faciebat, in poſſe-
ſſionem rerum hæreditariarum adver-
ſarium inducendũ eſſe, eo addito, quod
ejuſdem reſcripti verbis etiam fructum
percipere jubeatur is: *qui per nimiã con-
tumaciã poſſeſſoris hæreditatis vt lucro eius
cedat in poſſeſſionem inductus eſt rerum hæ-
reditariarum.* Nam † inde omnes ferè 3
putãt miſſum ex primo decreto in poſ-
ſeſſionem ob nimiam contumaciam
adverſarij fructus lucrari. Et hoc ſpeci-
ali jure & prærogatiuà in petitione hæ-
reditatis ex quorundam ſententià.
Quibus † alij contradicunt, & rationẽ 4
in ſpeciali beneficio Divi Pij conſtitu-
unt. Alij †. verò gravitatem contuma- 5

Digitized by Google

ciæ ponderarant, nimiam contumaciam
puniri arbitrantes, maximè ſi vt Bar-
tholus ſcribit, verbis primi decreti adij-
ciatur, quod miſſus in poſſeſſionẽ fru-
6 ctus lucrari debeat. Rurſus † alij diſtin-
guunt, an is qui experitur, ſit hæres an
7 extraneus. Deniq; † pleriq; in eà ſunt
ſententia, vt miſſus non lucretur fruct⁹,
8 ſeu eos ſuos faciat. Quæ † animum ſtu-
dioſi diſtrahunt, & opinionum laqueis
ab omni parte conſtringunt: quos cui-
tare non fuiſſet difficile, ſi interpretes,
id quod Divus Pius reſcripſit magis ad
juris rationem expendiſſent, quam ad
corticem ſcripturæ. quæ in omnibus li-
bris excuſis & manuſcriptis deprauata
eſt, in verbis; *vt lucro eius cedat*. Quibus
ſciolus aliquis juris ignoratione lapſus,
indoctà ineptaq; juncturà ſyncerum
& elegans Vlpiani reſponſum interpo-
lauit & adulterauit. Quoniã hujuſmodi
pœna, neque ex primo, neque ex ſecun-
do decreto, neque ex conſtitutione diui
Pij contra contumacem, etiam doloſè
& fraudandi adverſarij cauſa latitantẽ
inducitur, ſiue in bona debitoris, ſiue in
res hæreditarias, ſiue in res ſingulares
quas quis vẽdicare intendit, miſſio de-
9 cernatur. Ex † primo enim decreto
miſſus non proprietatẽ neq; poſſeſſio-
nem nanciſcitur, l. qui legati C. vt in
poſſeſſ. legatorũ. ſed detentionem atq;
cuſtodiam rerum, vt eleganter reſpon-
dit Pomponius, in l. cum legati. ff. Qui-
bus ex cauſis in poſſeſſionem eatur. his
verbis: *Cum legati vel fidei commiſſi ſer-
uandi cauſa, vel quia damni infecti nobis nõ
caueatur, bona poßidere prætor permittit, vel
ventris nomine in poſſeßionem nos mittit,
non poßidemus: ſed magis cuſtodiam rerum
& obſeruationẽ nobis concedit*. Et † quam- 10
uis eum qui mittitur in poſſeſſionẽ ex
Carboniano edicto prætor poſſeſſorem
conſtituat: is tamen nihil diminuere
poteſt ex hęreditate, niſi veſcendi cauſa,
& vſq; ad id, quod alimentis eſt neceſſa-
rium: l. 3. §. miſſum, & l. ſed etſi. De
Carboniano edicto. ne præſumptio Car
bonianæ poſſeſſionis præjudicium ad-
verſarijs adferat. Rurſus † licet in rei 11
vendicatione, petitione hæreditatis &
alijs realibus judicijs plus virium habe-
at miſſio quam in perſonalibus: nun-
quam tamen miſſus ex primo decreto
efficitur dominus, nec pro domino eſſe
incipit, nec veram poſſeſſionẽ aſſequi-
tur, † niſi paſſus miſſionẽ negligat intra 12
annum venire, & præſtita cautione at-
q; refuſis expenſis rem recuperare; cap.
quoniam frequẽter, §. in alijs. cap. tuę,
vt lite non conteſtata. l. conſentaneũ.
C. quom. & quando iudex. Quin etiã
poſt anni lapſum miſſus verus quidem
poſſeſſor efficitur, ſed non ſtatim lucra-
tur fructus, manetque adverſario ſalua
quæſtio proprietatis, donec (auditis
poſſeſſoris defenſionibus) id quod juris
ratio exigit ſtatuatur, aut competẽs ju-
dex latitanti terminũ præfigat ad agen-
dum de proprietate. Eo enim lapſo ſe-
curus fit poſſeſſor, & adverſarius ſuper
proprietate vlterius nõ auditur; vt rectè
notauit Bartholus. in l. ſi finita § Iulia-
nus. nu. 54. ff. de damno infec. Quod † 13
idem obſeruatur in interpoſitione ſe-
cundi decreti, ex quo miſſus non fit in-
commutabiliter domin⁹, neq, lucratur
ſtatim fruct⁹ (vt verba illa ſonant, *lucro
eius cedant*, juxta illud Vergilij: *Cedat
Lauinia coniunx*, & pleriq; malè opinan-
tur)

tur) ſed poſſeſſionē & adminiſtrationē conſequitur cum perceptione fructuū, donec ex authoritate judicis ſatisfactionē obtineat, per adjudicationē rei, per ſolutionē debitoris vel per venditionē bonorum aut in ſolutum dationē, pro varia natura cauſarum ſeu negociorū, de quib⁹ agitur; l.1.C.de prætorio pignore. Bartholus in d.l. ſi finita. §. ſi de vectigalib⁹ nu.11.Idq; † ſecundū modum & menſuram debiti, per ſommariam cognitionē declarati, l. cum proponas & ibi gloſſa in verbo *cōſtat*.& authēt.& qui jurat,in verbis *debiti declarati*.C.de bonis authoritate jud.poſſi.pro quo miſſio facta erat,fructib⁹ ad cōmodum debitoris imputatis in vſuras vel in ſortem,l. is cui,§.quæri poterit ff. vt in poſſeſſ. legatorum. Et ita in creditore pignoris conſtitutū eſt. l. prætor ait, in prin.ff.De bonis autho. Iudic.poſſi. Et generaliter obſervatur in omnibus qui in poſſeſſionem miſſi ſunt. Nam prætor judicium in factum tribuit adverſus eum qui cū in poſſeſſione eſſet; fructus quos eo nomine cœperit, non reſtituit.d.l. prætor ait in princip.

Et † ei qui ex conſtitutione diui Pij in poſſeſſionem mittitur, poſt ſex menſes fruitio perceptioq; quidem fructuum permittitur d.l.is cui.§.Imperator Antonin⁹, ſed diminutio denegatur; quia officium ejus eſt, fructus atq; vniverſas res colligere & cuſtodire. & ſi miſsus quid amplius quam ſibi debetur,perceperit, exemplo pignoratitiæ actionis etiam vtilis actio ad id refundendum dari debebit.d.§. quæri poterit. Neq; † enim prætoris edictum, neq; reſcriptū diui Pij miſsum abſolute dominū vel hæredem facit,antequam vſucapio impleatur, vel ex authoritate judicis aut Principis bona ei adiudicentur, in ſolum dentur, aut per miniſtros juſtitiæ diſtrahantur,pro modo & menſura debiti,ſervatis ſolemnitatib⁹ juris ſeu conſuetudinis. l.vlt.C.de bonis autho.jud. poſſid. Eoq; pertinet, quod prætoris edictum non tantū de poſſeſſione verū etiam de venditione, in d.l.Fulcini⁹ in princip. & conſtitutio Diui Pij in l. is cui §.Imp.Antoninus ff. vt in poſſ.leg. de ſatisfactione loquatur. De qua ex juriſdictione eius ad quē cognitio pertinet,examinato negocio, decernendū eſt, antequam poſſeſſor plenum dominium aſſequi, aut fructus vere lucrari poſſit. Et hoc eſt quod Alexander Imperator Paulinæ reſcripſit, l.qui legati, C.vt in poſſeſſ. legatorū. vt poſt acceptum pignus ſatisfiat aditum competentem judicem providere debere. Ex † 17
quib⁹ intelligitur, neq; ex prærogatiua petitę hereditatis, neq; ex ſpeciali beneficio diui Antonini,neq; alia ratione miſſum ex primo vel ſecundo decreto ob contumaciam lucrari fruct⁹ rei poſſeſſæ; neq; enim effectus primi vel etiā ſecundi decreti tam late patet vt lucrū fructuum poſſeſſori attribuat, etiamſi miſſionem paſſus in magnà ſit contumacià,& fruſtrandi adverſarij cauſá latitet.d. l. Fulcinius,§. 1. Et conſtitutio ſeu reſcriptum ab Vlpiano citatum in d.l.Fulcini⁹.§.vltimo.longe aliam ſententiā habet. Etenim Imperator Antoninus Auguſtus hoc tantum reſcripſit,certis ex cauſis,ſeu vt alio loco Vlpianus refert, in d.l.is cui,§.Imperator l. 3.ff. Ne vis fiat ei qui in poſſeſſ. miſſus

Digitized by Google

eſt.certis modis, non ſolum in res hæreditarias, verum etiam in bona propria heredis legatarios ſeu fideicommiſſarios eſſe mittendos, ſi poſt ſex menſes, quã aditi pro tribunali fuerint, ij quorum de ea re notio eſt, in ſatisfactione ceſſatum eſt, indeq; fruct⁹ percepturos, quoad voluntati defunctorum ſatisfiat. Quæ à terminis primi decreti recedunt, & ad inſtar ſecundi decreti in legatorũ & fideicommiſſorum cauſis poſt moram ſex menſium locum vendicant, & præter poſſeſſionem, adminiſtrationẽ & perceptionem fructuum nihil attribuunt, cum vſucapiendi conditione & amittendæ proprietatis periculo, niſi ante impletam vſucapionem aut adiudicationem acceleretur ſatisfactio. In qua fructuum ratio habetur, & quod ex fructibus percipitur, primum in vſuras, mox ſi quid ſuperfluum eſt, in ſortem debet imputari, vt idẽ Vlpian⁹ in interpretatione reſcripti Diui Pij aperte tra-
18 didit, in d. §. quæri poterit. Ita † vt is qui bonorũ poſſeſſionem paſſus eſt, ſi per nimiam contumaciã intra ſex mẽſes moram non purgaverit & ſatisfecerit, non puniatur, ex conſtitutione diui Pij, gravius, quam quod à poſſeſſione dejiciatur, vſucapionis periculo ſubjiciatur, & adverſari⁹ in veram poſſeſſionẽ, perceptionem fructuum & adminiſtrationem perveniat, ſub onere reſtituendi vel imputandi in vſuras aut ſortem, ſi adverſarius tempeſtiuè & ante perfectã dominij acquiſitionem miſſo ſatisfaciat, vt Vlpian⁹ ait, in d. §. quæri poterit. Ob quod Alexander Imperator ſcripſit, in l. certa eſt forma. C. vt in poſſeſſ. legato. certam eſſe formam juriſdictionis, qua fideicommiſſi ſervandi cauſa in poſſeſſionẽ rerũ, quæ in cauſa hæreditaria ſunt, aut dolo malo eſſe deſierunt, is cui legati vel fideicommiſſi ſatis non datur, mittitur, vel in proprias res hæredis, ſi fideicommiſſo ſatis non fecit, poſt ſex menſes, quã peti cœperit, ſecundum Diui Antonini patris ſui cõſtitutionem. Per quam † hoc inducitur, 19
vt miſſus in poſſeſſionẽ, adverſus eum, qui legatorum nomine nõ ſatiſdat, aut morã fideicommiſſo facit poſt ſex mẽſes verus poſſeſſor, & exemplo bonę fidei emptoris, l. bonę fidei. De acquiren. rerum dominio. pene dominus efficiatur: & adverſarius per ſatiſdationẽ non relevetur, nec poſſeſſionem recuperet, niſi antequam res vſucapiatur aut adjudicetur plene ſatisfaciat. Ad † quod 20
Vlpianus reſpiciens, in d. l. Fulcinius. §. vlt. rectè dixit, Divum Antoninũ fructum percipere juſsiſſe eum, qui per nimiam contumaciam poſſeſſoris hæreditatis inductus eſt, in poſſeſſionem rerum hæreditariarum. Nam quando poſt miſſionem decretam hæres differt per ſpacium ſex menſium ſatiſdare à poſſeſſione excluditur, & miſſus veram poſſeſſionem aſſequitur, & commutabiliter pro domino poſſidet, propter aggravationem contumaciæ, ex Diui Pij cõſtitutione donec ſatisfaciat, l. is cui §. Imperator vt in poſſ. leg. In † quo di- 21
ffert diui Pij conſtitutio ab edicto prætoris. Nam miſſionem paſſus ex reſcripto principis non recuperat poſſeſſionẽ, niſi ſatisfaciat. qui ex edicto miſſionem patitur, poſſeſſionem recipit, reſarcito damno & ſatiſdatione præſtita. authent. & qui jurat C. de bonis authoritate iud.

poſſi-

Digitized by Google

poſſidend. nam antequam audiatur &
ad proſecutionem cauſæ admittatur, te-
netur reſarcire omne damnum actori,
& vt Iuſtinianus ait, in d. authēt. & qui
iurat, fideiuſſorem præſtare de lite pro-
ſequendà. Sed † neq; reſcriptum neq;
edictum dominium aut fructus poſſeſ-
ſori concedit, antequam vſucapio com-
pleta ſit, aut de adiudicatione in ſolutū
datione, aut venditione rerum poſſeſſa-
rum, aut ſuper controverſià principali,
id quod iuris ratio exegerit, à iudice ſta-
tuatur, vel deniq; per lapſum præſtituti
termini, miſſionem paſſus excludatur.
Ita vt eodem modo quo fit in ſecundo
decreto, miſſus interim libere poſſideat
& fructus percipiat, ſub onere tamen
reſtituendi aut imputandi, vt dictū eſt,
Et † proinde non poſſunt tolerari in
Vlpiani reſponſo, in d. l. Fulciniꝰ, §. vlt.
verba illa: *vt lucro eius cedat,* propter re-
pugnantem juris communis deciſionē,
quæ omniū codicum authoritate ſupe-
rior habenda eſt eiq; præponderare de-
bet. Idq; eo magis quod Vlpianus in
d. § finali, nō de edicto ſeu decreto pri-
mo agat, vt interpretes opinantur, ſed
de conſtitutione divi Pij, quæ primum
decretum ſubſequitur, & vim ſuam ex-
erceet, in eo vt miſſum verum poſſeſſo-
rem conſtituat, eiq; fructus percipere
permittat, demū poſt ſex menſiū ceſſa-
tionem, d. §. Imperator. quam Vlpianꝰ
ad effectum conſtitutionis reſpiciens
nimiam contumaciam vocat. in d. §. fi-
nali. Et † conſiderandum eſt ea inter
ſe differre, non ſolū reſpectu ſatiſdatio-
nis & ſatiſfactionis, verùm etiam in eo,
quod ex reſcripto non fit miſſio in bo-
nis hæreditarijs, niſi ex mora hæredis
non ſolventis. Edictū non requirit mo-
ram hęredis, ſed ab initio etiam, ante a-
ditam, hæreditatem miſſionē admittit.
Per † edictum cum de legatis ſeu fidei- 23
commiſſis agitur fit miſſio in bonis hę-
reditarijs, per reſcriptū etiam in bonis
proprijs hæredū. Rurſus † in reſcripto 26
certum tempus, videlicet ſex menſium,
conſtitutum eſt, ex quo miſſus veram
poſſeſſionē aſſequitur. in edicto nulla
certa eſt præfinitio temporis; non enim
ſtatim vbi prætor miſit in poſſeſſionē,
poſſidere jubet, ſed tum demum cum
iuſta cauſa videbitur. Quod incertitu-
dinem habet, & ex arbitrio judicis pro
varietate rerum & circunſtantiarum
definiendum eſt. Et † hoc eſt quod 27
Vlpianus ſcribit: in l. ſi finita, §. ſi autē.
De damno infecto. *Interuallum aliquod
debere intercedere, quo aut pro derelicto
ædes longo ſilentio dominus videatur habu-
iſſe, aut miſſo aduerſario in poſſeſſionem &
aliquamdiu morato nemo caueat.* Rurſus † 28
edictū pręcedit conſtitutionem, & con-
ſtitutio edictum ſubſequitur, & poſt ſex
menſiū ceſſationem operatur Item † 29
edictum ad quarumlibet rerum poſſeſ-
ſionem pertinet & omnibus cauſis ex
quibus miſſio decernitur, applicatur.
reſcriptum ſeu conſtitutio divi Pij dun-
taxat legatorum ſeu fideicommiſſorū
conſervandorum gratia comparata eſt.
Deniq; † differentia eſt in cultura & 30
adminiſtratione rerum, quia miſſus ex
edicto per primū decretū ſolam cuſto-
diā habet, nec poteſt prohibere adver-
ſarium ne agrum colat d. l. ſi finita, &
fructus redigat, quod miſſo ex reſcripto
permittitur. Is enim poteſt adverſariū
excludere & ſolus adminiſtrare, & ſi v-

Digitized by Google

tenti fruenti aliqua vis inferatur, interdicto experitur: vt per adverſatiuam orationem eleganter ab Vlpiano exprimitur: in d.l.Is cui § quod ſi ex conſtitutione his verbis: *Quod ſi ex conſtitutione quis in poſſeſſionẽ mittatur, curandum eſt, ne vis fiat vtenti & fruenti legatario.* Quæ ex omnium ſententia non tam ad jus, quã ad factum percipiendi fructus referuntur: & liberam poſſeſſoris perceptionem, & adminiſtrationem reſpiciunt, ſub onere reſtituẽdi aut imputandi, donec ſequatur & perficiatur rei poſſeſſæ venditio, adiudicatio, inſolutum datio, aut per lapſum præfiniti termini excluſio, aut denique comple-
31 atur vſucapio. Et † hoc eſt, quod poſt alios Robertus Maranta ſcribit, de ordine iudiciorum, parte 6. de contumacia. nu. 12. poſt ſecundum decretum lapſo termino cõtumaci pręfinito, creditorẽ miſſum fieri irreuocabilem dominum per rei adiudicationem, ſecundum iuris communis formulam. A † 32
quá, velut tedioſã & prolixã ꝑ cõſuetudines multis locis receditur, & vel probatione legitimè factã in contumacem pronunciatur ſuper jure & proprietate rei; (vt pulchre tradit Petrᵘˢ Rat, ad conſuetudines Pictonũ,) vel actori electio datur, an velit petere terminum ad probandum aut in poſſeſſionem mitti. Robertus Maranta loco citato, nu. 10. Quod non eſt abſimile his, quæ traduntur à Bartholo, in l. conſentaneum C. quomodo & quando judex.

SVMMARIA.

1. *Miſſio in poſſeſſionem inducit vſucapiendi facultatem.*
2. *Adeoque liberé miſſus poſſidet, vt loco eius qui miſſionem paſſus eſt habeatur.*
3. *Voces Dominium & Dominus quandoque pro poſſeſſione & poſſeſſore vſurpari.*
4. *L. Si finita §. poſteaquam ff de dam. infect. explicata.*
5. *Miſſio ex ſecundo decreto, itemque reſcripto diui Pij per cautionis oblationem non extinguitur vel abrumpitur. Et nu.6.*
7. *Aduerſus pupillum indefenſum, eumque qui Reipub. cauſa abeſt, ceſſare decreti & conſt. pœnã.*
8. *L. is cui §. Imperator ff. vt in poſſ. legat emendata & explicata. Et nu. 5. 13.*
9. *Debitor in ſolutione ceſſans cogi poteſt ad diſſoluendam obligationem fideiuſſoriam.*
10. *Ita tamen vt ſine ceſſatione & morà, ſolus temporis lapſus non ſufficiat.*
11. *Arreſtum Gelriæ in cauſa Erneſti Mom.*
12. *Debitor etiam ceſſante morà & diuturnitate temporis, quandoque ad ſolutionem á fideiuſſore compelli poteſt.*
13. *Duareni opinio confirmata.*

CAPVT SECVNDVM.

AD illuſtrationem præcedẽtium prętermittendũ non eſt, quod †
1 quamuis ij qui ex conſtitutione Divi Pij, aut ex ſecũdo decreto poſſidere jubentur, non ſtatim conſequantur dominiũ, aut jus quod miſſionẽ paſſus habuit, poſſeſſio tamẽ à prætore aut ex conſtitutione data, inducit bonã fidem & titulũ ad vſucapionẽ idoneũ l. his, & l. ſi finita §. poſteaquã de damno infecto,

Digitized by Google

ɛto. etiam contra municipes l. ſi finita §. ſi de vectigalibus, d. tit. & creditores, qui pignori res accipiunt. Et tam libera poſſeſſio, miſſo ex conſtitutione vel ſecundo decreto conceditur, vt ipſum poſſeſſorem deijcere poſſit, nec oblata cautione diſcedere cogatur, atque eodẽ jure vtitur, quo vtebatur is qui miſſionem paſſus eſt, d. §. ſi de vectigalibus, & d. §. poſteaquam. Non quod ſtatim dominium aut jus eius qui non cauit, aſſequatur, ſed quod liberam poſſeſſionem & diſpoſitionem rerum habeat: in cuius conſequentiã dominium acquiritur per vſucapionem. Quoniam poſſeſſio miſſi reſpectum habet ad dominij ſeu alterius juris acquiſitionem.

3 Ideoque † apud Vlpianũ in d. l. ſi finita §. Iulianus, & d. §. poſtea voces Dominium aut Dominus nõ ex propriá vi & ſignificatione, ſed per interpretationẽ & metonimiam accipiuntur pro poſſeſſore & poſſeſſione, per quam dominij acquiſitio & acquiſitionis cõſummatio inducitur, effectu proportionato ſuæ cauſæ, ſineque relato ad principium. argum. l. damni. §. Sabin⁹. De damno infecto. Quemadmodum ſæpe alias dominium & poſſeſſio mutuá vice funguntur, & dominium poſſeſſionis & poſſeſſio dominij ſignificationẽ habet, propter voluntatẽ agentium & circũſtantias negocij de quo agitur, atque ex iuris quadam conſequentia, vt Paulus I. C. probat. l. interdum. De verborum ſignificat. & multis exemplis poſt alios confirmant Guilhelmus Fornerius & Iohannes Goddeus. in d. l. in-

4 terdum. Et † hoc modo accipiendũ eſt, quod Vlpianus ſcribit, in d. §. poſteaquam de eo qui jure dominij à prætorẽ juſſus eſt poſſidere. Reſpicit enim Vlpianus ad factum & jus poſſidendi, in cuius conſequentiã dominium acquiritur per vſucapionem, quæ per cautionis oblationem nõ impeditur, nec alio modo abrumpitur, niſi ante lapſum longi temporis, & conſummationem acquiſitionis poſſeſſori ſatisfiat, de eo quod debetur, & expenſæ ſoluantur cũ omni damno & intereſſe. Nam † cum 5 miſſio ex conſtitutione & ſecundo decreto non decernatur, niſi juſta cauſa & interuallum temporis interueniat, quo aut pro derelicto rem longo ſilentio dominus habuiſſe videatur, aut miſſo aduerſario in poſſeſſionẽ & aliquãdiu morato nemo caueat, d. l. ſi finita §. non autem ſtatim. merito vt aliquis finis rei inveniatur poſtea non admittetur cautionis oblatio. vti in reſcripto diui Pij in l. is cui §. Imperator ff. vt in poſſeſſionem legatorũ expreſſum eſt, in verbis: *Si poſt ſex menſes cum aditi pro tribunali fuerint, hi quorum de ea re notio eſt, in ſatisfactione ceſſatum eſt.* Secũdum veram lectionem correctiorum codicum, quam & I C. ſententia, & ratio juris exigit. Quia † conſtitutio 6 non fundatur in eo ſolo, quod non ſit ſatisfactum, ſed eo amplius requirit ceſſationem, id eſt moram & fruſtrationẽ ſeu dolum aut latam culpam eius, cui ſatisfactio incumbit. Non † enim ad- 7 uerſus omnes, qui non ſatisfaciunt, ſed aduerſus eos, qui ceſſant ſatisfacere, & aduerſarium non ſatisfaciendo decipere & fraudare deſiderant, prodita eſt cõſtitutio. Nam ſi pupillus tutorem non habeat, nec curatorem furioſus vel ado-

Digitized by Google

leſcens, ceſſat decreti & conſtitutionis
pœna l. is cui §. ceſſatum .ff. vt in poſ-
ſeſſio. legato. ſeu fide. cauſa. Idem ob-
ſervatur in eo qui ſine dolo malo Rei-
publicæ cauſa abfuit, & ſimilibus. l. in
poſſeſſionem ff. Quibus ex cauſis in
8 poſſeſſ. eatur. Vnde † ſuppoſititia & a-
dulterina exiſtimāda eſt lectio Franci-
ſci Fradini & aliorum, apud quos legitur:
*omiſſa ceſſationis mentione nec ſatisfactum
eſt*. Per quod I C. ſententia & iuris diſ-
poſitio ſubvertitur quæ alioqui elegans
& concinna eſt, legendo: *in ſatisfactione
ceſſatum eſt*: per rationes ſupradictas. Ex
9 † quibus eleganter deducitur ſingularis
limitatio & declaratio eius quod I C. re-
ſpondit, in l. Lucius, ff. mandati. &
Pontifex ſecutus eſt & confirmavit, in
c. fina. De fidejuſſoribus. Debitorē qui
diu ceſſavit in ſolutione debiti, à fidejuſ-
ſore cogi poſſe, ad diſſolvendā obligati-
onē fidejuſſoriā & procurādā fidejuſſo-
10 ri liberationem. Nam † vt fidejuſſori
hujuſmodi facultas concedatur, non eſt
ſatis, longo tempore dilatam eſſe ſolu-
tionem, ſeu debitum non eſſe ſolutum,
(vt vulgò exiſtimant) ſed eo ampiius ne-
ceſſe eſt, debitorem diu ceſſaſſe, & per
negligentiam, moram & fruſtrationem
ſolutionem diſtuliſſe. Alioqui enim &
ceſſante mora & ceſſatione, fruſtra age-
ret fidejuſſor, ex ſola diuturnitate obli-
gationis ad liberationem. Vt videmus
in fidejuſſoribus evictionis, judicatum
ſolvi, & ſimilibus. qui etiam poſt mul-
tos annos liberationem deſiderare ne-
queunt, niſi poſt rem judicatam & evi-
ctionem ſecutam debitor ceſſet & neg-
11 ligat ſatisfacere. Et † ita per Senatum
noſtrum Gelriæ me comprobante, ju-

dicatum memini adverſus eum qui ju-
dicatum ſolvi promiſerat, In cauſa Er-
neſti Mont. Sunt † & aliæ cauſæ ex qui- 12
bus fidejuſſor debitorem ad ſolutionem
poteſt compellere, etiam ceſſante diu-
turnitate obligationis: puta ſi debitor
bona ſua dilapidet, aut ſi longinquam
peregrinationem inſtituat. Panor. in d.
c. fin. Chaſſ. de conſ. burg. tit. des ren-
tes vendues à reachat. § .1. in verb. ſon
principal. obligé verſ. ſed quero nu .25.
cum ſeqq. Andr. Gail. practicar. ob.
lib. 2. cap. 29. adde Guidonem Pap.
quæſt. 117. Illud † omittendum non 13
eſt Vlpiani reſponſum in d. l. is cui .§.
Imperator Antoninus verſic. ſatisfacti-
onis verbum. in fin. alio vitio laborare,
in verbo *poſſeſſionum*, quod ingenioſé
correxit Franciſcus Duarenus, anniver.
diſputationum lib. 2. cap. 16. legendo
non *poſſeſſionum* ſed *ſeſſionum*: quæ dictio
illi reſponſo eſt accommodatiſſima, &
coarguit ſupini erroris prolixos gloſſæ,
& interpretum commētarios. in d. ver-
bo poſſeſſionum. Et † quamquam Du- 14
arenus fateatur ſe authoritate codicum
deſtitui, quibus emendationem ſuam
comprobet: non deeſt tamē aliud ejuſ-
dem Vlpiani reſponſum de eadem re: in
quo manifeſte *ſeſſionum* & non *poſſeſſio-
num* fit commemoratio: In l. 2. §. dies,
Quis ordo in bonorum poſſeſſio. obſer-
vatur, his verbis, *Dies bonorum poſſeſſionis
vtiles eſſe palam eſt, ſed non ſeſſionum nume-
rabuntur: ſi modo ea ſit bonorum poſſeſſio, quæ
de plano peti potuit. quod ſi ea eſt, quæ cauſæ
cognitionem pro tribunali deſiderat, vel quæ
decretum expoſcit, ſeſſiones erunt nobis com-
putandæ, quibus ſedit is, quibusq́ per ipſum
Prætorem factum non eſt, quo minus daret
bono.*

bon. poſſ. In bon. poſſ. quæ pro tribunali datur illud quæritur, ſi ſederit quidem prætor pro tribunali ſed poſtulationibus nõ dederit reſponſum: poteſt dici tempus ad bo. poſſeſſ. non cedere: cum præſes alijs rebus aut militaribus cuſtodijs aut cognitionibus fuerit occupatus. Quæ tam manifeſta ſunt vt dubitari nequeat, quin in alio ejuſdem Vlpiani reſponſo, In d. l. is cui .§. Imperator Antoninus. de eadem re eodem modo legi oporteat.

SVMMARIA.

1. *Fideiuſſor debitori hæres effectus, obligationem fideiuſſoriam extinguit manente principali.*
2. *Hinc mulier ſuccedens ei pro quo fideiuſſit beneficium Velleani amittit.*
3. *Si tamen obligatio fideiuſſoria ſit plenior quam principalis, utraq; ſuſtinebitur. Et nu. 6.*
4. *L. Stichum § aditio & §. quod vulgo ff. de ſolut. vera lectio & explicatio. Et nu. 2.7.9.*
5. *Fideiuſſor minori pro quo interceſſerat ſuccedens priuilegio ætatis non adiuvatur. Et nu. 8. 11.*
6. *Correus debendi correo ſuo ſuccedens duas obligationes ſuſtinet.*
7. *Reſtitutio minoris quando fideiuſſori proſit, remiſſiuè.*

CAPVT TERTIVM.

1 QVoties † concurrit obligatio principalis & fidejuſſoria in eandem perſonam, regulariter extinguitur fidejuſſoria: quia principalis maior ſeu plenior judicatur. L. ſi duo ff. De duobus reis. Et hoc eſt, quod generaliter ſcripſit Iulianus, L. generaliter. in prin. ff. de fidejuſſoribus. eum qui hæres extitit, ei pro quo intervenerat, liberari ex cauſa acceſſionis, & ſolũmodo quaſi reum ſeu hæredem rei teneri. Et ideo ſi ſtipulator fidejuſſorẽ hæredem ſcripſerit, procul dubio, vt Africanus reſpondit, in L. hæres. §. quod ſi ſtipulator. ff. de fideiuſſ. ſola fidejuſſoris obligatio perimitur. Quoniam intelligi non poteſt, vt quis pro ſe ipſo fidejubeat. d. l. Hæres .§. ſervo in fine.
2 Et † hac ratione Papinianus reſpondit, L. Stichum .§. aditio. De ſolutionibus mulierem quę hęres extitit, ei pro quo fidejuſſerat, amittere auxilium exceptionis, quo ante hæreditatis aditionẽ ex cauſa fidejuſſionis juvari poterat: quia ſuccedendo perimitur fidejuſſoria obligatio, & conſequenter evaneſcit reſtitutionis beneficium, ex eo quod extincta per ſucceſſionẽ fidejuſſoria obligatione, mulier proprio nomine & ex propria obligatione convenitur, & ab exceptione Vellejani excluditur. L. quamvis .§. ſi mulier ff. ad Vellejanũ. Quia vt I C. ait, in d. §: aditio. interdictum eſt ſubvenire ſexui mulierum, quæ ſuo nomine periclitentur; ſecundum veriorem lectionem. Cæterum 3
† quod generaliter eſt traditum, fidejuſſorem qui debitori hæres extiterit, ex cauſa fidejuſſionis liberari: non procedit indiſtinctè: ſed ita demum ſi plenior rei promittendi obligatio inveniatur; id eſt, ſi obligatio rei principalis

Digitized by Google

ſit firmior & efficacior. Nã ſi reus ſimpliciter & abſolute fuerit obligatus, fidejuſſoris obligatio extinguitur; quia ceſſat omne creditorum damnum atq; periculum; & fidejuſſoria obligatio vna cum principali in eadem perſonâ ſubſiſtere, atq; conſiderari non poteſt; niſi æquitas extrinſecus vtramque obligationem ſuſtineat, & fidejuſſoris obligatio inveniatur plenior & fortior, quam fuerit obligatio rei principalis: veluti ſi debitor propriam & perſonalem habuit defenſionem. Vt † probat

4 I C. in l. ſtichum §. quod vulgo de ſolut. his verbis, *E contrario non poteſt dici tolli fideiuſſoris obligationem, ſi debitor propriam & perſonalem habuit defenſionem.* Quę vera & genuina eſt lectio & ſentẽtia I C. licet omnia exemplaria manuſcripta & impreſſa, atque interpretum opiniones refragẽtur: negatione, quam ſemel poni oportuit geminata, hoc modo: *E contrario non poteſt dici non tolli fideiuſſoris, &c.* Quæ difficultatem faciunt, & elegantem orationem atque ſententiam Papiniani obſcurant & depravant, ac clariſſimorum interpretum ingenijs atq; judicijs caliginem injiciunt: qui excepto vno Rogerio libris mutilis fidem habentes potius quam genuinum ſenſum I C. ſpectantes, exiſtimarunt in verſiculo illo. è contrario. tolli fidejuſſoris obligationem. eodẽ modo, quo fit in ſuperiori ſpecie, quoties plenior rei promittendi obligatio invenitur. Quod à vero eſſe alieniſſimum & ratio ſubiectæ materię, & contrariorum natura oſtendit. Nam † Papinianus in d. L. Stichum. §. quod vulgo. contrariam facti ſpeciem opponit

5

ſuperiori, quæ contrariam quoque juris deciſionem expoſtulat. Et poſteaquam in priore parte dixerat extingui obligationem fidejuſſoris, qui debitori hæres extitit, ſi plenior, id eſt, firma & efficax inveniatur debitoris obligatio, ita vt ex perſona aut privilegio debitoris labefactari nequeat: ſubijcit in poſteriore parte ſpeciem oppoſitam, in quà ipſius fidejuſſoris obligatio eſt plenior & firmior, ac creditori magis vtilis, propter propriam & perſonalem defenſionem quam habuit debitor, & per quam fidejuſſor contra creditorem adjuvari non poteſt: eleganti propoſito exemplo, in quo quis minori bona fide credidit pecuniam, isq; nummos acceptos, forte fortuna perdidit, & intra tempora in integrum reſtitutionis deceſſit, fidejuſſore hærede relicto. quo ſane caſu quamvis minor ætatis beneficio juvari potuerit, ex propria & perſonali defenſione, fidejuſſoris tamen obligatio durat, tanquã plenior & efficacior, nec eſt ſubiecta poteſtati edicti prætorij de reſtitutione in integrum: cum ætatis contemplatione, & vt ſecurè ſibi proſpiceret creditor fidejuſſorẽ acceperit. Quod juris & æquitatis rationi eſt conſentaneũ: quoniam rei principalis obligatio nõ eſt plenior aut efficacior; ſed è contrario, ipſa fidejuſſoris obligatio eſt firmior & majores vires habet; propter propriam & perſonalem defenſionem minoris, quæ fidejuſſori denegatur. L. exceptiones 2. De exceptionibus. Et † quãvis fidejuſſori plerumque concedatur auxilium reſtitutionis, atque exceptio reo competens, id tamen non eſt perpetuo verum. Ideoq; 6

Scævo-

Scævola lib. ſingulari quæſtionũ publicè tractatarum in l. ſi duo rei. De ſolutionibus. ſcribit, non ſimpliciter generale ſed quaſi generale quid retinendũ: vbi ei obligationi, quæ ſequelæ locum obtinet, principalis accedit confundi obligationem. Quoniam fidejuſſor, ſive ſuccedat, ſive non ſuccedat debitori, periculo fidejuſſionis non eximitur, niſi per ſucceſſionem in pleniorem obligationem incidat, d. §. quod vulgo. aut non ſuccedenti æquitas aliqua auxilium reſtitutionis tribuat. in d. l. Stichum .§. naturalis. vt ſi creditor à debitore petens culpá ſuá ſuccumbuerit, aut dolus adverſarij vel alia ſimilis cauſa intervenerit. L. 1. & 2. C. de fidejuſſor. minorum. Et proinde rectè I C. dixit, L. in cauſę. in prin. De minoribus. in cauſæ cognitione judicis verſari, vtrum ſoli minori ſuccurrendũ ſit, an etiam fidejuſſoribus. Et ſi cum ſcirem minorem & ei fidem non haberem, tu fidejuſſeris pro eo, non eſt æquum fidejuſſori in necem meam ſubveniri; ſed potius ipſi deneganda erit mandati actio. quod exemplo à Papiniano relato convenit, & fidejuſſorem à reſtitutione minori competente excludit, ne in damno hęreat creditor, qui providentiá ſuá, fidejuſſoriæ obligationis vinculum arctius conſtrinxit, quã ut poſſet ex propriá & perſonali minoris defenſione reſolvi aut extingui.

Quæ † vera eſt Papiniani ſentẽtia, manifeſtá juris atq; æquitatis ratione ſubnixa, & aperta lege confirmata, in verbis. *E contrario dici non poteſt tolli fideiuſſoris obligationem*. Quibus rectè ſubjiciuntur cum exemplo relato, ſequentia verba. *Difficile eſt dicere cauſam iuris honorarij, quæ potuit auxilio minori eſſe, retinere fideiuſſoris obligationem, quę principalis fuit, & cui fideiuſſoris obligatio acceſſit, ſine contemplatione iuris prætorij*. Ea enim verba non hoc ſignificant, quod obligatio fidejuſſoris (vt interpretes ex erroneo pręſuppoſito geminatę negationis opinantur) retineat, id eſt, ſuſtineat, conſervetq; cauſam, id eſt, pręrogativam juris honorarij; Et quod fidejuſſor adverſus ſuam fidejuſſoriam obligationem ſic poſſet in integrum reſtitui, poſteaquam minori ſucceſſit, ſicut ipſe minor adverſus ſuam obligationẽ reſtitui poterat: ſed in contrarium ea eſt dictorum verborum ſentẽtia, quod fidejuſſoris obligatio perſeveret & maneat, abſque beneficio reſtitutionis, & prætoris auxilio, quo ipſe minor ab ætatis lubricum juvari poterat: perinde ac ſi dictũ eſſet, difficile eſt dicere, obligationem fidejuſſoris, defuncto minore, retinere reſtitutionis beneficiũ, quo impugnari principalis obligatio poterat, cui fidejuſſoria acceſſit abſque contemplatione, id eſt, ſine ſpe atq; fiducia juris honorarij. Quibus reſtitutionis beneficium reſtringitur ad principalem cauſam, & fidejuſſori denegatur: quia pendet ex propriá & perſonali defenſione minoris, quæ fidejuſſoriam obligationẽ non comitatur in damnũ creditoris, d. l. exceptiones. & l. etſi. De reg. ju contrahere qui aliter cũ minore noluit niſi fidejuſſore accepto, & abſque ſpe reſtitutionis efficaciter obligato : in caſum quo contingeret minorem aut hæredem eius ob ætatis lubricum juvari per reſtitutionem. Et

Digitized by Google

hoc eſt quod Papinianus ſcribit per re-
gulam affirmativam præcedenti nega-
tioni oppoſitam, fidejuſſoris obligati-
onem non tolli, ſed remanere, & effi-
caciter ſubſiſtere, nec infirmari per re-
ſtitutionem, quoties rei principalis ob-
ligatio, perſonali & propria debitoris
exceptione ſeu defenſione reſolvi po-
8 ſſet. Vt † videmus in minore cum quo
bona fide contractum eſt, qui dato fi-
dejuſſore ob damnum caſu fortuito
contingens reſtitutionis beneficiū ha-
bet. Quod non porrigitur ad fidejuſſo-
rem in præjudicium creditoris, qui
non eſt in dolo: quia beneficium me-
re perſonale eſt, & iniquum foret jus
creditoris lædi per reſtitutionem in in-
tegrum, adverſus quam diligenter ſibi
proſpexit fidejuſſore accepto, ſine quo
cum minore non erat contracturus.
Licet itaque beneficium reſtitutionis
cauſam principalem ſequatur, & ipſe
minor, ſi viveret, & nunc fidejuſſor
hæres eius effectus, ſi ex principali ob-
ligatione defuncti conveniatur, per e-
am juvari poſſet: nihilominus tamen
fidejuſſoris obligatio robur ſuum ob-
tinet, & efficaciter ſubſiſtit: ita, vt fide-
juſſor conventus ex propria perſona
& obligatione fidejuſſoria, denegato
reſtitutionis auxilio conveniatur &
condemnetur. Fidejuſſor enim in hac
ſpecie duas obligationes ejuſdem pe-
cuniæ nomine ſuſtinet, L. ſi reus ſti-
pulandi. & L. ſi hæres .§. 1. De fide-
juſſoribus. principalem ſcilicet & fide-
juſſoriam, & evacuata per reſtitutio-
nem principali, ex fidejuſſoria valide
obſtringitur. Quemadmodum é con-
trario ſi mulier, quæ pro Titio fideju-
ſſit ei hæres extiterit, beneficium Vel-
leiani amittit, extincta fidejuſſione: &
ex principali obligatione, quæ majoris
roboris eſt, & prævalet, omnino & ab-
ſolute obligatur. d. l. ſtichum .§. adi-
tio de ſolutionib. Et † hoc eſt quod 9
Papinianus dixit, in d. §. quod vulgo
in fine. *auxilium reſtitutionis fideiuſſori
qui adoleſcenti hæres extitit, intra conſtitu-
tum tempus ſalvum eſſe.* Reſtitutio enim
minori competens, etiam fidejuſſori
eius ſuccedenti conceditur; non quia
fidejuſſor, ſed quia hæres eſt: manente,
& vim ac poteſtatem ſuam retinente
obligatione fidejuſſoria, quæ in hoc eſt
adhibita vt creditor ſecurus eſſet, caſu
quo minor reſtitutionem imploraret.
l. 1. C. de fidejuſſo. minorum. Neq;
enim ratio iuris permittit, damno affi-
ci creditorem, qui ſibi diligenter pro-
ſpexit, vt Papinianus ſcribit. l. debito-
ri. ff. de fidejuſſ. manifeſta ſignificati-
one non extingui fidejuſſoriam obli-
gationem, quando principalis obliga-
tio non prævalet & majorem poteſta-
tem habet quàm fidejuſſoria: ſeu quā-
do creditori, qui non eſt in dolo, nec
quicquam læſit, id noceret. d. l. debi-
tori & d. §. quod vulgo. Ex quibus
detegitur communis error Interpre-
tum, exiſtimantium confundi actio-
nem principalem & fidejuſſoriam, ip-
ſique fidejuſſori per reſtitutionem ſu-
ccurri, ſi reo principali, cui reſtitutio
competebat, ſucceſſerit. Manent enim
ſeparatæ actiones, nec ex perſona hæ-
rédum conditio obligationis immu-
tatur. l. 2. §. ex his. De verborum obli-
gation. l. 2. in princip. De prætor. ſti-
pulat. Et † ita ſi duo ſint rei promit- 10
ten-

tendi, & alter alterum hæredem ſcripſerit, ſuperſtes duas actiones ſuſtinet, atque obligatus eſt, tum proprio tum hæreditario nomine. Et quamvis hæreditaria actio ex capite defuncti aliquâ exceptione elidatur, nihilominus proprio nomine ex altera obligatione efficaciter convenitur. L. ſi duo rei.
11 ff. de ſolutionibus. Et † hoc eſt, quod Bartholus ex ſententia Rogerij ſcribit, in d. §. quod vulgo. beneficium reſtitutionis fidejuſſori competere, ſi convenitur vt hæres, non etiam ſi convenitur vt fidejuſſor. Duabus enim ſeparatis actionibus tenetur fidejuſſor, vt altera in judicium deducta, altera nihilominus remaneat. L. is qui Stichum. De actionibus & obligatio. Et eleganter ab eodem Bartholo traditur. l. 3. De ſeparation. fidejuſſore ſuccedente principali, non extingui fidejuſſoriam obligationem ad incommodum creditoris. Vti etiam cum debitor creditori hæres extitit, aut é contrario creditor ſuccedit debitori, ratio quædam inter hæredem, & hæreditatem ponitur; & plerumque etiam cum fidejuſſoribus agi poterit. L. ſi ei cui. in fine. De ſolutionibus. Ad quem modum accipienda ſunt, quæ ſcribit Oldus Peruſinus. in analyſi ſua bipartita De in integrum reſtitutionibus. tomo 2. parte 50. quæſtio. 48. articul. 3. &
12 4. Et † quibus caſibus reſtitutio minoris proſit fidejuſſori dilucide tractat & diſtinguit Antonius Faber conjecturarum libr. 7. capit. 3. quamvis emendatio dicti §. quod vulgo ab eo adducta libr. 8. cap. 4. ſit lubrica & ra-
13 tione deſtituta. Illud † animadvertendum eſt, quod de fidejuſſoriâ obligatione ſuſtinendâ dictum eſt, ita demum locum obtinere, ſi principalis debitor aliquâ obligatione tenebatur, ſaltem civili aut naturali: quodq; tantam vim ac poteſtatem habeat principalis obligatio, vt aut actionem producere, aut ſoluti repetitionem impedire poſſit. l. 4. § ſi ex conventione. ff. de re jud. l. penul. C. de non nu. pec. Nam quæ obligationes nullo jure tantam vim habent, vt nec condictionē indebiti impediant, ijs haudquaquàm validè fidejuſſores accedere poſſunt. cum iniquiſſimum eſſet, ad ſolutionē eius rei cogere fidejuſſorem, quam principalis debitor adeo nō debeat, vt etiamſi ſolverit, repetere nihilominus poſſit. Et hac ratione deciſum eſt, quotieſcunq; pro non obligato quis fideiuſſit; aut pro turpi, aut alias legibus improbato contractu interceditur, nec fidejuſſoriam quidem obligationem ſuſtineri. l. qui cōtra. 12. ff. de fidejuſſ. & manda. l. cum lex. 47. d. t. Subeſſe enim obligationem oportet cui fidejuſſor accedere poſſit: & acceſſoria fidejuſſoris obligatio, ſine principali cui accedit conſiderari nequit. d. l. qui contra. l. 1. §. debitum. l. eum qui Epheſi. de conſt. pec. Quod vſque adeo verū eſt, vt etiamſi ab initio, valida atque efficax fuerit debitoris obligatio, ſi tamen poſtea non ex ſpeciali aliquo debitoris privilegio, ſed juris communis beneficio ad nihilum recidat (puta ſi debitor præſcriptione longi temporis ab obligatione liberatus fuerit) etiam fidejuſſores liberentur, nec conveniri poſſint. l. ſi quis poſteaquam. 38. de fideiuſſ.

Digitized by Google

SVMMARIA.

1. *L. ſi ſervum ſtipulatus. 91. ff. de verb. oblig. emendata & explicata.* Et nu. 6. 8. 11.
2. *Debitor certæ ſpeciei, etiam ante moram ex negligentiá tenetur.* Et nu. 4. 7.
3. *Cum eo caſu vel negligendo culpa contrahatur.*
5. *Diverſum in venditore, qui rem venditam impunè negligit.*
9. *Obligationem dandi, pleniorem eſſe obligatione faciendi.*
10. *Et tam factum quam non factum continere.* Et nu. 12.
13. *Locator ex lege locationis, etiam promiſiſſe videtur, ne conductor vti frui impediatur.*
14. *Alexandri ab Alexandro ſententia de colono confirmata.*

CAPVT QVARTVM.

LEgendi † varietas obſcuritatem & confuſionem interpretandi
1 inijcit Pauli reſponſo, lib. 7. ad Plautium. in l. ſi ſervũ ſtipulatus 91. in prin. de verbor. obligat. Nam communes editiones Pauli verba ita exprimunt: *An culpa quod ad ſtipulationem attinet, in faciendo quidem accipienda ſit, non etiam in non faciendo. quod probandũ eſt.* Ex quibus Accurſius infert, promiſſorem ſervi nõ teneri ob negligentiam in curando ſervo admiſſam. *Culpa enim,* inquit, *non eſt in non faciendo.* Et hanc opinionẽ Accurſij conſtanter affirmat Franciſcus Duarenus: in d. l. ſi ſervũ. quia qui dare promiſit, ad dandum nõ ad faciendum tenetur; & qui dare promiſit ſervum, ad curandum eum cuſtodiendumve non obligatur. idq; Pauli verba (vt ipſe ait) licet obſcura ſint, oſtẽdunt: quæ ita etiam Florentiæ leguntur: *An culpa (quod ad ſtipulationem attinet) in faciendo accipienda ſit, non in non faciendo. quod magis probandum eſt.* Sed quamquam verba Pauli, vtì a Duareno referũtur, eam ſignificationem habeant, vt promiſſorem ſervi à negligẽtia & culpá in non faciendo admiſſá,
excuſare videantur; juris † tamen ratio 2
refragatur, & promiſſorem ſervi ob negligentiam admiſſam, quia forte ægrotum non curavit, etiam ante moram obligat. l. quod ſi nolit, §. ſi mancipium. De ædilitio edicto. Et ita in rei vendicatione, L. qui petitorio, & l. ſi homo. De rei vendic. In petitione hæreditatis. L. ſi quid poſſeſſor, §. ſicut autem, & l. ei qui .§. vltimo. De petitione hæreditatis. In mandati, L. ſi negocia. ff. mandati. Commodati, L. ſi vt certo, §. interdum ff. commodati. Empti. Venditi, L. cuſtodiam. De periculo & commodo rei venditę. Locati. Conducti, L ſi merces, §. conductor. locati. Redhibitionis judicio. d. §. ſi mancipium. In actione negociorum geſtorũ, L. ſi pupilli, §. vltimo. De negocijs geſtis. In legatis. L. cum res, §. ſed et ſi alienus. De legatis 1. Et generaliter in omnibus alijs, in quibus vel natura cõtractus vel juris diſpoſitio vel lex conventionis, doli vel culpæ præſtationem exigit, L. ex conducto. ff. locati. & l. prætor ait. §. & præterea, De bonis authoritate jud. poſſ. negligentiæ nomine fit cõdemnatio. vt in creditore pignora-

Digitized by Google

titio, l. ſi cum venderet, §. finali, De pignorat. actione, In curatore bonorũ. d. §. & præterea. & ſimilibus. Et hoc eſt quod Vlpianus ſcribit, in d. §. ſi mancipium. Emptorẽ teneri quamcunque occaſionẽ mortis præſtiterit, etiamſi non adhibuit medicum, vt ſanari poſſet, vel malum adhibuit ſed culpâ ſuâ. Et hac ratione negociorum geſtori imputatur, id quod non geſſit, veluti ſi quid à ſe exigere debuit, d. L. ſi pupilli, §. finali. & conductor villarum, curam gerere debet, vt eas incorruptas habeat. d. L. ſi merces, §. conductor. Item fraudem facere creditoribus debitor intelligitur qui ſervitutes per negligentiam amittit, vel rem pro derelicto habet. L. 3. De his qui in fraudem creditorum. Et vſufructuarius, vſuarius, & alij ſimiles, qui agrum non proſcindunt, qui vites non ſubſerũt, aut aquarum ductus corrumpi patiũtur, ex cautione, de vtendo boni viri arbitratu obligantur. L. ſi vſusfructus. ff. de vſufr.

3 Ob † quod ipſe Accurſius, priori ſententiæ non acquieſcens, admittit etiam in negligendo culpam contrahi, & ex eâ promiſſorem ſervi teneri. Idque á Bartholo, Alexandro, Aretino & alijs probatur, & verius eſt, preſertim in promiſſore ſpeciei vel rei ſingularis, de quâ apud Paulum agitur. in d. L. ſi ſervum.

4 Etenim † promiſſor ſpeciei ſeu rei ſingularis culpæ & negligentiæ nomine tenetur, nec liberatur, niſi per fatalem ſpeciei interitum, aut vim majorem abſque culpa ſua contingentẽ. L. quod

5 te, ff. ſi certum petatur. Nec † movet in contrarium id quod Paulus reſpondit lib. 13. quæſtionum: in L. venditor ex hæreditate. De hęreditate vel actione vend. de venditore qui fructus præſtat ex diſtracto fundo, quem vt alienum negligere potuit. Nam Pauli reſponſum, in d. l. venditor. duntaxat ad fructus pertinet, quos non ex obligatione, ſed bonæ fidei ratione præſtat vẽditor, apud ſe ſine cauſã exiſtentes, & provenientes ex fundo vendito. Quod diſſimillimũ eſt ab interitu ſpeciei, vel rei ſingularis, quę in obligationem deducta eſt, & in bonis promiſſoris manet, & periculum eius reſpicit. A quo venditor emptione perfecta liberatur: omni cura & ſollicitudine rei in emptorem tranſlata: L. neceſſario in prin. ff. de pericul. & com. rei vend. niſi vẽditor de dolo aut latâ culpâ redarguatur. L. 1. §. ſed ſi quid, & d. l. venditor, De hæredit. vel actione vend. quâ ceſſante nihil ei imputatur, ſi fundũ venditum vt alienum non attingat, & ſordeſcere patiatur. Eodem modo quo legis Aquiliæ actio ceſſat adverſus eum, qui rem alienam ad ſuam curam neq; dominij neque vſusfructus ratione, aut obligationis alicuius vinculo pertinẽtem non attingit & negligit. d. L. ſi vſusfructus, §. denique. Et † vt ex flucti- 6
bus contrariarum opinionum emergamus ad veritatem, eamque deprehenſam tueamur. conſiderandum eſt, Accurſium, Duarenum, & alios pleroſq; erronea credulitate textum depravatũ pro ſincero accepiſſe. Non enim per duplicem negationem, ſed duplicato adverbio *an*, ita legere oportet: *An culpa quod ad ſtipulationem attinet, in faciendo quidem accipienda ſit, an in non faciendo. quod magis probandum eſt*, ſecundum

Digitized by Google

antiquam editionem Lugdunenſem Iacobi Mareſchal de Anno 1515. quæ congruit lectioni Haloandri, & juris
7 ratione comprobatur. Quoniam † generaliter ad debitorem ſpeciei vel rei ſingularis ſpectat periculum interitus, niſi res caſu fortuito & interitu fatali ante moram & abſque promiſſoris culpâ depereat. Æquum eſt enim eũ præſtare negligentiam propriam, per quã
8 res interijt; Vt † affirmativa lectio ab Haloandro prodita oſtendit, & ſequenti ratione confirmatur, in verbis: *quia qui dare promiſit, ad dandum tenetur.* Quæ non præcedentis dubitationis (vt Accurſius putat) ſed ſequentis deciſionis
9 rationem continent; ſignificantq; † majorem effectum habere obligationẽ dandi quam faciendi in ſpecie propoſita; in qua faciendi verbũ à non faciendo diſtinguitur & ſeparatur, atque dationi opponitur: vigore cuius, promiſſor rem de quâ conventum eſt, cogitur accipientis facere, & antequam accipientis fiat ex legis diſpoſitione culpã præſtare; ſive ea faciendo, ſive non facien-
10 do committatur. Ita † vt in dandi obligatione, & factum & non factum contineatur. non quidem in ſenſu naturali & directo, ſed per quandam conſequentiam, & ad obſervationem & executionem promiſſionis, & vt culpę cõdemnatio evitetur: quia res promiſſa manet promiſſoris & eius periculum reſpicit, donec in creditorem transfera-
11 tur. Vt † oſtendit differentia rei propriæ & alienæ, in diſtinctione culpæ à Paulo propoſitâ, & eleganter ſignificatur dubitativo illo ſermone, *An culpa in faciendo quidẽ accipienda ſit, an in non faciendo?* Nam dictio *quidem* emphaſim habet, affirmatq; in faciendo culpam committi, dubio remanente in ſecundâ parte, an etiam in non faciendo culpa accipienda ſit. perinde ac ſi dictum eſſet, an ſicut culpa in faciendo ita etiã in non faciendo accipienda ſit. Dubitandi enim articulus *an* poſteriore loco vim conjunctionis habere videtur, & additâ vel ſubauditâ particulâ, *&*, vel affirmatione *etiam* per interrogationẽ quæſtionem inducit, an etiam in non faciendo culpa committatur. Quod Paulus probat, & ad abſolutionem ſententiæ ita ſubijcit: *quod probandum eſt.*
Et † rectè, quia dare & facere oportere 12
etiam hanc ſignificationem habet, vt abſtineat quis ab eo facto, quod contra conventionem fieret, & curet ne fiat. L. licet, l. faciendi, & l. facere oportere de verborum ſignificatione. Idq; non ſolum in contractibus verum etiam in judicijs, l. qui vetante. De regulis jur. & condicionibus: nam & condicio in faciendo conſiſtens, non factum includit. l. In teſtamento, De condicionibus & demonſtrationibus. Et ita † ſi loca- 13
tor aliquid dare vel facere promiſit, puta vt ſecure conductor habitet, vel colat, vel vt prædia ſint ſarta tectaque, ſimul hoc etiam promiſiſſe cenſetur, ne vti frui impediatur, ne in colendo à quoquam turbetur vel moleſtetur; & vt locator curet, ne quid fiat, quo habitandi colendiq; ratio interpelletur, aut prædia fiant deteriora. l. 7. 8. & 9. ff. locati. Hinc Gaius; in L. ſi merces, §. 1. ff. locati. ita ſcribit. *Qui fundum vel habitationem alicui locavit, ſi aliquâ ex cauſâ fundum vel ædes vendat, curare de-*

Digitized by Google

re debet vt apud emptorem quoque eâdem pactione & colono frui, & inquilino habitare liceat; alioqui prohibitus is, aget cum eo ex conducto. Quæ † confirmantur ex eleganti diſputatione Alexandri ab Alexandro Genial. dier. lib. 1. cap. 4.

adverſus colonum, qui cum ex lege locationis juſſus erat fundu bene colere ſtercorare neue quemquam injuſſu domini in fundum ingredi ſinere, non euigilauerat neque attenderat ne quis ingrederetur.

SVMMARIA.

1. *L. Claudius ff. qui pot. in pig. hab. vera lectio & interpretatio, & num. 7.*
2. *Primam creditricem conditione expelli quid ſignificet.*
3. *Tertius creditor qui contra primum obtinuit, ex vi ejuſdem ſententiæ, contra ſecundũ obtinuiſſe non cenſetur. Et nu. 5.*
4. *Diverſum tamen obtinet, ſi tertius primum ſuâ pecuniâ dimiſit.*
6. *Sententia non præiudicat tertio, contra quem lata non eſt.*

CAPVT QVINTVM.

PAulus † lib. tertio quæſtionum, in l. Claudius. ff. qui potiores in pignore. elegantem ſpeciem tra-lat, de eo qui eundem fundum tribus obligauerat; Eutichianæ primum, deinde Turboni, tertio loco alij creditori. Et cum Eutichiana ſuperata apud judicem à tertio creditore, non prouocaſſet; Turbo verò apud alium judicem victus appellaſſet, quęrebatur rum tertius creditor etiam Turbonem ſuperare deberet, *qui primam creditricem*, ſecundum Florentinam lectionem, ſeu, additis verbis; *conditione expulerat.* quæ poſt verba illa, *primam creditricẽ*, in communib⁹ libris objiciuntur. non ab interpretibus (ut habet additio marginalis Plantini) ſed ab ipſo Paulo I. C. ad perficiendum orationis atque ſententiæ abſolutionem. Eleganti locutione † quæ romanę latinitatis & elegãtiæ indolẽ redolet, & Accurſij, aliorumque interpretum doctrinam egreditur. Quoniam primam creditricem conditione expelli Paulus dixit, d. l. Claudius, pro gradu & ordine prioritatis in pignore deturbari & expelli. Quod perelegans eſt, & antiquis ſcriptoribus vſurpatum; & Pauli ſententiam, abſque aliqua ſubauditione alioqui neceſſariâ manifeſtat. Quæſtio † autem 3
Pauli in eo verſatur, an creditor, qui primam creditricem vicit, & à primo ordine expulit, etiam præferri debeat Turboni ſecundo creditori, ex vi ſententiæ contra primam creditricem obtentæ: an è contrario Turbo, remotâ primâ creditrice, tertium excludat.
In † cujus quæſtionis agitatione, Pau- 4
lus pro cauſâ dubitandi proponit, prorſus & omnino verũ eſſe, tertium creditorem ſubſtitui, in locum primi, quem ſua pecunia dimiſit. Subijciens quoſdam exiſtimare, idem obſervandu in eo, qui præcedentẽ creditorem per ſententiam â primo ordine
excluſit. Quibus † Paulus contradicit: 5

& recte, propter caſuum diſſimilitudinem & diverſam naturam: Et quia magna eſt differentia ſolutionis atque ſententiæ. Etenim ſolutio conſiſtit in actu naturali, & evellit atque extinguit radicem obligationis, & operatur reſpectu omnium: ſententia verò eſt civilis actus non contingens ſubſtantiam obligationis, ſed exceptionē duntaxat producens adverſus eum, qui ſuccubuit. Bartholus, Caſtren. & alij in l. naturaliter. De vſucapionibus. L. 1. C. de exceptionibus rei judicatæ. Et † proinde ſententia â tertio credito-
6 re contra primum obtenta, non præjudicat ſecundo: vti é contrario ſententia pro ſecundo creditore lata, contra tertium concurrentem in eodem pignore, non præjudicat primo creditori, quoniam diverſo jure nituntur: & cauſa ex qua tertius vincit primum creditorem, ceſſat in ſecundo, ſicut cauſa ex qua ſecundus ſuperat tertium, non militat contra primum, de cujus jure in ſecundo judicio non fuit quæſitum aut cognitum. l. ex ſextante, §. Latinus Largus. De exceptionibus rei judicatæ. Ideoq; res inter alios judicata, alijs prodeſſe aut nocere non debet, & ſine præjudicio ſententiæ contra vnū ex pluribus creditoribus latæ, alijs jus integrum relinquitur, abſque vlla derogatione. Quæ † vera eſt Pauli ſen- 7
tentia, in d. l. Claudius. tametſi lectio variet, dum Florentiæ legitur, *ſecundus creditor tertium obtinuerit*. In communibus verò libris legitur, *ſecundus creditor á tertio obtinuerit*, & denique *ſecundus creditor obtinuerit*. Vt Accurſius legiſſe videtur. Quod rectum eſt, & retinendum, repudiatis dictionibus, *á tertio*, ſecundum communes editiones & *terium*, ſecundum Florentinam lectionem, quæ imperfecta videtur.

SVMMARIA.

1. *L. prohibere. 3. ff. quod vi aut clam ſingularis emendatio & explicatio.*
2. *Novi operis nunciatio, licet per ſeruum aut mercenarium non recte fiat, prohibere tam né vi aliquid fiat, eoque nomine actio detur poſſunt.*
3. *L. 1. §. hoc interdictum ff. quod vi aut clam emendata.*
4. *L. 1. §. eſt autem. ff. ne vis fiat ei qui in poſſ. miſſ. eſt. emendata.*

CAPVT SEXTVM.

1 RESponſum † Vlpiani libro 71. ad Edictum in vulgatis codicibus ita legitur: l. prohibere, ff. Quod vi aut clam. *Prohibere autem non vtiq; per ſemetipſum neceſſe eſt: ſed ſi quis per ſervum ſuum, vel procuratorem prohibuerit. recte videtur prohibuiſſe. Idem etiam ſi mercenarius meus prohibuerit: nec quem moveat quis prohibuerit, quod per liberam perſonam actio acquiri non ſolet.* Quæ idoneo ſenſu carent & orationē habent imperfectam, vnde plerique cū Dionifio Godophredo repudiant, ſcripturam communium librorum, & editionem Florentinam amplectuntur: In qua omiſſis dictionibus: *quis prohibuerit*; hoc modo legitur. *Prohibere autem non vtique per ſemetipſum neceſſe*

teſſe eſt: ſed & ſi quis per ſervum ſuum vel procuratorem prohibuerit, recte videtur prohibuiſſe. idem etiam ſi mercenarius meus prohibuerit Nec quem moveat, quod per liberam perſonam actio adquiri non ſolet. Quæ quidem orationem habent regulis Grammaticorum convenientem, ſednon ſatis congruunt nec ſatisfaciunt præcedenti themati â I. C. propoſito. In quo non ſolũ de liberâ perſonâ, verum etiam de ſervo, mercenario, & alio quocunque agitur abſque conditionis diſcrimine. Vnde duplex difficultas & dubitatio exoritur: primò an prohibitio â ſervo vel alio obnoxiæ conditionis homine facta valeat; deinde an domini nomine libera perſona prohibitionem rectè faciat. Et vtraq; ſpecies quæſtionẽ habet ambiguã. Quoniam vt ſervi nunciatio nullum effectũ habet. l. de pupillo in prin. de novi operis nunciatione. ita prohibitio ab eo facta, inefficax apparet. Et prohibitioni liberæ perſonæ refragari videtur regula, quod per liberam perſonam actio acquiri non ſoleat. Sed Vlpianus rem diligentius introſpiciens, utramque objectionem reijcit, perſiſtitq; in præcedenti ſuâ propoſitione & aſſertione, videlicet quod non interſit quis aut cujus conditionis ſit, qui prohibet. Ita ut neceſſario aliquid deſit libro Florentino, & communiũ librorum lectio correctione indigeat. Quæ petenda eſt ex editione Lugdunenſi Iacobi Mareſchal, in quâ diſertis verbis ita legitur: *Nec quem moveat quis prohibuerit, nec quod per liberam perſonam actio acquiri non ſolet.* Quibus vtraque dubitatio removetur, optimâ ratione ſubjectâ: *Nam prohibitio hac demonſtrat te vim facere. Quid mirum? cum & ſi clam feceris, habeam tamen actionem, ergo magis facto tuo delinquentis, quam alieno acquiritur mihi actio.* Quibus † ſignificatur prohibentem nu- 2
dũ duntaxat miniſterium præſtare, ex quo neque actio neque obligatio inducitur: Ideoq; non offenditur regula, quod per liberam perſonam actio acquiri non ſolet, & ceſſat comparatio nunciationis novi operis & prohibitionis á ſervo factæ adverſus vim facientem: quia novi operis nunciatio egreditur terminos ſimplicis facti, & moræ obligationem inducit, adverſus eum cui fit nunciatio. Ideoq; non ſufficit eam fieri â ſervo, d. l. de pupillo. in prin. Carolus Molineus de conſuetudinibus Pariſienſium. §. 1. gloſſa 4. nu. 4. quamvis adverſus vim facientem ab eo rectè fiat prohibitio. d. l. prohibere, in prin. quæ nudam facti demonſtrationem, non etiam actionem aut obligationem inducit. cum delinquens magis ex facto ſuo quam alieno obligetur. Ex quibus convincitur & argumenti naturam & tractationis rationem adjectionem illorum verborum, *quis prohibuerit*. in Vlpiani reſponſo deſiderare, atque aſcribi debere particulum *nec* ex antiquâ illâ editione Lugdunenſi, quæ in multis juris articulis, aliorum librorum editionibus eſt fidelior & præ-
ſtantior. Prætereundum, † non eſt in 3
eodem Vlpiani reſponſo l. 1 §. hoc interdictũ ff. Quod vi aut clam. perperã legi, *cùm ſciret ſe prohibere*, & ex Grecorum lectione reponi debere, *prohiberi*.

vti etiã in margine editionis Plantinæ annotatur. 4 Et † vt ſimilia conjungamus, obſervare convenit, Vlpianum etiam in alio reſponſo mendoſum eſſe l.1. §. eſt autem generale. ff. ne vis fiat ei qui in poſſeſſionem miſſus fuerit, in verbis: *ſiue alter prohibuerint*. reponendumq; eſt ex Leunclai animadverſione, *ſiue alter prohibiti fuerint*.

SVMMARIA.

1. *Parentum ac liberorum appellatione qui contineantur. & nu. 4.*
2. *Filiorum appellatione qui veniant.*
3. *Filiorum appellationem impropriè ad vlteriores extendi.*
5. *Parentum liberorumque appellatione comprehendi etiã eos qui verè parentes aut liberi nõ ſunt*

CAPVT SEPTIMVM.

1 QVamvis † inter veteres Iuriſperitos anceps & in vtramq; partẽ agitata fuerit quæſtio, quouſque porrigeretur parentum liberorumq; appellatio: quibuſdam (vt ſcribit Alexander ab Alexandro Genialium dierũ lib.1.cap. 15.) arbitrantibus, liberorum nomen vltra filios non extendi, & tanquam diuerſa dici liberos nepoteſq;. multis contra opinantibus & antiquorum opinionem probantibus, parentis nomen ad tritavum vſque extendi, liberorum verò ad trinepotes. vltra hos ex deſcendentibus poſteros, ex aſcendentibus majores nominari. Poſteriorum tamen I. C. conſtans ſententia obtinuit, in ſenatuſconſultis, prætorum edictis, & quibuſcunque alijs diſpoſitionibus, nomen parentis ad ſuperiores, liberorum ad inferiores in infinitum extendi. Vnde à Caliſtrato ita ſcriptũ eſt, in l. liberorum 220. De verbor. & rerum ſignificat. *Liberorum appellatione nepotes & pronepotes caeteriq, qui ex his deſcendunt continentur; hos enim omnes liberorum appellatione, lex 12. tabularum comprehendit. Totiẽs enim leges neceſſarium ducunt cognationẽ ſingulorũ nominibus vti, veluti filij, nepotis, pronepotis, caeterorũve qui ex his deſcendunt: quotiens non omnibus qui poſt eos ſunt præſtitum voluerint: ſed ſolis his ſuccurrerent, quos nominatim enumerent. At vbi non perſonis certis, non quibuſdam gradibus præſtantur, ſed omnibus qui ex eodem genere orti ſunt, liberorum appellatione comprehenduntur.* Quod † 2 non eſt in filiorum appellatione, quæ non omnes deſcendentes comprehendit, ſed tantum primi gradus liberos. Vnde vt ſcitè notat Andreas de Iſernia, ſuper tertia cõſtitutione Neapolitanà, Rub. de ſucceſſione nobiliũ in feudis, nu. 15. aliud eſt dicere filios, aliud liberos l. quid ſi nepotes, de teſtamentarià tutelâ. & ſi idem eſſent filij & nepotes, diverſa nomina non haberent l. ſi idem C. de codicillis. Quod 3 † verum eſt ſecundum propriam & nativam ſignificationem, quæ ſæpè mutatur ex identitatis æquitatiſque vel adjuncti ratione, aut diſponentis volun-

voluntate, per quam ad vlteriores per
extenſivam interpretationem porri-
gitur. d. l. liberorum, cum multis ali-
is citatis à Ioanne Goddeo in l. fi-
lij. De verborum ſignificatione. Libe-
rorum † autem appellatio tam laté
4 patet, vt ea contineantur, non ſolum
qui in poteſtate ſunt, ſed omnes qui ſui
juris ſunt; ſive virilis ſive feminini ſe-
xus ſint, exue feminino ſexu ſeu femi-
ninis, deſcendentes ſecundum anti-
quos codices, in l. cognoſcere, §. libe-
rorum. De verborum ſignificatione.
Pro quo Florentiæ legitur: *Exue fe-
minini ſexus deſcendentes.* Quæ legendi
tantum eſt varietas, ſententiam non
immutans, & omnes lectiones ſuſti-
neri poſſint, ſi ſubaudiatur Florentiæ
dictio *provagatione* per illepſin, vt Go-
ddeus ſcribit in d. l. liberorum. plura
liberorum genera referens, quibus pa-
rentum appellationes proportionari
5 debent. Et † ad ampliandam ſignifica-
tionem parentum & liberorum, con-
ſiderandum eſt, eſſe & alias perſonas,
quæ liberorum & parentum loco ha-
bentur, licet verè aſcendentes aut deſ-
cendentes non ſint, vt priuigni aut pri-
uignæ & illorum liberi, de quibus ſcri-
bit Iacobus Cuiacius. obſervationum
lib. 9. cap. 18. Dummodo meminéri-
mus neque apud noſtros I. C. neque
apud alios receptâ authoritate ſcripto-
ris, liberorum appellationem referri
ad adoptiuos, vt ſingulariter á ſe ob-
ſervatum ſcribit And. Tiraquellus, in
l. ſi vnquam, in verbis *ſuſceperit liberos*
verſic. nec tamen, C. de revocandis
donationibus. Et quod ad parentum
appellationem attinet, refert Alexan-
der ab Alexandro, d. c. 15. ex Lam-
pridio in Alexandri vita, parentis no-
mine non ſuperiores modò ſed cog-
natos affineſq;, ſecundũ vulgi ſermo-
nem comprehendi: Quod multis cõ-
firmat, & vſui forenſi accommodat,
Andreas Tiraquellus. De retractu con-
ſanguinitatis, in verbis, le parent gloſ-
ſa. 8. in prin. Sic etiam Fratris nomen
licet ex propriâ & nativâ ſignificatio-
ne certam interpretationem habeat,
& eum qui ferè alter & ex eodem eâ-
demve progenitus ſit deſignet: ex in-
terpretatione tamen extenſivâ etiam
ad nepotem extenditur. Vt tenet Io-
annes And. ad Specul. de ſucceſſ. ab
inteſta. Quôd tamen non facilè ad-
mittendum eſt, cum verba merè æ-
quivoca, ſi per communem vſum lo-
quendi certum intellectum & inter-
pretationem habeant in eo intellectu
ſint accipienda. vt pulchrè tradit Fe-
lin. in c. cum præſentia limitat. 6. de
probat. Illud a quibuſdam obſerva-
tum memini, fratris & ſororis voca-
bula, inter amatoria veteribus vſitata,
vt puellæ amatores ſuos fratres, & rur-
ſus hij amaſias ſuas ſorores appella-
rent. Lepos in eo omnis Epigramma-
tis Tibulliani. *Hæc tibi vir quondam,
nunc frater caſta Neæra. Mittit & accipias
munera parva rogat, Teque ſuis iurat carã
magis* &c. Quod vt a juris gravitate ali-
enum, altius perſequi noſtri non eſt
inſtituti, ſed ad amœniora magiſque
ſoluta poëtarum ingenia relegamus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SVMMARIA.

1. *Sine cenſu vel reliquis fundum comparari non poſſe.*
2. *L. Imperatores ff de pub. & vect. emendata & explicata.*
3. *Emptor prædij, pro reliquis præteriti temporis conventus, actionem habet contra venditorem, ſi ignoravit reliqua deberi.*
4. *Cenſuarius prædium obligatum perſequitur.*
5. *Poſſeſſor prædij, nè onus tributi agnoſcat, paciſci non poteſt quoad cenſuarium, quoad ipſum & debitorem poteſt, reprobatá diſtinctione Cuiatij. Et nu. 6. 7. 11. 12.*
8. *L. 1. C. ſine cenſ. vel rel. ſingularis emendatio & interpretatio. Et nu. 9. 10.*
13. *Pactiones privatorum etiam iuri publico quandoq; praiudicare.*
14. *Emptor cui ex privilegio laudimiorũ immunitas competit, ſolo pacto venditorẽ liberare nequit.*
15. *Evictionis iudicium in foro emptoris á venditore defendi debet.*
16. *Arrieragia ſeu decurſæ penſiones, tertios poſſeſſores an & quando onerent. Et 17. 18.*
19. *Cenſus plures ſpecies ac diſtinctiones, remiſſiue.*
20. *Cenſum non tantum Principi in recognitionem dominij pendi, ſed etiam Eccleſiis.*
21. *Et ex eius præſtatione, ſubiectionem ferè probari.*
22. *Cenſus quomodo & à quibus imponi poſſit. & nu. 23. 29.*
24. *C. ſignificauit de cenſ. ex lib. manuſcr. ſuppletio.*
25. *Cenſum augeri vel intendi non poſſe, remitti poſſe.*
26. *Cenſum præſcriptione tolli, ſi in recognitionem directi dominij penditur, ſecus ſi in recognitionem ſuperioritatis.*
27. *Cenſuum origo.*
28. *Dominus cenſus perſolutionem petens, fundi fines ac ſitum demonſtrare debet.*

CAPVT OCTAVVM.

1 PErfectam † ſententiam, & regulam quandam conſtituit titulus Codicis. *Sine cenſu vel reliquis.* Id eſt abſq; onere cenſuum & reliquorum præteriti temporis, fundum comparari non poſſe. Quemadmodum inquilini & aſſcriptitij ſine prædijs quibus deſtinati ſunt inutiliter legantur aut transferuntur l. ſi quis inquilinos 112. in prin. ff. de legat. 1. quia cenſus eſt onus prædiorum non hominum.
2 Quod † eleganter expreſſit Papinian⁹, in l. Imperatores ff. de publicanis. dum ait; in vectigalibus ipſa prædia non perſonas conveniri, & ideo poſſeſſores etiam præteriti temporis vectigal ſolvere debere, eoque exemplo actionem ſi ignoraverint habituros. In quo reſponſo quamvis in omnibus codicibus eadem ſit lectio, mendoſa tamen ſunt, & nullum idoneum ſenſum habentia poſteriora verba, quibus ita legitur; *eoque exemplo actionem ſi ignoraverint habituros.* Mendi autem ſeu errati cauſa ex vni⁹ literæ, ſimilitudinem cum alterâ habentis commutatione deſcendere videtur, l. pro t. aſcripto, ut perperã *exemplo* legatur, vbi *ex empto* ſcribi oportuit: addita præcedenti dictioni literâ ſ. in hunc modum: *eoſq; ex empto actionem, ſi ignoraverint habituros.* Quæ † vera & germana eſt lectio, 3
habetq;

Digitized by Google

habetque ſententiam elegantem, manifeſtam, & rei propoſitæ convenientiſſimam; videlicet, quod poſſeſſores à fiſco conventi, pro reliquis præteriti temporis, habeant ex empto actionem contra authores ſuos, ſi ignoraverint tempore contractus reliqua deberi: quia cum ex præcedenti tempore debitum reliquorũ cauſam habeat emptor ab authore recuperat, niſi ejus ſcientię vel culpæ quid imputari poſſit.
4 l. 1. ff. de actionib⁹ empti. Fiſcus † verò, qui prædium ipſum cenſus nomine obligatum habet, ſequitur poſſeſſorẽ rei, ſive ſit emptor, ſive donatarius, ſive maritus ſive creditor. d. l. imperatores. 8. l. inter debitorẽ l. epiſtola §. pactũ de pac. l. 1. C. ſine cenſ. vel reliquis. Quod locum habet non ſolum in cenſu ex jure civili inducto, & qui Principi penditur in recognitionem ſupremæ authoritatis, ſed etiã in cenſu conſuetudinario, qui præſtatur cuiq; privato in agnitionem directi dominij ac ſuperioris. Adeo † vt nec pacto
5 effici poſſit inter emptorem & venditorem, virum & uxorem, hæredem & legatarium, donatorem & donatarium, creditorem & debitorem, ne poſſeſſor tributum aut onus cenſuum agnoſcat. d. l. 1. & 2. d. l. inter debitorem. Nam ut alienum jus, ita formam juris fiſcalis aut alterius cenſus privatorum pactionibus non convelli placuit. Et hoc eſt quod eleganter reſpõdit Curtius Iunior conſ. 174. ſacratiſſ. trinitati in prin. bona alliberata aliquibus oneribus, tranſire in emptores cum ſuâ cauſâ & qualitate. Vt emptores omnino teneantur ad ſolutionem talium onerum, reprobatis pactis in contrarium initis. Et proinde licet inter creditorem & debitorem convenerit vt creditor onus tributi prædij pignorati non agnoſceret, ſed ejus ſolvendi neceſſitas ad debitorem ſpectaret, inutilis eſt pactio, d. l. inter debitorem. quantũ ad fiſci rationem. Neque enim ideo minus tributa exiget a creditore fiſcus. Sed quantum ad ipſum creditorem & debitorem, pactum eſt juſtum & ideo obſervandum d. l. epiſtola §. pactum. Quod † ex 6
quorundam ſententiâ, quam ſequitur Iacobus Cuiatius, non obtinet alijs caſibus, quam inter maritum & vxorem, hæredem & legatarium, donatorem & donatarium: inter quos hujuſmodi pactiones (ut illi putant) omnino ſunt illicitæ. Adeo quod Imperator, actionem neget, ex conventione quâ mulier dotem dando pacta eſt, vt ipſa tributa agnoſceret, etiamſi pactum in ſtipulationem deductum fuerit aut fundus æſtimatus, in dotem datus, & ita venditionis titulo tranſlatus ſit: ſecundum vulgarem lectionem. l. 1. C. ſine cenſ. vel reliq.
Et † diverſitatis rationem inter prædictos caſus aſſignat Cuiatius, in d. l. 7
inter debitorẽ. quia quando inter debitorem & creditorem agitur ut pactione onus in dominum transferatur, id eſt in debitorem, qui dominus manet, pactio eſt æquiſſima: at cum illâ pactione fundi æſtimati in dotem dati onus transfertur in non dominũ, id eſt, uxorem: iniquum eſt ut non dominus cenſum præſtet alieni fundi; ideoque ea pactio nec fiſcum lædit, neq;

inter ipſos paciſcentes ſervatur. d. l. 1.
8 C. ſine cenſ. vel rel. Cæterū † hæc ratio rectè expenſa iuſta non videtur, cum libera ſit paciſcendi contrahendique facultas omnibus, prout voluerint, & per hujuſmodi pactionem jus fiſcale non diminuatur, nullàque lege hujuſmodi pactio improbata reperiatur. Lex enim hoc ſolum agit nè jus fiſci lædatur, neve poſſeſſores contrariis pactionibus adjuventur adverſus fiſcum, ſi venditor aut donator apud ſe collationis ſarcinam voluit retinere l. 2. & 3. C. ſine cenſ. vel rel.
9 Neque † verum eſt in Alexandri reſcripto in d. l. 1. improbari pactum, quo mulier fundi in dotem dati tributa promittit agnoſcere: ſed hoc ſolum diſponitur in Alexandri illo reſponſo quod hæredi mariti, ſoluto matrimonio, in dote redditâ, non datur ex tali pacto actio. eâ ratione, quia ſuâ non intereſt, cum amplius non poſſideat, nec à fiſco inquietari poſſit, vt rectè Accurſius, Caſtrenſis, & alij interpretantur. Et hoc quando fundus inæſtimatus in dotem dat⁹ eſt; Nam ſi æſtimatio intervenerit, jam velut per venditionem tranſlato dominio, etiam hæredi datur ex vendito actio, vt placitis ſtetur: quia tunc ſuâ intereſt, cum fundus ex æſtimatione penes eum remaneat; vt probat poſterior pars conſtitutionis Alexandri. quæ ut etiam Pandulphus Pratæus notat, in libris ſuarum geminationum, vitioſa eſt. Et
10 † perperam vulgo legitur in hunc modum. *Sed etſi fundus æſtimatus. ita vt pars inſtrumenti ſignificat in dotem datus eſt, ex vendito vt placitis ſtetur actio non datur*: Quoniam in principio non eſt legendum, velut per conjunctionem & intentionem orationis *ſed etſi*, verum per adverſativam, hoc modo. *ſed ſi fundus æſtimatus*. & in fine expungenda eſt negatio *non*. vt ſic legatur: *ſed ſi fundus æſtimatus, ita vt pars inſtrumenti ſignificat, in dotem datus eſt, ex vendito actio, vt placitis ſtetur, competit*. Quia † adverſativa eſt oratio, & caſum diverſum in jure & facto à ſuperiore continet. Nam in priore parte 11
conſtitutionis, fundus non fuit æſtimatus, ideoque nec dominium nec onus ejus hæredem mariti reſpicit: ſed æſtimatione factâ, (de quâ in poſteriori parte agitur) velut ex venditione dominium & onus rei hæredem mariti reſpicit, ac ipſius intereſt. Ideoque ex vendito vt placitis ſtetur actio ei conceditur. Eodem modo quo in alio ejuſdem Alexandri reſcripto, in l. ex conventione C. de pactis. & iiſdem propemodum verbis conſtitutum eſt, de muliere quæ cum fundum in dotem daret pignori obligatū, pacta erat vt ipſa vſuras ſolveret creditorib⁹. Rejecta † itaque differentiâ ſuperius tradi- 12
tâ, dicemus omnibus caſibus vtilem eſſe pactionem reſpectu privatorum, nec aliquo modo eam improbari, niſi quatenus jus fiſci læditur, puta ſi is in quem fit alienatio inidoneus inveniatur Antht. Sed & periculum, & ibi Baldus. C. ſine ſenſu vel reliquis. Gerardus de Petra ſancta in ſingularibus ſuis, notabili decimo: quem videre cōvenit. vel conſtitutione aliqua principis vel ordinū hujuſmodi pactio prorſus improbetur: nè conductores, coloni

Digitized by Google

ſoni, & alij poſſeſſores prædiorum, ſeu
penſionũ & redituũ debitores, immo-
dicis ſuperindictionibus prægrauen-
tur; vt his turbulentis temporibus in
Belgio obſervari videmus, ſecundum
edicta & ordinationes ea de re pro-
13 mulgatas. Quin † etiam ſimplex pa-
ctum privatorum, aliquando ita firmũ
judicatur, vt etiam juri publico aut
domino ſuperiori præjudicet, veluti
ſi lege municipali, conſuetudine, aut
ſtatuto id permittatur; quod eſt, cum
pro alienatis cenſualibus & obnoxiæ
conditionis bonis, laudimiorum ſolu-
to venditori incumbit, & lex munici-
palis permittit, ex pacto hujuſmodi o-
neris trãſlationem a venditore in em-
ptorẽ, venditore liberã immunẽq; ſor-
tem a debitore ſtipulante. Et ita in ter-
minis rectè ſcribit Reinatus Chop-
pinus. de juriſdictione Andeg. lib. 1. c.
4. Scriptis moribus provinciæ ratam
eſſe validamque vendentis ſtipulatio-
nem, vt ſolidum rei pretium venditor
conſequatur, nullà laudimiorum ſolu-
14 tione diminutum. Sed † probare non
poſſum, quod Choppinus adijcit, em-
ptorem cui ex privilegio immunitas
laudimiorum competit, ex pacto ven-
ditorem liberare poſſe. ſola enim pa-
ctio non poteſt juvare venditorem ex-
emptionis beneficio, quod emptori
competit; nec venditor, præterito pa-
trono factus obnoxius, alieno libera-
tur privilegio: præſertim cum emptor
neque civico, neque municipali jure,
ſed ex proprio facto & conventione
huic oneri ſubijciatur: & venditor ex-
actus contra eum regreſſum habeat, ex
ſpontaneo illius facto, & promiſſione.

Quod † ſimile eſt ei quod Paulus re- 15
ſpondit, in l. venditor ff. de judicijs
venditorem ab emptore denunciatum
vt evictionis nomine eum defenderet,
non poſſe ex priuilegio ſui judicis re-
cuſare judicem, apud quem inter peti-
torem & emptorem judicium incho-
atum eſt: Quamvis emptori adverſus
venditorem evictionis nomine regre-
di liceat. Denique † ſciendum eſt, cen- 16
ſuum onera eorumq; arrieragia ſeu de-
curſas penſiones, ita demum ad tertios
poſſeſſores pertinere, quando rebus
ipſis ſunt impoſita, & ex rebus deben-
tur. Nam ſi ex contractu & obligatio-
ne tantum ſint debita, tertios poſſeſſo-
res non onerant: quia rem non affi-
ciunt. Et ita Guido Papæ deciſ. 9. re-
fert judicatum pro tertio poſſeſſore, &
ſucceſſore ejus, qui ſuperiori domino
promiſerat vnum bichetum frumenti,
pro cuſtodia ſeu gardia, vt vocant. arg.
l. fin. §. 1. ff. de contrah. empt. l. li-
berto in prin. ff. de annuis legat. Et † 17
deciſio Guidonis vera eſt, niſi ſingu-
lari favore cauſæ ſeu negotij lex aut
conſuetudo onus præſtandæ penſio-
nis porrigat ad tertios poſſeſſores; vt
in tributo principis; in alimentis ali-
cui aſſignatis; in oblationibus & reli-
ctis pro anniverſarijs. d. l. imperatores
de publicanis l. Lucius de alimentis &
cibarijs legatis. Guid. Papæ deciſ. 576.
Nam in his ſpeciebus onus a lege in-
ducitur, & rem ipſam afficit: Guido Pa-
pæ deciſ. 9. Quæ † locum habent re- 18
ſpectu penſionum futurarum: pro an-
nis enim præteritis, quibus alimento-
rum ſeu anniverſariorũ præſtatio ceſ-
ſavit, nihil peti poteſt: l. nulli, C. de e-

Digitized by Google

rogat. militaris annonæ. Guido Papæ
d. deciſ. 576. niſi conſuetudo aliud in-
duxerit: vt de obſervatione ſeneſcal-
liæ Lugdunenſis traditur, in additione
19 deciſioni Guidonis appoſitâ. Plures †
autem ſpecies, & differentias cenſus,
modumque exigendi præſtandiq; ca-
talogum rerum cenſui obnoxiarū tra-
dit Choppinus. lib. 7. de juriſ. An-
20 deg. cap. 6. Illud † prætermitten-
dum non eſt, quod quemadmodum
legibus civilibus cenſus propriè acci-
pitur pro eo, quod Principi penditur
in recognitionem ſubjectionis, & ſu-
premæ poteſtatis, ita etiā pōtificijs cō-
ſtitutionibus in ſignū & ad probatio-
nem ſubjectionis, & ſuperiotatis Ec-
cleſiaſticæ cenſus eccleſijs imponitur.
c. queſitum 1. queſt. 3. c. omnis ani-
1 ma de cenſ. Adeo † vt Eccleſia, quæ
Papæ cenſum præſtat, intelligatur ei
ſoli ſubdita; & quæ epiſcopo cenſualis
eſt ei ſoli ſubijciatur: quia cenſus præ-
ſtatio eſt probatio ſubjectionis. d. c.
omnis anima. quod tamen perpetuum
non eſt, & ceſſat hæc ſubjectionis præ-
ſumptio ſi appareat ex aliâ cauſâ cen-
ſum eſſe impoſitum, vnde eleganter
Alexander tertius, I. Apoſtolicæ ſedis
legato reſcripſit. in c. recepim⁹ de pri-
vilegijs. *quod ſicut non omnes, qui ſpeciali-
ter beati Petri iuris exiſtunt, annuatim a-
poſtolicæ ſedi cenſum exolvunt; ita non om-
nes cenſuales ab Epiſcoporū ſubiectione ha-
bentur immunes. Inſpicienda ſunt ergo ec-
cleſiarum privilegia; & ipſorum tenor eſt
diligentius attendendus; vt ſi fuerit depre-
henſum, quod eccleſia, quæ cenſū ſoluit ſpe-
cialiter Beat. Pet. iuris exiſtat, & ad indi-
cium perceptæ libertatis cenſus annuus con-
feratur, non immerito poterit ſpeciali præ-
rogativâ gaudere. ſi vero ad indicium perce-
ptæ protectionis cenſus perſolvitur, non ex
hoc, iuri diœceſani epiſcopi aliquid videtur
eſſe ſubſtractum.* Quo † etiā referri poſ- 22
ſunt plures aliæ cauſæ cenſus imponē-
di; puta in ædificatione, in dotatione,
in conſecratione Eccleſię: item cum
privilegijs eccleſia adornatur, cum ſi-
milibus. Quæ omnia poſt canoniſtas
plurib⁹ explicat Alfonſus diez de Mon-
taluo ad conſtitutiones regni Hiſpa-
niæ parte prima tit. 23. l. 8. 9. 10. &
11. Nec † ſolum Pontifex aut Epiſco-
pus. verumetiam inferiores Prælati fa-
cultatem habent, ex licentia Epiſco- 23
porum, imponendi cenſum eccleſijs
quibus præſunt. c. præterea de cenſi-
bus. c. ſuper eo. de offic. deleg. Alio-
qui vero rectores eccleſiarū & ſimpli-
ces ſacerdotes, vel clerici, non poſſunt
eccleſias quibus præſunt, authoritate
ſua (præſertim poſt deceſſum ſuum)
efficere cenſuales. d. c. præterea. Et
cenſui ſemel impoſito, nov⁹ cenſus ſu-
peraddi non debet, nec antiquus auge-
ri. Statuta enim Lateranenſis concilij.
prohibuerunt eccleſijs novam impo-
ni, vel veterem augeri penſionē c. pro-
hibemus de cenſibus. c. paſtoralis. de
his quæ fiunt an maiore parte capituli.
Et † hoc eſt quod Lucius Terti⁹ Pon- 24
tifex reſcripſit in hæc verba; in c. ſi-
gnificavit in f. de cenſibus *pati enim
nolumus nec debemus, vt eccleſiæ novi cen-
ſus exactione vexentur*. Quæ in antiquiſ-
ſimo noſtro lib. manuſcripto legun-
tur, & in lib. decretalium etjam Romæ
emendatis prætermittuntur. Et † tam
firmiter veteris tributi, vectigalis, &

cenſus

cenſus forma retinenda eſt, vt nec prętextu conſuetudinis, pręſcriptionis, aut novæ compoſitionis, veteris penſionis intenſio aut augmentum admittatur; vt reſcripto Gregorij primi ad Stephanum Cantorem chartularium continetur his verbis: *vt ſi ab initio hoc non fuerit, etiam labentibus temporibus aliquid novi imponi non concedas.* Quod etiam Innocentius tertius in reſcripto ad Cęſar auguſtanum Epiſcopum probat. in c. cum olim de cenſibus. Quia conſuetudo, præſcriptio, & compoſitio, hujuſmodi cum inferiore facta, præſumitur metu & per impreſſionē obtenta. Innocentius in d. c. cum olim Alphonſus diez ad regias conſt. part. 4. tit. 25. l. 6. Remitti tamen hujuſmodi cenſus rectè poteſt. c. paſtoralis
26 de donationib⁹. Quinetiam † cenſum præſcriptione tolli poſſe non dubitatur. Adeo vt Maſuerius ſcribat in praxi tit. de præſcript. Tricenā cenſus pręſcriptionē trahere ſecum immunitatem perpetuam officiorum omnium, & clientelarium, obſequiorum; quia dominium directum cenſui accedit, Quod verum eſt in cenſu conſuetudinario, in agnitionem acquiſiti directi dominij debito; non etiam eo qui in recognitionē ſuperioritatis penditur. Superioritatas enim manet, etiam remiſſo, vel ab initio nō conſtituto cenſu d. c. recepimus de privilegijs. Licet extinguatur directum dominium, remiſſo vel extincto cenſu, nō debito in agnitionem ſubjectionis & ſupremæ poteſtatis: quē vulgò appellant, cens, debuoir cenſual, & preſtation cenſual: aut vt conſuetudines quædam loquūtur, rentes, foncieres ſeu dominicales. Non quod hujuſmodi jura fundis debitoris titulo hypothecæ ſint impoſita, ſed quia ea lege poſſeſſor ab initio à directo domino & proprietario prædia acceperit, vt annuatim pro ijs certam penſionē aut cenſum in recognitionē directi dominij depēderet. Quæ 27
† res tametſi Reiniatus Choppinus aliter arbitretur de Iuriſd. andegaven. lib. 1. cap. 8. antiquiorem habet originem, quàm conſuetudinis in Gallia obſervatæ. Nam præter ea quæ Iure civili traduntur de agris vectigalib⁹ à civitatibus & municipijs acceptis, & quę poſtea ex legibus Lombardorum, & in ſecutis incolarum conſuetudinibus in feudorum conceſſionibus & poſſeſſionibus obtinuerunt: extat Plinij Iunioris epiſtola ad Caninium lib. 7. in quâ ita ſcribit: *Pro quingentis millibus numum quæ in alimenta ingeniorum promiſeram, agrum ex meis longè pluris exactori publico mancipavi: eundem vectigali impoſito recepit, tricena millia annua daturus: per hoc enim & Reipublicæ ſors in tuto, nec reditus incertus: & ager ipſe propter id quod vectigali large ſupercurrit, ſemper dominum à quo exerceatur, inveniet.* Quibus † vera natura, conditio & 28
forma cōſtituendi cenſus exprimitur. In quo hoc ſingulare eſt, quod dominus qui poſtulat ſibi cenſus perſolutionem fieri, inſtante poſſeſſore, cogatur cenſ⁹ conſtituti, monumenta proferre, & ſitum ac fines fundi obligati demonſtrare. licet ſecus obſervetur in vaſallo, qui arctiori vinculo fidelitatis patrono obſtringitur. Reinat⁹ Choppin⁹ d. l. lib. 1. cap. 6. quia cenſ⁹ igno-

Digitized by Google

rantiæ id eſt cujus cauſa ignoratur, nec divinis nec humanis legib' invenitur. c. pervenit, de cenſib'. niſi is qui cenſum petit, probet per quinquaginta ānos ſe & prædeceſſores ſuos poſſediſſe. l. ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æſtiva. Ob quod conſultum eſt dominis publicâ authoritate conficere regiſtrum cenſuale, ſeu vt Reinatus ſcribit: d. lib. 1. cap. 8. nu. 1. in margine. vng papier, terrier, cenſier, rentier, alias, papier des cens & redeuances.
29 Quæ † autem dicantur terræ cenſuales, & à quibus conſtituatur cenſus, cum pleriſque alijs ad hanc materiam pertinentibus pulchrè tractat Ioannes Bacquetus, in 4. ſuo tractatu, des droicts du domaine. cap. 1. & 6. Denique cenſuum materia latiſſimè diſcuſſa invenitur a Petro Follerio de ſancto Severino in Praxi ſuâ cenſuali & a Benedicto Bonio Corthonenſi, in tractatu ſuo de cenſibus ſeu cenſuarijs contractibus. & denique à Carolo Molineo in commentarijs ſuis ad cōſuet. par. §. 227.

SVMMARIA.

1. *Capitalis pœna niſi veritate diligenter examinatâ non irroganda.*
2. *Reus detecto crimine veloci pœna conſumendus. & 4. 8.*
3. *L. cum reus C. d. pœnis lectio & interpretatio.*
5. *L. ſi quis forte ff. de pœnis emendata & explicata. & 7.*
6. *Pompei factum laudabile in Perpernâ, percuſſore Sertorij.*
9. *Pœna reorum vno caſu etiam poſt ſententiam differtur.*

CAPVT NONVM.

1 IN † capitalibus quæſtionibus diligenter veritas examinanda eſt, nec capitalis pœna irroganda, niſi prius profeſſione teſtium vel alijs legitimis probationibus reus tam dilucidè convincatur, vt propemodum nec ipſe refragari poſſit. l. qui ſententiā C. de pœnis, Detecto † autem probatoq;
2 crimine, abſq; dilatione opotet in ſceleratos & noxios ſententiam proferre, & pœnam irrogare, ex Conſtantini reſcripto in l. cum reis C. de pœnis. cujus verba ſunt: Cum *reis manifeſta probatione convictis ſpatium temporis ante ſententiam datur, facultas ſupplicandi, vel quibuſdam malignis artibus tam Præſidū, quam officialium pœnas evitandi, criminoſiſſimis patet: cùm in homicidij crimine, & alijs detectis gravioribus cauſis vltio differenda non ſit Igitur de cætero, iuxta criminis qualitatem, legem oportet ſervarij, & in ſceleroſos & noxios proferri iuris ſententiam*. In † cuius reſcripti princi- 3
pio, nō *cum reis*, ſed *dum reis*. Legitur in codice Theodoſiano, hoc ſenſu: quod quando reis convictis ſpatium datur, malignis artibus ſæpè contingit eludi pœnam. Cui ſatis conſentit etiam li-

Digitized by Google

ber Baſilicō. Porro verba illa: *tam præſidum, quam officialium.* per Tribonianum inſerta ſunt, ex alio reſcripto Cōſtantini, quod extat in codice Theodoſiano eodem titulo. Ex quo graviſſimè puniuntur Præſides & Officiales, qui malis artibus hoc agunt vt rei criminum pœnas evitent. Denique verſiculus *igitur* plenior eſt in codice Theodoſiano, vbi ita legitur: *igitur quidem, qui iam impetrarunt, ad veniam pertineant. De cætero verò, &c.* Illud † autem
4 hic conſtat, & Conſtantini lege probatur, d. l. cum reis, poſt detectum crimen, ſeu, vt inquit Divus Gregorius, in cap. ſummopere, cum cauſis ventilatis res quæ ignorabatur ad notitiam pleniter venerit, tunc divinam, humanamq; legem reſolvendam eſſe, id eſt, ex legis authoritate ſententiam promptè ferendam, & convictos veloci pœna conſumendos: l. de ijs, C. de cuſt. reorum, nec permittendum vt malis artibus, vel doloſis adinventionibus Præſidum vel Officialium, facultas evitandi pœnas criminoſis pateat. Et ad præſcindendam huius rei occaſionem vetat Imperator vltionem differri. in d.
5 l. cum reis. Quo † pertinet quod I C. ſcribit: in l. ſi quis forte ff. de pœnis. *Si quis forte, nè ſupplicio afficiatur, dicat ſe habere quod Principi referat, ſalutis ipſius causâ, an ad eum remittendus ſit, videndum eſt.* vt habet vulgaris lectio. In libris autem Florentinis legitur, *an ad eum remittendum ſit.* & rectius: quia non agitur de remittendo ipſo delinquente, ſed de differendâ pœnâ, donec Iudex miſerit nuncium, & interrogaverit Principem. *Et ſunt*, inquit I C. in d. l. ſi quis forte. *plerique Præſides tam timidi, vt etiam poſt ſententiam de eo dictam pœnam ſuſtineant*, id eſt, differant, *ne quicquam audeant: alij omnino non patiuntur quicquam tale allegantes: alij neque ſemper, neque nunquam remittunt, ſed inquirunt quid ſit, quod allegari Principi velit, quidq́; pro ſalute eius habeat dicere; propter quæ aut pœnam ſuſtineant, aut non ſuſtineant. quod videtur habere meram rationem.* Vt corruptè in libris communibus legitur, quamvis à nemine ſciam animadverſum. & reſtitui ideóq; debet ex libris Florentinis: *propter quæ aut pœnam ſuſtinent, aut non ſuſtinent, quod videtur habere mediam rationem.* Quorum elegans eſt ſententia. I C. enim relatis āte a duabus extremis opinionibus invicem pugnantibus, & contrarijs, ſubijcit mediam illorum, qui neque ſemper, neque nunquam ad Principem remittendum exiſtimarunt. quod tamē I C. nec probat neque ſequitur. *Cæterùm*, inquit, *mea fert opinio prorſus eos nō debuiſſe, poſteaquam ſemel damnati ſunt, audiri, quicquid allegent. Quis enim dubitet eludendæ pœnæ cauſa ad hæc eos decurrere, magiſq́; eſſe puniendos quod tam diu tacuerunt, &c.* Et hanc deciſionem I C. probat & confirmat Conſtantinus, in d. l. cum reis. Dum in homicidij crimine & alijs detectis gravioribus cauſis, prohibet vltionem differri, ſtatuitq; de cætero ſceleroſos & noxios veloci pœna conſumendos. Et hæc eadem Græci gloſſematarij annotarunt, in d. l. ſi forte. his verbis; *Si quis, ne ſupplicio afficiatur, dicat ſe habere quod Principi referat ſalutis ipſius cauſa. videamus an ſit tranſmittendus ad Principem, ſunt quidam*

Digitized by Google

Præſidum tam timidi, vt poſt ſententiam de eo dictam pœnam ipſi ſuſtineant, alij verò non patiuntur talia allegantes, quidam neq; ſemper eos tranſmittunt, neque nunquam: ſed inquirũt quid edocere Principem velint, & quid pro ſalute ipſius dicere habeant. & poſtea vel ſuſtinent pœnam, vel non ſuſtinent, quod mediam quandam rationem habet. Cæterùm, vt mea fert opinio, ſemel damnati omnino admitti non debent, quicquid allegent: quis enim dubitat eludendæ pœnæ cauſa, ad hæc eos decurrere: magiſq; eſſe puniendos, qui tam diu conticuerint, quod nũc volunt dicere pro ſalute Principis: nec enim debebant tam magnam rem tamdiu conticere. Et ita † Pompeius, Perpernam percuſſorem Sertorij vociferantem multa ſe habere, quæ ad Reipubl. ſalutem pertinerent, Pompeio indicanda, occidi iuſſit, antequam indicium alicujus rei effutiret; & conquiſitas omnes epiſtolas nobilium eorum, qui Sertorium ad invadendam Italiam invitaverant, comburi iuſſit, antequam legerentur, aut inſpicerentur. quo facto laudem meruit, & multos à metu, vrbem à novo motu liberavit. Denique † prædictis adijciendum eſt, fruſtra Ioannem Gillotum, virum alioqui de ſtudijs legalibus bene meritum, laborare in cõſtituenda ratione eius, quod apud I C. legitur de merâ ratione: cum appareat lectionem vitium habere, & nõ meram ſed mediam rationem legi debere. Quamvis † illud rectè dicat Gillotus, & huic conſtitutioni conveniat, vnumquemque ante probationem & ſententiam audiendum, poſtea verò non. Item quod de ampliandâ vel minuendâ pœnâ damnatorum poſt ſententiam dictam ſine principali authoritate nihil ſit ſtatuendum. Sane † vno caſu pœna rei differri poteſt: quando videlicet ex mandato Principis irrogari iubetur. Nam tunc ab executoribus differenda eſt vſque ad trigeſimum diem. cuius ratio ſuo loco oſtenditur l. ſi vindicari C. de pœnis.

6 (margin, beside "re. Et ita † Pompeius"); 7 (beside "vo motu liberavit. Denique †"); 8 (beside "re. Quamvis †"); 9 (beside "ritate nihil ſit ſtatuendum. Sane †")

SVMMARIA.

1. *Tutor à pupillo cuius tutelam gerit emere nihil poteſt. Et nu. 3.*
2. *Fallit ſi obligationem cum Patre pupilli contractam impleat, aut emptore non ſolvente, ipſe eodem pretio rem retineat.*
4. *Præſides provinciarum itemque decuriones, fruſtra quid emunt aut publica conducunt.*
5. *Tutor authore contutore cum pupillo rectè contrahit dum mala fides abſit aut captio. Et nu. 7.*
6. *L. pupillus §. item ipſe ff. de auth. tut. emendata.*
8. *Res pupillares ſi à creditoribus palam diſtrahantur, emere eas tutor poteſt.*
9. *L. vlt. §. quatuor de leg. 2. explicata & emendata.*

CAPVT DECIMVM.

1 VErba † ſunt Vlpiani in l. pupillus, §. itẽ ipſe tutor. ff. de auth. tut. *Item ipſe tutor & emptoris & venditoris officio fungi non poteſt*, Quia emptio venditioque non ex vnius ſed duorum pluriumve conventione & conſenſu contrahitur. l. 1. in p. ff. de pact. Et vt rectè ſcribit Accurſius, in d.

§. item

Digitized by Google

§. item ipſe tutor. correlativa ſunt em-
ptoris & venditoris vocabula, & alium
emptorem, alium venditorem eſſe o-
portet. l. 1. ff. de rerum permutatione.
Et non ſolum ex correlativorum na-
turâ, ipſe tutor emptoris & venditoris
officio fungi non poteſt: verùm etiam
aliâ ratione prohibetur. quia in rem
ſuam authoritatem accommodare nõ
poteſt, vt pupillus ei obligetur. Laten-
ter enim & perfidè ſua commoda ex re
pupilli iuvare præſumitur tutor, qui
ſuâ authoritate rem pupilli acquirit.
2 Licet † obligationem legitime contra-
ctam, cum patre pupillorum ipſe po-
ſſit implere, & exequi, ac ſibi rem em-
tam tradere. l. 1. in prin. & l. quod di-
cimus ff. de author. tutor. aut id quod
ſolemniter publicâ auctione bonâque
fide diſtractum eſt, emptore non ſol-
vente pretium vltimâ licitatione obla-
tum, eadem conditione, quâ priori ob-
tigerat retinere. l. ſi tutor 56. ff. de ad.
& per. tut. Quoniam priore caſu nul-
lam novam obligationem contrahit,
ſed veterem & prius contractam tollit
ſolutione: poſteriore verò non emit,
ſed ab alio emptum eodem prætio reti-
net, iuſtâ ex causâ & abſque vlla pupil-
li captione, quæ in venditione & aliâ
quâvis tutoris acquiſitione, ſæpe con-
tingeret. Ideoque † ipſe, per ſe, vel per-
3 ſonas ſibi ſubjectas, propriâ authorita-
te ſibi à pupillo acquirere non poteſt
4 Exemplo † Præſidis Provinciæ: á quo
quod in ea provincia, in quâ admini-
ſtrat comparatum eſt, infirmato con-
tractu fiſco vendicatur, l. aufertur. §.
quod à Præſide, ff. de jure fiſci. Et de-
curiones qui ſubjectis aliorum nomi-
nibus prędia publica locant, quæ decu-
rionibus conducere non licet, ſecundũ
legem vſurpatam revocantur. l. 2. §.
quod quis ſuo. de ad. rer. ad. civitat.
per. Si † tamen tutor aliquis contu- 5
torem habeat, cuius authoritas ſuffici-
at, id eſt, cui decreta eſt adminiſtratio,
ſive ſolidæ tutelæ, ſive diviſæ, ſive co-
mmunis, dicendum eſt alio authore
pupillum ei obligari poſſe: ſive mutu-
am ei pecuniam det, ſive ſtipuletur, ſi-
ve emat ab eo, vel etiam ipſe mutuam
pecuniam pupilli acceperit à contuto-
ribus. l. pupillus in prin. & §. item ipſe
tutor. l. non exiſtimo. de ad. tut. Niſi
mala fides aut captio intervenerit: ve-
luti ſi per colluſionem à contutore gra-
tioſam emptionem obtinuerit, vel per
interpoſitam perſonam rem pupilli e-
merit: quia non bonâ fide videtur rem
geſſiſſe tutor, qui non ipſe palam, ſed
per interpoſitam perſonam rem pupil-
li etiam à contutore comparat. d. § itẽ
ipſe verſi: ſed ſi mala fide, & verſi. ſed
ſi per interpoſitam. Lex enim ſuſpe-
ctam habet huiuſmodi ſecretam ma-
chinationẽ, velut in captionem & ſu-
pergreſſionem pupilli perfidè excogi-
tatam. à quâ ſuſpitione tutor liber eſt,
ſi ipſe palam emit; quamvis poſtea no-
men non malâ fide, ſed ſimpliciter de-
derit; vt ſolent honeſtiores qui non
patiuntur nomina ſua inſtrumentis
inſcribi. d. §. item ipſe tutor, verſ. ſane
ſi ipſe. Et hoc eſt quod Triphonius
lib. 7. diſputationum reſpondit. in d.
l. non exiſtimo. de ad. & per. tut. *Mul-
tum referre palam apertéq́, debitorem ſe, vt
extraneum & quemlibet*, id eſt, quemcũ-
que ex multis, *faceret pupillo, an ſub ad-*

Digitized by Google

miniſtratione tutelæ, pupilliq́ utilitate, latenter ſua commoda, pupilli pecuniâ iuva-
6 *res.* Ad † quod Vlpianus quoque reſpexit, in d. §. item ipſe, verſi. ſane ſi ipſe. ff. de auth. tut. his verbis: *ſane ſi quidem emit ipſe palam, dedit autem nomen, non mala fide, ſimpliciter, &c.* vt corruptè legitur in codicibus communibus, reſtituiturque ex Pandectis Florentinis hoc modo: *ſane ſi ipſe quidem emit palam: dedit autem nomen, non mala fide, ſed ſimpliciter.* addita adverſativa *ſed,* ad ſignificandum, dictionem *ſimpliciter* opponi præcedentibus verbis, *non mala fide.*
7 Cum † autem non mala fide, ſed palam cum contutore tutor contrahit, valet quod agitur, ſive ipſe pupillus conſentiat, ſive ignoret, & cum ſolo tutore res peragatur. d. l. pupillus, in
8 prin. Item † ſi tutor à creditore diſtrahente, palam & bonâ fide emat. quia hic tutor ſibi vigilare poteſt, nec tenetur ad erogationem patrimonij pro cōmodo pupilli, ſicut fidejuſſores & interceſſores pro principalibus ſuis tenētur. l. 1. Cod. de dolo. l. indebitam. ff. de condi. indebiti. Ex quo detegitur error Caroli Molinęi, de contractib. vſurarijs. quæſt. 47. num. 47. & 300. volentis id quod in fidejuſſore & interceſſore eſt conſtitutum, obſervari in omni geſtore, procuratore, aut alio ad-
9 miniſtratore; ex † authoritate & reſponſo Scevolæ. in l. vlt. §. quatuor. ff. de leg. 2. quod rectè excuſſum, nihil agit de procuratore vel adminiſtratore alterius, de quo eſt certa legis deciſio: in d. l. pupillus. §. ſed etſi creditor. ſed de cohęredibus fideicommiſſo gravatis, & obligatis perſonali actione, quæ non perimitur ex cauſa emptionis per vnum cohæredum, cum extraneo creditore celebratæ. d. §. quatuor. Et quæ in tutoribus ſunt conſtituta, bona conſequentia porriguntur ad ſimilia, id eſt, procuratores, curatores, œconomos, executores teſtamenti, & qui negocia aliena gerunt. De quibus poſt Salicetum per multa membra diſtinguendo eleganter tractat Gabriel Mudęus primum pręceptor & deinde collega meus ac I C. celeberrimus. in l. ſi in emptione, §. vlt. ff. contrah. empt. Noviſſime animadvertendum eſt Scevolæ reſponſum, in d. §. quatuor. in communibus editionibus vitiatum eſſe, dum ita legitur: *Quatuor filios æquis partibus inſtituit, & fundum per præceptionem ſingulis legavit filijs:* non enim *filijs,* ſed *filij* legendum eſt, & punctus nō poſtponi ſed præponi debet dictioni *filij,* hoc modo: *quatuor filios æquis partibus inſtituit, & fundum per præceptionem ſingulis legavit. filij cū univerſa bona. &c.* vt rectè in libris Genevæ impreſſis & alijs quibuſdam legitur.

SVMMARIA.

1. *Theſaurus quid ſit.*
2. *Inventus cui cedat. Et nu. 7. 9.*
3. *Perſarum Regis in Theſauro invento iudicium.*
4. *Theſaurus magicis artibus inventus fiſco cedit.*
5. *Apollonij Thianei de Theſauro iudicium.*

6. *Inven-*

8. *Inventor Theſauri ſi dolo id celet, totum cedit loci domino.*

10. *Theſaurus in loco religioſo inventus cui cedat, & antinomia l. 3. §. ſi in locis. de iure fiſc. & §. Theſauros Inſt. de rer. diviſio. conciliata.*

11. *Beneficiarij poſſeſſores, Theſaurum inventum an retineant.*

12. *Feudalia bona hodie ad inſtar patrimonialium redacta.*

13. *Conſuetudo Theſaurum non uno modo diſtribuit.*

14. *Pecuniam deperditam vel metus cuſtodiaue cauſa reconditam Theſaurum non cenſeri.*

15. *Theſauri effodiendi facultatem olim à Principe impetrari debuiſſe.*

CAPVT VNDECIMVM.

1 THeſaurus † eſt pecunia ab ignotis dominis ſupra hominum memoriam recondita. l. namque nuda. §. theſaurus ff. de acquir. rerum domin. Eſt enim theſaurus, vt inquit Paulus, in d. §. theſaurus, quędam vetus depoſitio pecuniæ, cuius non exſtat memoria, vt iam dominum non habeat. Sic enim fit eius qui invenit, quod non ſit alterius. Exemplo avium & ferarum beſtiarum, quæ quia in nullius bonis ſint, efficiuntur capientis. §. feræ. inſt. de rerum diviſ. Et hac ratione Leo Imperator, in l. vnica. C. de theſauris. theſaurũ interpretatur, condita ab ignotis dominis vetuſtioris tẽporis mobilia, ſeu (vt Cuiaci⁹ legit) monilia. Ob quod etiam Dei beneficium vocatur theſaurus, ſeu fortunæ munus creditur, vt Triphonius IC author eſt.

2 Et † quamdiu latet, in nullius bonis eſt. Ideoque nec fundi æſtimationem auget; & iam recens effoſſus habetur loco novi cuiuſdam, primumque naſcentis emolumenti; velut novum alluvionis incrementum. eiuſq; acquiſitio non tam proficiſcitur à jure, quod vẽditor tranſtulit, quam novo fortunæ beneficio: ideoque emptori cedit, Scævolæ judicio in l. à tutore. 67. ff. de rei vendic. Quod † etiam exemplo Perſarum regis confirmatur; cui per Syriam 3
iter facienti cum arator ingens pecuniæ vas, quod arando invenerat, obtuliſſet: ac Regis comites omnes id fiſco inventum dicerent; ipſe audiens, non patris ſui, ſed Romanorum principum effigiem in eâ impreſſam, eam renuit, dicens: Si hæc pecunia maiorum meorum non eſt, aratori eam relinquamus ad quem Deus eam detulit. Author eſt
Baptiſta Fulgoſius. Porro † circa the- 4
ſauri acquiſitionem & diſtributionem receptiſſima & probatiſſima eſt diſtinctio, vt theſaurus magicis & puniendis artibus inventus, etiam in proprio fundo, ſit Cæſaris & fiſci. d. l. vnica. l. nemo. C. de malef. & mathemati. Nam inventor theſaurum amittit, & eo amplius ob delictum puniri poteſt. l. ex
S. C. ff. ad l. Cornel. de ſicar. Abſque † 5
arte verò magica inventus in proprio agro totus fit inventoris, ex D. Hadriani conſtitutione, §. theſauros inſt. de rerum diviſio. Ex quâ, vt ſcribit Alciatus, Parergon. lib. 7. cap. 1. facilè judicari poteſt, theſaurum repertum in re venditâ fieri emptoris non venditoris. Quod apertius probatur reſponſo Scęvolæ in d. l. à tutore. Et † controverſi- 6

am hujuſmodi olim in Indiâ inter em-
ptorem & venditorem, coram Rege
Abraorte propoſitam, pulchre diremit
Apollonius Thianneus qui (vt author
eſt Philoſtratus) in fin. lib. 12. conſul-
tus à Rege, quid de hoc ſentiret, ita re-
ſpondit. Tu verò optime iudicaturus
videris, ſi ita cogitaveris, Dijs eos pri-
mo curæ eſſe, qui cum virtute philoſo-
phantur; ſecundo, qui minime peccãt,
& nullam cuique injuriam inferre ſtu-
dent. Tribuunt enim Philoſophis, vt
divina, humanaque rectè noſcant; alijs
autem bonis, quæ ſunt ad victum ne-
ceſſaria, ne inopiâ coacti injuſti fiant.
Videtur ergo mihi optimum ô Rex,
iſtos tanquam in librâ ſuſpenſos exa-
minare, & vtriuſque vitam diligenter
inquirere. Etenim non exiſtimo Deos
huic terram auferre, niſi malus ſit: ne-
que rurſus theſaurum illi dare, niſi ſit
vẽditore melior. Quare cùm Rex vtri-
uſq; vitam diligenter expendens, ven-
ditorem hominem ſuperbum, Deorũ-
q; contemptorem eſſe intelligeret, em-
ptorem verò hominem juſtum & De-
orum cultorem eſſe audiret, ſecundum
7 eum, ſententiam dedit. Prout † eti-
am legum noſtrarum conſtitutio, em-
ptori theſaurũ attribuit, ratione com-
modi & incommodi ex re provenien-
tis, & ad eum pertinentis; & quia in
proprio ſuo fundo theſaurus repertus
intelligitur. Quod ſi in alieno agro
theſaurus reperiatur datâ operâ & in-
veſtigatione precedente, totus domino
fundi competit. Fortuito autem invẽ-
tus, puta ab aratore, colono, vel fabris
ad domus refectionem adhibitis, pro
parte dimidiâ domino agri, pro aliâ di-
midiâ inventori cedit. Niſi † improb⁹ 8
inventor, dolo mendacijſque ex rebus
repertis nonnulla retineat & occultet.
Is enim in pœnam mendacij, & tan-
quam malitioſus alienarum rerum oc-
cultator & fur, nihil omnino capiet, at-
que beneficium theſauri integrè cedet
loci domino. iuxta novel. conſtit. Leo.
Imperat. Et † quod conſtitutum eſt de 9
theſauro reperto in alieno agro, qui
privatus eſt, obtinet quoque in theſau-
ro invento in locis fiſcalibus, & prædio
Cæſaris patrimoniali. l. 3. §. ſi in locis,
De jure fiſci. l. vnica. C. de theſauris.
Sed † ingens eſt dubitatio & contentio 10
interpretum, de theſauro invento in
loco religioſo, propter repugnantia re-
ſponſa Calliſtrati I C. & Iuſtiniani Im-
per. in d. l. 3. §. ſi in locis, & in d. §.
theſauros. Calliſtratus enim ex divorũ
fratrum conſtitutione ſcribit, theſaurũ
inventum in loco religioſo pro parte
dimidiâ fiſco cedere. Et Calliſtrati re-
ſponſum probant conſtitutiones feu-
dales, in cap. vni. quæ ſint regalia. aper-
tè tribuentes fiſco, vel principi dimidi-
um theſauri in loco religioſo reperti
fortuito, & non datâ operâ. Iuſtinianus
in d. §. theſauros. ſecutus Hadrianum
Imp. theſaurum repertum in loco re-
pertum fortuito tamen, & non datâ
perâ totum inventori tribuit. Accur-
ſius hanc antinomiam diſſolvere co-
natus, intelligit Iuſtiniani deciſionem
ſecundum naturalem æquitatem, ex
quâ, ea quæ in nullius bonis ſunt, capi-
entis efficiuntur. Calliſtrati verò ſen-
tentiam arbitratur procedere ſecundũ
iuris rigorem qui hoc caſu prævalere
debet æquitati. Quod rationi non eſt

Digitized by Google

ſatis conſentaneum. Etenim credendũ non eſt, Iuſtinianum in ſuis Inſtitutis quas edidit, vt juvenes Iuris principia acciperent, falſam vel Iure civili abrogatam ſententiam inſeruiſſe. Quare idem Accurſius, in d. §. ſi in locis. Calliſtratum intelligit loqui de theſauro invento, datâ operâ: Iuſtinianum verò de eo qui fortuito invẽtus eſt. Sed Calliſtrati reſponſio latius patet, quam vt reſtringi poſſit ad theſaurum datâ operâ inventum. Nam à Calliſtrato æqualis diviſio ponitur, in theſauro invento, in loco ſacro, religioſo, in prædio publico, in prædio Cæſaris patrimoniali, vel fiſci; ideoque in his omnibus eadem debet eſſe determinatio. Et tamen conſtat theſaurum inventum in prædio Cæſaris patrimoniali, vel fiſci, datâ operâ, non pro parte dimidiâ tantum, ſed in totum Cæſaris vel fiſci eſſe. Alia itaq; ratio in eo conſtituitur, quod Iuſtiniani ſententia obtineat, in theſauro invento in loco ſacro aut religioſo, proprio tamen ipſius inventoris; licet enim cuique locum religioſum propria authoritate facere, inferendo mortui corpus, §. religioſum inſtit. de rerum diviſione l. cùm in diverſis. ff. de religioſis & ſumptibus funerum. & ſacrum licet privata authoritate non fiat, permittitur tamen privatò ſacrum habere. Eaque eſt interpretatio Claudij Cantiunculæ, d. §. theſauros. quem ſequitur Didac. Couvar. adijciens tamen illud fortè eſſe congruẽtius; quod Iuſtin. Cæſar à reſponſo Calliſtrati receſſerit, authoritate legis ab Adriano latæ: atque ideo Calliſtrati ſententiam ſublatam correctamq; eſſe à Iuſt. Quæ fuit etiam Angeli opinio. Sed illi refragatur feudalis conſtitutio. in d. c. 1. quę ſint regalia. Nec eſt veriſimile Iuſtinianum contraria ſuæ legiſlationi inſeruiſſe. Vnde Franciſcus Zoannetus in cap. 27. in lib. ſuo reſtitutionum. exiſtimat Calliſtrati reſponſum corruptè legi, & reſtitui debere, vt ita legatur, *ſi in locis fiſcalibus aut publicis non etiam religioſis*. Quæ ſanè lectio & emendatio tollit dubitationem, ſed eſt valdè audax & refragatur feudali conſtitutioni, in d. c. 1. & proinde ſecurius eſt adhærere ſuperiori diſtinctioni inter religioſa, quæ privatim habentur, & ea quæ in publico ſunt vſu: ex ſententia Cantiunculę, Alciati, parergon lib. 7. & Ludovici Charondæ. lib. 1. veriſimi. cap. 21. Eodem modo, quo diſtinguuntur ea, quæ civitas publicè poſſidet, ab ijs, quæ privatim habet. pulchrè Ferandus Adduen. lib. 2. ad. d §. theſauros. Scribitq; † Faber, d. §. theſauros. ſe dubitare, num beneficiarij poſſeſſores theſaurum ſuum facerent, in fundo beneficiario repertum. Et dubitandi cauſa inde naſcitur, quod fructuarij, creditores, & maritus, etiam in fundo dotali repertos theſauros ſibi acquirere non videantur: l. fructus §. ſi fundum ff. ſoluto matrim. l. 91. de acquirendo rerum domin. Et quod beneficiarius cliens fructuario quadantenus exequetur. §. in primis. quibus mo. feudum amittatur & §. vlti. de inveſtit. in re ali. fac. Sed vt certum eſt, theſaurum ad fructuarium non pertinere, l. divortium. §. ſi fundum & ibi DD ſolut. matrim. Boërius deciſ. 51. nu. 2. & deciſ. 224. nu. 9. & repertum in fundo dota-

ſi, non niſi in vita apud maritum manere; eoq; mortuo, aut aliter ſoluto matrimonio, vxori eiuſve hæredibus reſtitui; d. §. ſi fundum & ibi gloſſ. & dd. in verbis *quaſi in alieno inventi.* ita non dubitatur theſaurum in re emphiteuticâ ſeu feudali inventum, irrevocabiliter attribui emphiteutę ſeu vaſallo. Carol. Molineus in Conſuetud. Pariſienſib. §. 37. gloſſ. 10. num. 48. Id quod ex maiore quadam ratione extendit ad poſſeſſorem maioratus Ludovicus de Molina I C. Hiſpanus. in elegantiſſimis ſuis ſcriptis de Hiſpanorum primogeniorum origine atq; natura. lib. 1. cap. 23. Inferens ſupradicta etiam obſervanda in venâ marmoreâ, aureâ, argenteâ ſeu metallicâ; adhibitis tamen certis diſtinctionibus, quas vſu exigente diligẽs lector excutiet. Quod
12 † autem ad vaſallum attinet, hodiè ceſſat omnis dubitatio, quoniam bona feudalia apud nos ſunt facta patrimonialia: Ideoq; inveſtiti omnino domini ſunt, & totum theſaurum acquirũt, reſervatâ tantum tertiâ parte domino juriſdictionali, vel aliâ portione minore aut majore, pro diverſitate con-
13 ſuetudinũ. quæ † in pleriſq; locis tertiam vel quintam partem domino territorij attribuit. In alijs domino totus theſaurus adijcitur, reſervatâ quintâ vel quartâ parte inventori, vt author eſt Didac. Couuer. loco citato. De theſauris enim conſtitutiones & conſuetudines ſunt variæ. De quibus multa ad vſum Forenſem pertinẽtia, eleganter ſcribit Reynatus Choppinus de Iuriſdictione Andegavenſium, lib. 1. ca. 42. nu. 20. & c. 61. in fin. & interpres legum hiſpanarum. par. 3. tit. 28. l. 11. In his regionib⁹ de conſuetudine theſaurum in loco publico vel in viâ publicâ repertum, in ſolidum domini territorij ſibi vendicant, ſicut alia bona vacantia, & quę Eſpaves, eſtrangiers & biens vacans appellantur. vt ſcribit Ioannes Gall⁹ in arreſtis Parlamenti Pariſ. quæſt. 193. Is verò qui in privato invenitur diſtribuitur plerumq; ſecundum Iuris civilis conſtitutionem nunc relatam. Plerumque vero ſecundum conſuetudines locorum dividitur æqualiter inter dominum temporalem, ſeu ſupremum Iuſticiarium, & fundi dominum. Et ita conventum fuiſſe inter Huguelinem civem Ambianẽſem, & officiarios regios. Et rurſus inter religioſos ſancti Germani, & magiſtrum ſcholarium, refert Ioannes Gallus. in d. queſtio. 193. Quod † tamen proce- 14
dit duntaxat in vero theſauro, & pecuniâ antiquitus recondita: non etiam in pecuniâ fortè deperditâ, vel per errorem ab eo ad quem pertinebat, non ablatâ, text. hîc & in l. peregrè, de acquiren. poſſ. Vel lucri, vel metus, vel cuſtodiæ cauſâ reconditâ; nam illa manet prioris domini, text. hîc & l. nunquam nuda in fin. ff. de acquirendo rerum domi. & inventor ad illius reſtitutionem tenetur; nec poteſt rem inventam abſque crimine rapinæ retinere. Illud † rectè admonet Marquardus 15
Freherus, parerg. lib. 1. cap. 4. olim fodiendorum retinendorumq; theſaurorum facultatem à principe impetrari debuiſſe, alioquin quicquid inventum erat, niſi indicatum eſſet, committebatur fiſco. Quo prætextu Nicephorum

Pho-

Digitized by Google

Phocam multa privatis extorſiſſe, Cedrenus ſcribit. Si quis plura de theſauris ad Iuris interpretationem & praxin pertinentia videre deſideret leget Ioannem Bacquetum, in tractatu 5. des droicts du domaine ca. 32. ſub tit. cujus inſcriptio eſt : Si les Threſors trouvez en France appertiennent au Roy; ou au Seig^rs^ haults Iuſticiers. Et á qui ils ſont adjugez. Et Lodovicũ de Molina de hiſp. primog. lib. 1. cap. 23.

SVMMARIA.

1. *L. ſi quis hac lege ff. de rei vend. emendata & explicata. Et 9.*
2. *Adiectionis & addictionis vocabula commutata multos errores invexiſſe.*
3. *L. ſi in emptionem ff. de minoribus emendata & explic. Et 5.*
4. *Addictionis vocabulum à iudicijs ad emptiones tranſlatum.*
6. *Addictio in diem, obligationis principium non ſuſpendit.*
7. *Ideoque medio tempore, vendicatio alijq; dominij actus rectè exercentur.*
8. *Allata meliore conditione, emptio in totum reſolvitur.*

CAPVT DVODECIMVM.

VEl temporum injuriâ vel vitio
1 ſcriptorum accidit, † vt etiam hic Vlpiani locus l. ſi quis hac lege ff. de rei vindicat. ſit corruptiſſimus. Nam in multis libris in ſecundâ parte legitur per adverſativam *ſed ſi*, vbi ſecundum emendatiores libros Florẽt. legere oportet, *ſed etſi*, per modum adjungendi, connectendiq; caſus magis dubitabiles, eandẽ tamen Iuris deciſionem habentes; vbi in contrarium adverſativæ dictiones diverſam repugnãtemque deciſionem deſiderant. Rurſus in multis libris perperam legitur *addictio*, reponique debet *adiectio*. De
2 quibus † verbis addicendi, adijciendique multa habet Alciatus, lib. 5. par. ca. 3. Budæus, in rub. de in diem addict. & Laurentius Valla, lib. 5. ca. 16. qui rubricã ſeu titulum *De in diem addictione* reſtituerunt, qui ante perperam, *De in diem adiectione* ſcribebatur. Sed vno errato inſcriptionis ſublato, plura invexerunt, dum ſub eo titulo *adiectio* & *adijciendi* verbum multis locis aſſcriptum, vbique commutant; reſtituuntq; dictionem *addictio*, & verbum *addicẽdi*. quem errorem beneficio libri Florentini animadvertit Antonius Auguſtinus, emendat. lib. 2. ca. 3. rectè docens ſub eo titulo, non ſæpius addictionis, quàm adjectionis nomen, aut addicere, quàm adijcere ſeu adicere inveniri. Sic enim in libris Florentinis ſcribitur, atque Poëtarum atque rethorum vſu & conſuetudine comprobatur. Nam litera i. per majuſculam ſcripta conduplicatur, & vt Quintil. ait, ſibi incidit, vt conicit, pro *conijcit*, adicit, pro *adijcit*. Et apud Poëtas quandoque prima ſyllaba corripitur, vnde Statius. *Pectoraq; obicit, &c.* Item Vergil. *Titere paſcentes à flumine reice capellas.* Referunturque apud Antonium Auguſtinum in his verbis adijciendi addicendiq;, aliorum multorum locorum emendationes.

3 Quibus † adiungimus Hermogeniani
reſponſum in l. ſi in emptionem ff. de
mino. in quo depravata eſt communis
lectio quæ ita habet: *ſi in emptionem pe-
nes ſe collatam minor addictione ab alio ſu-
peretur.* reponendumque eſt ſecundum
emendatam lectionem libri Florenti-
ni & rei ſubjectæ naturam, pro *addicti-
one. adiectione.* Adjectio enim augmen-
tum prætij ſignificat, cujus oblatione
poſt addictionem præcedentem, alius
minorem, qui prius emerat, excedit &
ſuperat. Nam poſt licitationem & ad-
dictionē adjectio admittitur intra cer-
ta tempora. Et ita Paulus in l. licet ff. de
in diem addictione. ſcribit, licere ven-
ditori, meliore allatâ conditione, addi-
cere poſteriori, niſi prior plus adijciat;
poteſt & illi qui plus adijcit, rurſus
in diem quis addicere, vt adimatur ſci-
licet ei res, ſi alius adijciat, idq; ad tertiū
vſq; emptorem. Quod verum eſt, ſi vē-
ditor pactus ſit, vt venditio reſcindatur
meliore allata cōditione, nam niſi hoc
paciſcatur, non poteſt ei addicere, qui
plus adijcit. Eoq; pertinet, quod elegā-
ter Paulus reſpondit: in l. Lucius Titi-
us ff. ad municipalem. *Si civitas nullam
propriam legem habet de adiectionibus ad-
mittendis, non poſſe recedi à locatione vel
venditione prædiorum publicorum iam per-
fectâ. Tempora enim adiectionibus præſtita
ad cauſas fiſci pertinent.* & ad omnes vē-
ditiones, quę publicè, & iure haſtę fiſca-
les fiunt; In his enim citra omnē pacti-
onem adjectio admittitur, donec de-
cretū emptori fuerit traditū. Addicere
4 † autē eſt verbū à judicijs tranſlatū ad
vēditionem: omnis enim poteſtas prę-
torum in judicijs, tribus his verbis no-
tabatur; do, dico & addico. Primum dā-
di judicis ſignificabat poteſtatem. l. 1.
ff. de juriſd. Secundum juris dicendi &
ſententiæ ferendæ. Tertium judicati
faciendi maturandęq; executionis. Di-
cere enim propriè ad dictionem ſentē-
tię refertur. Addicere eſt idem dicere &
approbare priorem ſententiā exequē-
do: nam Prætor exequens ſuam vel ju-
dicum à ſe datorum ſententiā. ſecun-
dū eā velut repetitam dabat addicebat-
q; rem victori. Vnde factū eſt vt addi-
cere idem quod omni meliori modo
tradere, & (vt ita dicam) ſolemniter ac
in jure authoritate magiſtratus appro-
priare ſeù mancipare ſignificet. Poſtea
vſu rei ampliato, addicere à publicis
ſubhaſtationibus tranſlatum fuit ad
privatas venditiones, quæ fiunt præ-
ſenti quidem die, ſed ſuſpenſa dilata-
que addictione vel additâ conditio-
one reſolutiva; vt in ſpecie à I C. pro-
poſitum eſt in emptione hac lege com-
poſitâ, vt ſi alius meliorem conditionē
attulerit, recedatur ab emptione; text.
hic in d. l. ſi quis hac lege. Nam poſt † 5
allatam meliorem conditionem diſſol-
vitur emptio, nec poteſt emptor ampli-
us rei vendicationem exercere, quam
habebat ante oblatam meliorem con-
ditionem. quoniam † hæc verba: *ſi ali-
us meliorem conditionem obtulerit,* non di- 6
fferunt, nec ſuſpendūt principium ob-
ligationis, vt ſcilicet differatur, niſi me-
lior conditio adferatur: ſed pura eſt em-
ptio & ſtatim valet, non ſecurè tamen
& incommutabiliter, ſed allatâ meli-
ore conditione reſolvitur. Ideoque † 7
non mirum, ſi interim emptor vendi-
catione vtatur, vſucapiat, fructus lucre-
tur,

Digitized by Google

tur, & rei periculum ſuſtineat. l. 2. in fin. de in diem ad. quoniam ante adjectionem, id eſt, oblatam meliorem conditionem, emptor eſt verè dominus, & in rem actionem & interdictum exercere poteſt, inſpecto potius actu dominij quod habet, quam potentiâ pacti ex quo poteſt avocari. Nam ſufficit agenti habere jus interim dum poſſidet. exemplo creditoris hypothecarij, qui actione hypothecariâ experitur, licet ſolutione hypotheca reſolvi poſſit. Bald. hic. Exemplo hæredis, à quo relicta eſt libertas vel quævis alia res ſub conditione reſtituendi. l. non ideo minus ff. de rei vendic. Item mariti, qui tempore matrimonij dominus dotis appellatur, & eam vendicare poteſt, licet ſoluto matrimonio, ad mulierem ejuſve hæredes revertatur. Etenim vt Paulus reſpondit, in d. l. non ideo min. non ideo minus recte quid noſtrum vendicamus, quod abire à nobis dominium ſperatur, ſi conditio legati vel libertatis exiſtat; & ſufficit propter conditionem, incertum eſſe, an res apud nos ſit remanſura vel abitura, vt interim noſtra dicatur. l. ſufficit ff. de condict. Eaque eſt vera ratio, quare in vtrâque parte reſponſi noſtri I C. emptori interim vendicationem attribuat. In qua re, & ad cognoſcendum, an pura ab initio, an conditionalis ſit emptio; conſiderandum eſt quid contrahentes egerint: non enim ex formulâ, ordine vel collocatione verborum, ſed ex vi ſignificandi, ex ordine intellectus & mente contrahentium hæc res expenditur. Porro † quamvis pura ab initio fuerit emptio, tamen eveniente conditione reſolvitur, & reflectitur dominium rei ab emptore in venditorem, & bonis venditoris annumeratur. textus hic & in l. ſtatuliber ad l. falcid. adeo quod emptor poſt allatam meliorem conditionem, neque actionem neque interdictum exercere poſſit, textus hic. omniaque commoda medij temporis reſtituere cogatur. l. quod dicitur de in diem addictione: quoniam eventus conditionis trahitur ad principium acquiſitionis, omniaque in priſtinum ſtatum reponuntur. ita tamen vt viciſſim emptori reſtituatur, ſi quid in rem ipſam impenderit. Nam vel ex fructibus perceptis impenſa deducitur & retinetur; vel ſi non ſufficiant fructus, à venditore ſolvitur. l. Imperat. de in diem addictione. Nec ad rem facit, quod lex de re tantum loquatur, non de iis quæ accedunt: quoniam neceſſe eſt, vt hæc ſequantur conditionem rei principalis, vt ſi res inempta fiat, hæc quoque emptionis jure liberentur. Idque non ſolum in emptione hac lege conceptâ, vt ſi alius meliorem conditionem attulerit, ab eâ recedatur, aut in pacto legis commiſſoriæ. verùm etiam in verâ addictione in diem; textus hic in 2. parte, verſ. ſed etſi. de quâ pluſculum dubitationis erat, propter vim & poteſtatem addictionis factę, quę tam facili momento nō videbatur reſolvi poſſe ipſo jure. Et tamen idem deciſum eſt à I C. in hoc pacto addictionis, quod in ſimplici venditione, quæ debilioribus adminiculis ſubnixa eſt. Quod † indicant verba ampliativa, & vim connectendi

Digitized by Google

habentia, quibus I C. vtitur, dum ita inquit: *Sed etſi cui in diem addictus ſit fundus*, ſecundum veram lectionem, quæ in communibus codicibus corrupta eſt, legiturque adverſativè, *ſed ſi*. quam differentiam dictionum connectentium, & adverſantium non advertentes Interpretes, corruptam lectionem ſecuti ſunt; & contra vim & ſignificationem verborum, de vnâ eâdemque ſpecie in hoc reſponſo agi putarunt. Cùm rectè obſervata ſententia I C. oſtendat duas quidem facti ſpecies proponi, ſed vtramque eandem deciſionem habere, propter potentiam facti reſolutivi, & quia apparet à contrahentibus id actum fuiſſe, vt ipſo jure & venditio & addictio reſolveretur.

SVMMARIA.

1. *L. dies cautioni præſtitutus, in prin. & §. duas ergo res, verſicu. ſi fortè. De damno infecto, integritati ſuæ reſtituta.*
2. *Duretur verbum in paſſivâ ſignificatione imperſonaliter ab Vlpiano eleganter vſurpatum.*
3. *Vocabula invſitata à I C. vſurpata.*
4. *Benè loquendi conſuetudinem pro ratione habendam.*

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

1 PErobſcurum † & varietate legēdi interpretandique commaculatum eſt Vlpiani reſponſum lib. 1. ad edictum. l. dies cautioni in prin. De damno infecto. Nam Plantina editio & pleræque aliæ ita habent; *Dies cautioni præſtitutus ſi finietur, prætoris vel præſidis officium erit, ex causâ vel reum notare, vel protelare eum*. Quæ ſine ſenſu ſunt, & prorſus inſipida, ideoque inducenda. neque enim ita ſcriptum ab Vlpiano exiſtimo, ſed temere inculcatū ab aliquo imperito. Null⁹ enim ijs verbis *vel notare reum* ſenſus ineſt; ideoque vt Vlpiani locus purgetur, ex antiquioribus libris ita reponemus. *Si dies cautioni præſtitutus finiatur, prætoris vel præſidis officium erit ex causâ vel renovare vel protelare eum*. Quæ & orationem & ſententiam habent elegantem & dilucidā. Etenim cum verbum *finiatur* & præſentis temporis & præteriti imperfecti ſignificationem habeat, commodiſſimè vtriuſque temporis reſpectu & cōſideratione ſubijcitur, *vel renovare vel protelare eum*. id eſt, diem cautioni præſtitutum, ſi nondum finitus eſt, prolongare, prorogare & extendere: ſi verò finitus eſt renovare, id eſt, de novo præfinire & concedere. Quod rectè etiam ab Accurſio perceptum eſt. Et ita dicimus, Renovare contractum, l. juriſgentium, §. adeo. De pact. Item protelare litem, l. properandum. §. ſin autem. C. de judicijs. equites protelare, pro, procul arcere. Cecinna lib. 4. Hiſtor. vt citat Nonius. Et eodem verbo antiquè & eleganter Vlpianus vſus eſt & alio loco, l. penult. De injurijs. ita inquiens: *In omnibus in quibus protelatur admonitio*. Vnde protelum & protelo per impulſum & quaſi continuo tractu apud

apud Varronem leguntur. De quo plura refert Scipio Gentilis, parerg. lib. 1. cap. 36. circa finem. In eodem reſponſo Vlpiani d. l. dies cautioni. §. duas ergo res, verſicul. ſi forte. ita ſubijcitur: *Si forte duretur non caveri, vt poſſidere liceat*, vt perinde ſit, ac ſi dictu eſſet, Si caveri differatur. Quæ vera eſt Vlpiani ſententia & interpretatio, quam Ludovicus Charondas reprehendit, & ſpecie emendationis germanam Vlpiani locutionem depravat atque corrūpit, pro verbis: *ſi forte duretur non caveri*, legendo: *ſi forte non curetur caveri*. Quod non eſt probabilius, quàm id quod alij pro dictione *duretur* vnâ literâ mutatâ legerunt *daretur*. Vera & genuina eſt lectio, *ſi forte duretur*, id eſt, perſeveretur *non caveri*. Agit enim Vlpianus in d. verſi. ſi forte. de eo qui paſſus eſt miſſionem ex primo decreto, & propter durationem ſeu perſeverationem in contumacia, ex ſecūdo decreto cauſa cognita poſſeſſione decedere cogitur admiſſo adverſario ex prætoris vel præſidis permiſſu. Ad quod non ſufficit ſimplex non præſtitæ cautionis allegatio, ſed neceſſaria eſt vera contumaciæ & obſtinationis probatio: vt eleganter exprimitur verbis illis: *ſi forte duretur nō caveri*. Quæ Iuris effectum reſpiciunt.
2 Et † elegantiſſimè Vlpianus verbum *duretur* in paſſivâ ſignificatione imperſonaliter accipit, pro perſeveretur .i. perſiſtatur, licet paſſim *duretur* apud alios authores in ea ſignificatione min' frequentetur. Infinita enim ex theſauris bonorum authorum, quæ injuria temporum interciderunt, in I C. reſponſis aſſervata, luci reſtitui poſſunt. Extantque † multa invſitata vocabula 3
contra regulas Grammaticorum à IC. (ſibi ſignificationes verborum vendicantibus) vſurpata, quæ licèt ante I C. ætatem in linguæ latinæ conſuetudinē recepta non fuerint, tamen poſtquam ab ijs vſurpata fuerunt, latinâ tanquam civitate donata videntur. Nam † in o- 4
mnibus linguis multa dicuntur, quorum ratio non conſtat; vtpote quæ ipſa rerum novitas & quædam propè neceſſitas expreſſit; & in vſu bene loquendi ipſam bene loquendi conſuetudinem pro ratione habere oportet, præſertim apud I C. In opinione moreq́; populari verſantes, & propria vocabula ac phraſes habentes quas edocuit Elius Gallus, libro ædito, de verborum quæ ad jus pertinent, ſignificatione. & plurima infrequentia & à communi vſu remota vocabula, & peculiares loquēdi phraſes habet Cicero in legibus ſuis; & ex I C. libris diligenter & eruditè poſt Antonium Auguſtinum, in lib. emendatio. & Barnabam Briſſonium, parergon lib. ſingul. accumularūt Scipio Gentilis lib. 1. parergon, ad pandectas. & Iacobus Cappellius. in eruditiſſimâ apologiâ ſuâ pro I C. cōtra Laurentij Vallæ argutias. quæ poſt Nicolai Vallæ elegantem tractatum de rebus dubijs & quæſtionibus in jure controverſis impreſſa eſt Pariſijs Anno 1583. Quibus addēda ſunt verba *duretur, largiatur*, & alia ſimilia paſſivâ ſignificationem habentia, & latinis auribus parū trita. De quibus poſtea alijs locis tractabimus.

Digitized by Google

SVMMARIA.

1. *Cautiones ſemel præſtitæ ſinè causâ non renouantur.* Et nu. 3.
2. *Inopia fideiuſſoris ſi tempore contractus creditori fuerit cognita cautionũ renovatio non admittitur.*
4. *Cautiones ab initio requiſitæ ex legis, conſuetudinis, teſtatoris, vel contrahentium diſpoſitione, abſque ſuperveniente novâ causâ præſtantur.* Et 5. 6.
7. *L. inter omnes ff. qui ſatiſ. cog. noua & ſingularis declaratio reiectâ communi Interpp. ſententiâ.* Et nu. 8.
9. *L. Paulus notat ff. de Præt. ſtip. emendata.*
10. *Differentia inter inſtitutum ſub conditione, & eum qui ab initio ius dominij habet, quoad cautionem præſtandam ad inſtantiam ſequentis hæredis.* Et nu. 11.
11. *Maioratus, itemque emphiteuſis gradatim pluribus conceſſa, quo iure ad ſucceſſores deuolvatur*
12. *Ludovici de Molina ſententia improbata.*

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

PRiuſquam à cautionum præſtatione, renovatione & protelatione abeamus, animadvertendum
2 † eſt, rectè Vlpianum dixiſſe: in l. dies cautioni. de dam. infec. diem cautioni præſtitutum, non renovari aut protelari, niſi ex causâ, & per prætoris aut præſidis officium causâ cognitâ, & plerumque per localem inquiſitionem.
Nam quamvis plerumq; ab initio abſque cognitione prætoris vel præſidis cautio ſimpliciter deſiderari poſſit & neceſſaria ſit. l. inter omnes, in princ. Qui ſatiſdare cogantur. ſemel tamen pręſtita non renovatur, nec protelatur, niſi ex causâ, & adhibitâ prætoris cognitione, ex qualitate damni, quod, vt Vlpianus ait, contingere ſperatur. in l. Qui bona fide. §. fin. de dã. infect. alioqui in infinitum ad renovandam cautionem quis obligatus eſſe non debet: Ideoq; cautio aut ſatiſdatio ex integro non eſt exhibenda, niſi ex arbitrio judicis, ſeu prætoris, & ex causâ de novo ſuperveniente: veluti ſi fidejuſſor judicatum ſolvi, ſtipulatori hæres exſtiterit; aut ſtipulator fidejuſſori, l. de die §. fidejuſſor. ff. Qui ſatiſdare cogantur. aut ſi ſervus, miles aut minor intervenerit. Item ſi medio tempore calamitas fidejuſſoribus vel magna inopia acciderit, l. ſi ab arbitro. 10. Qui ſatiſdare cogantur. veluti ſi ex poſt facto non ſolvendo effecti ſint, aut bona quæ habuerant amiſerint, tunc namq; de novo ſatiſdandum eſt. l. ſi is à quo, 3. §. ſi ſemel. l. plane 4. Vt in poſſeſſionem legatorum. l. ſi creditores. 16. De privileg. creditorum. l. Qui bona, 13. §. de illo. De damno infecto. Caſtrenſis in l. In omnibus. 41. De judicijs. & ibi Iacobinus de S. Georgio nu. 4. Niſi † 2
tẽpore fidejuſſionis exactè, comperta fuerit fidejuſſorum inopia. l. in confirmando, 8. ff. de confirmando tutore, ca. paſtoralis. De exceptionibus. Tunc enim ſibi imputare debet, qui talibus fidejuſſoribus fuit contentus. D D. in d. l.

Digitized by Google

d.l.in omnibus.Idem eſt ſi poſt ſupervenientem inopiam actor diu tacuit. quâ ratione ſcribit Angelus, in d. l. ſi ab arbitro. ſe curaſſe relaxationẽ multorum ſuſpectorum & fugitivorum, propter conditionem eorum cognitã adverſario ab initio &tempore contractus. Etenim vt repetitio cautionis injũgatur,aut perſona debitoris in carcerem detrudatur aut cuſtodiatur, neceſſe eſt ex poſt facto detegi inopiam aut dilapidationem ejus, qui tempore cõtractus communi opinione eſtimabatur idoneus & ſolvendo: & detectam probatamque inopiam abſque longo ſilentio aut diſſimulatione proſequi.

3 Et † hoc eſt quod Paulus reſpondit : l. prætoriæ. 4. De prætorijs ſtipulation. *Prætorias ſtipulationes ſæpius interponi, cum ſine culpâ ſtipulatoris cautum eſſe deſijt.* Nam tunc quæ de novo emergunt,novo auxilio indigent,& ex integro ſatiſdandum eſt, vt Paulus ait, ex novâ & poſtea ſuperveniente causâ,per Prætoris ſeu præſidis officium causâ cognitâ, quatenus agitur de prætoriâ ſtipulatione : Nam conventionalis non repetitur.Ideoque venditor qui dedit fidejuſſorem emptori,non ſatiſdabit iterum, etiamſi fidejuſſor poſtea facultatibus lapſus eſt, Vt Angelus ſcribit.in l.fidejuſſor 2. in prin. Qui ſatiſdare cogantur.Cognitio autem cauſæ renovandæ vel protelandæ cautionis in eo conſiſtit,an nova cauſa ſine ſtipulatoris culpâ ſuperveniens,juſta ſit ad inducendã æquitatem renovandæ vel protelandæ
4 cautionis.Quod † aliter obſervatur in cautionibus à principio exactis, quæ plerumque, ſeu magna ex parte, indiſtinctè, etiam nullâ novâ cauſâ ſuperveniente,exiguntur & præſtantur:ſive ſint judiciales, ſive convẽtionales,ſive communes : & ſive teſtamenta & vltimas voluntates, toto titulo .ff. vt legatorum & fideicommiſſ. nomine caveatur. & C. vt in poſſeſſio. legat. vel fidei. ſervand. cauſ. ſive acta judiciaria, ſive contractus,ſive alios actus inter vivos ſive quaſlibet alias diſpoſitiones
reſpicias.Etenim † non ſolum ſatiſda- 5
tiones voluntatis defunctorum tuendæ gratia, in legatis & fideicommiſſis, abſq; ſubtili cognitione aut expectatione novæ cauſæ interponũtur: verùm etiam illæ,quæ ex legis diſpoſitione in judicijs de lite proſequendâ,judicio ſiſti & judicatum ſolui introductę ſunt; Item illę,quę de damno infecto,in novi operis nunciatione, de bonis pupilli arrogati reſtituẽdis, cum quartâ parte bonorum ipſius arrogatoris. item rem pupilli ſalvam fore, requiruntur. Eademq; ratio eſt in cautionibus conventionalibus,& ex contractu,vel alio actu inter vivos,vel alias ex legis,canonis,vel ſtatuti diſpoſitione requiſitis.
Et † ita cautio vſufructuaria, de vten- 6
do boni viri arbitrio, & ſimiles ab initio indiſtinctè,etiam ſi nulla nova cauſa ſuperveniat, præſtantur: ſive vſusfructus per vltimam voluntatem, per contractum, vel alium actum ſit conſtitutus. Idem quoque eſt in cautione, quę ab vſurario exigitur de reſtituẽdis vſuris. cap. Quamquã 2.De vſuris,lib. 6. Et quod Papinianus reſpondit in omnibus bonæ fidei judicijs,cùm nõdum dies præſtandæ pecuniæ venit, ad interponendam cautionem ex juſtâ

cauſâ fieri condemnationem, l. in omnibus, 4. ff. de judicijs. locum habet in actibus ſeu contractibus, in quibus neque à lege, neque à conſuetudine, neque à teſtatore, neque à contrahentibus neceſſitas cavēdi à principio imponitur. Quod ſubtiliter animadvertiſſe videtur Baldus. conſil. 175. incip.
7 Caſus ſuper quo conſ. vol. 2. Ex † quibus dubia redditur, & convellitur communis, & ab omnibus recepta opinio Bartoli, & aliorum, exiſtimantium in his tantum, quæ ex vltima voluntate dependent, indiſtinctè cautionem prçſtari. In his verò, quæ ex contractu, ſeu alio actu, aut diſpoſitione proveniūt, novam & poſtea ſupervenientem cauſam deſiderari; idque vt ipſi putant ex authoritate Vlpiani. in d. l. inter omnes, 12. Cuius reſponſum rectè excuſſum illorum intentionem nihil adjuvat. Vlpianus enim (vt prolato lumine ſententiarum Pauli Iacob' Cujacius quoque exiſtimat) libro 5. ſententiarum, tit. 19. §. 1.) non variat hypotheſin, neque duas regulas ſibi invicem oppoſitas conſtituit; quarum altera in vltimis voluntatibus, altera in contractu & alijs actibus ſeu diſpoſitionibus locum habeat; ſed continuâ oratione, & per conjunctivam particulam, eandem facti ſpeciem, ſeu hypotheſin de directis inſtitutionibus & ſubſtitutionibus; atque hærede ſub cōdicione poſſidente pertractat; deciditque ſubſtitutum hæredem, ab inſtituto, qui ſub condicione ſcriptus eſt, vtiliter ſatis petere, ne petitâ bonorum poſſeſſione, res hæreditarias diminuat. Quod non ad regulam, ſed ad determinationem particularis caſus pertinet: in quo hæres ſub condicione inſtitutus, antequam condicioni paruerit, aut conditio exſtiterit, hęreditatem apprehendit, & poſſidet: In quo vertitur præjudicium ſubſtituti propter ſperatam hæreditatem ex defectu condicionis. Ideoque ei permittitur, pendente condicione, primo loco ſcriptum hæredem repellere; vel ſi ipſe conſentiat, vt primo loco inſtitutus poſſeſſionem hæreditatis de facto apprehenſam, aut à prætore ex edicto de bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas conceſſam retineat, ne nimis diu teſtamentum pendeat, aut ex longiore dilatione hæres damnum patiatur, æquum eſt illi in longiorem diem caveri, donec condicio extet, vel deficiat: Quoniam non debet Prætoris beneficium ſubſtituto captioſum eſſe; l. Paulus notat 8. De prætorijs ſtipulationibus. Nec poteſt videri calumnioſé ſatis petere, quēm alius antecedit, ſecundum veram lectionem, quam IC. ſententia, & Iuris ratio exigit: in d. l. Paulus notat. rejectâ arffimativâ conſtructione cum ineptis Gloſſæ & aliorum interpretamentis. Nec eſt ignotum iſtas particulas, *& nec*, & ſimiles ſæpe invicem permutari, vt rectè poſt Petrum Fabrum à Iacobo Cuiacio animadverſum eſt. in commentario, de vſucapionibus. Et quamvis in ſpecie de quâ agitur, alius ſubſtitutum hæredem antecedat, id tamen non fit ſimpliciter & abſolutè; quia condicio poteſt deficere, & ante eventum vel defectum condicionis ſubſtitutus pari loco eſt, & æquale-

ſe jus habet cum inſtituto; & perinde eſt ac ſi ambo ſub contrarijs conditionibus vocati eſſent. Ideoque non iniquum eſt ſubſtituto ab inſtituto caveri, non quidem in caſum quo inſtitutus præcedit, ſed in contrarium quo excluditur; & ſubſtitutus ex defectu condicionis, velut primo loco vocatus, admittitur; vt rectè annotavit Imola, in d. l. Paulus notat. conſiderans hæredem primo loco vocatum, contra juris civilis rationem extraordinario modo properanter & præmaturè admitti ante condicionis eventum. Ex cujus defectu ſubſtitutus ſucceſſionem ſperat; ad quam ſpem conſervandam cautio præſtatur; idque non tam ex vltima voluntate, quàm ex causâ novâ & extrinſecâ, nè poſſeſſio ante conditionis eventum apprehenſa contra juris civilis regulam ſubſtituto captioſa ſit, aut damnum adferat. l. legata ſub conditione 41. De conditionibus & demon-
8 ſtrationib. d. l. Paulus notat. In † quâ re cum ſæpe inter inſtitutum & ſubſtitutum magna controverſia oriatur, dum ſubſtitutus contendit inſtitutum ante conditionis eventum admitti non debere, ne ſibi in poſſeſſione fiat præjudicium, aut inſtitutus cautionis petitionem calumnioſam arguit: rectè ſubijcit Vlpianus, plerumque ipſum Prætorem ex causâ jubere ſtipulationem interponi. Etenim licet in legatis & fideicommiſſis lex indiſtinctè & abſque ſubtili cognitione cautionem imperet: cautio tamen ſubſtituto præſtanda, plerumque longiorem diſcuſſionem deſiderat, ex modo bonorum, onere æris alieni, & conditione perſonarum, nec non propter varietatem cautionum & conditionum differentiam, atque alias facti circumſtantias; quæ ſi partes non conveniant, prætoris officium & cognitionem deſiderant. Quoniam licet cautio legati & fideicommiſſi ex legis diſpoſitione indiſtinctè adhibeatur: in hæreditatibus tamen & inſtitutionibus ab initio cautio non eſt neceſſaria, niſi cauſa & æquitas quædam extrinſeca concurrat; veluti quod prætor hæredi inſtituto ſub condicione eâ pendente tribuat bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, vel quid ſimile: ex quo juſta cauſa enaſcitur petendę cautionis ad ſubſtituti ſecuritatem. Notandumque eſt cautionem hanc non haberi abſolutè pro implemento conditionis, ſed duntaxat pro ſecuritate non diminuendæ ac reſtituendæ hæreditatis in defectum conditionis. In quâ tamen re inter cautionem Mutanam & prætorias eſt differentia. Introducta ſiquidem Mutiana cautio eſt, vt conditio præſtitâ cautione pro impleta haberetur, detque caventi actionem ad rem exigendam. In cautionibus prætorijs non datur actio ex cautione, ſed abſque ea & actio & rei apprehenſio competit: cum modus (vt loquuntur DD.) non ſuſpendat perfectionem diſpoſitionis: ſed ex prædicta cautione detur agenti replicatio, ſi excipiatur quod obſtat ei rē ſub modo relictã eſſe, & quod ante omnia modus implēdus ſit, quod diverſum eſt à cautione Mutianâ: prout hoc latius explicant

Digitized by Google

Frãciſcus Baldus in commentario ſuo, De Mutiana juriſprudentia, & Lodovicus de Molina, de primog. hiſp. lib 2. cap. 12. Ex quibus infertur primo improbabilem eſſe & nullo jure, authoritate, vel ratione probari, communem & inveteratam DD. opinionem & interpretationem ad Vlpiani reſpõſum: in d. l. inter omnes, quamvis ab omnibus etiam Neotericis, præſertim hiſpanis Doctoribus: (quos refert & ſequitur Ludovicus de Molina. de primog. hiſp. lib. 1. cap. 18.) approbatã.
9 Secundo † infertur in Pauli reſponſo, in d. l. Paulus not. ſublatâ copulâ per negationem legi debere: *nec poteſt videri calumnioſe ſatis petere, quem alius antecedit*. Delendumque eſt in principio Pauli nomen, legendumque *Papinianus lib. 5. quæſtionum notat*. per modum paragraphi, qui præcedenti Vlpiani legi conjungitur. Etenim ad ſingularem Pauli notã referri non poteſt, id quod ab omnibus probari & celebrari ipſe Vlpianus atteſtatur. in d. l. inter om-
10 nes. Tertio † infertur, quod ſub conditione vocatus, pendente condicione non excludat ſubſtitutum, ſeu ſecundo loco vocatum, quo minus ſecuritatem deſiderare poſſit, ne inſtitutus res hæreditarias poſſidendo diminuat: quia pendente condicione neutri ius acquiritur, & vtriuſque æqualis eſt ſpes atq; condicio. Quod aliter ſe habet, quando inſtituto ab initio jus dominij acquiſitum eſt, vt in vaſallis, emphiteutis gradatim vocatis, item in bonis adventitijs filij per patrem poſſeſſis: l. Imperator 50. ff. ad Trebellianum. l. habemus. §. In ſupradictis, C. ad Trebellianum cum ſimilibus. Nam his caſibus poſſeſſor feudi vel emphiteuſis non tenetur ad inſtantiam ſequentis quem abſolutè præcedit, cautionem præſtare niſi cauſa graſſationis, vel dilapidationis superveniat. d. l. Imperator, cum ſimilibus. Quod † idem ob- 11
tinere arbitror in inſtitutione majoratus ſeu primogenij, abſque diſtinctione, an ex vltimâ voluntate, an ex contractu dependeat majoratus inſtitutio; & an majoratus conſtitutus ſit de omnibus bonis, an de rebus ſingularibus: Vt Petrus de Peralta ſenſiſſe videtur in l. 3. §. qui fideicommiſſ. nu. 29. & ſequent. de heredibus inſtituendis, Quia licet majoratus inſtitutio originem habeat ex teſtamento, & primus poſſeſſor illum ex teſtamento accipiat, poſteaquam tamen ſemel conſtitutus eſt, propriam naturã aſſumit, & jura majoratus ſeu primogenij conſiderantur, reſpectu ſequentium; quibus aperitur & ipſo jure devolvitur, priore poſſeſſore de medio ſublato, & finito ejus jure per mortẽ ad inſtar vſufructuarij: deciſi. Pedemont. 161. nu. 9. Baldus conſ. 137. nu. 1. vol. 2. ſic quod ſequens neque dominium neque poſſeſſionem à defuncto poſſeſſore accipiat, ſed proprio jure, eoque directo, & ex vi internâ maioratus & conditionibus illi appoſitis; quæ poſt agnitam ex teſtamento hæreditatem irrevocabiles fiunt, & majoratus poſſeſſoribus gradatim jus irrevocabile attribuunt. Eodem modo quo obſervari videmus in feudo providentiæ, & emphiteuſi gradatim pluribus conceſsâ, & alijs ſpeciebus ſimilibus. Per † quæ meritò controverti & 12

in

in dubium revocari poteſt, diſtinctio atque opinio Ludovici de Molina, de hiſpanorum primogenijs, cap. 1. qui revocationem & mutabilitatem vltimæ voluntatis, donationis cauſa mortis, & ſimiliũ actuum conſiderat: Quæ poſt aditionem hæreditatis, aut poſſeſſionem rei donatæ mortuo teſtatore, ſeu donatore non admittitur, & evaneſcit; & tam ei qui primo loco vocatus, quàm ſequentibus præſens jus & irretractabile acquiritur. Quod mirum eſt, non eſſe animadverſum ab illo, qui alioqui eſt doctiſſimus, & materiam praxinque majoratus non minus eleganter, quàm copioſe explicat. in tractatu ſuo, De hiſp. promog.

SVMMARIA.

1. *Defenſoris & procuratoris vocabula promiſcuè fere vſurpari.*
2. *In propriâ tamen ſignificatione, procurator eſt qui cum mandato, defenſor qui ſpontè alienam litem ſuſcipit.*
3. *Procurator in reſcindente reſtitutionis iudicio, etiam reſciſſorium cogitur ſuſcipere, non etiam defenſor.*
4. *L. qui proprio § item quæritur de procur. lectio communium Codicum aſſerta.*
5. *Multa iuris loca ex conſuetudine conduplicandarum maiuſcularum emendata. Et num. 6. 7. 8. 9. 10.*
11. *Verbum Apiſci etiam antè Taciti tempora obſoletum.*
12. *Plantina editio duobus locis emendata.*
13. *Inamanus conſonantium concurſus veteribus vitatus.*

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

1 DEfenſoris † nomen per ſe poſitum generale eſt, & ex vi & poteſtate ſuâ internâ, complectitur omnes eos, qui alienam defenſionem, tutelã, propugnationem, patrocinium, aut cauſam ſuſcipiunt; ſive agatur de controverſiâ & lite in judicio, ſive de alio negocio, & extrà judicium. Nec intereſt, an mandatu alterius, an ſine mandato & ſpontaneâ voluntate, quis alienum negocium gerat, aut defenſionem alienæ litis ſuſcipiat. Idemque eſt in procuratoris vocabulo, quod in genere etiam defenſorem continet, refertur q; ad omnem procurationem cujuſlibet negocij, ſive ea fiat cum mandato, ſive ſine mandato, & ſive in judicio, ſive extrà judicium. Procuratores enim dicuntur, qui non ſolum lites verum etiam rei familiaris negocia curant. Cæterum † cùm nomina procuratoris & defenſoris ſibi invicem opponuntur, & controverſijs forenſibus applicantur, ſeparata membra conſtituunt, & derelicto nomine generis, ad ſpecies rediguntur, & proprijs appellationibus diſtinguuntur; ſicuti cùm vox adoptionis, quæ in genere arrogationẽ & ſimplicem adoptionem ſignificat, reſpectu arrogationis apertè pro ſpecie accipitur. Vnde recte Barthol⁹ ad Rubricam Pandectarum, de procuratori- 2

Digitized by Google

bus & defenſoribus, procuratorem definit, qui cum mandato pro alio litigat, & agit, ſeu defendit in judicio. Defenſorem verò appellat eum, qui ſpontanea voluntate, abſque mandato alienā litem ſuſcipit; alijs qui extrà judicium ſine mandato alterius negocia curant, negociorum geſtorū nomen ſibi vendicantibus. De procuratione iudicali quæ ex mandato in judicio ſuſcipitur, in titulo de procuratoribus principaliter agitur. De defenſoribus verò & negociorum geſtoribus ſeu curatoribus ſolum in caſibus quibuſdam occurrētibus ſub eo titulo ſparſim diſponitur.

8 Inter† quos memorabilis & multis difficultatibus involuta eſt quæſtio, à Gajo propoſita: in l. Qui proprio, 46. §. Item quæritur, De procuratibus, *Si judicium acceperit defenſor, & actor in integrum reſtitutus ſit, an cogendus ſit reſtitutorium iudicium accipere?* Nam ſecundum Florentinam lectionem, Gajus ſimpliciter reſpondet: *Et magis placet cogendum.* quod indubiè refertur ad defenſorem, de quo præcedens quæſtio & interrogatio proponitur. vt hæc videatur Gaij ſententia, quod is, qui defendit alium in reſtitutionis judicio reſcindēte, eundem etiam defendere cogatur in reſtitutorio, ſeu reſciſſorio judicio. quod à juris ratione recedit. Nā quamvis reſcindens judicium viam ſtruat, aperiatque reſciſſorio judicio, & ope atque auxilio reſcindentis perveniatur ad judicium reſciſſorium, quo res amiſſa recuperatur, aut actio reſtituta exercetur: ſunt tamen duo diſtincta judicia, quæ ex diverſis cauſis, & diverſo fine proponūtur, & peraguntur. Et quamvis ſint ſucceſſiva & invicem ſubordinata, non habent tamen neceſſariam conſequentiam, aut inſeparabilem connexionem; cùm ſepè agitatio ſolius judicij reſcindentis ſufficiat; l. Ab hoſtibus, 15. §. quod & ſimpliciter. Ex quibus cauſis majores. Petrus Rebuffus, De in integrum reſtitutione, gloſſa 5. nu. 12. Baldus & Angelus, in d. §. item quæritur. & ſemper liberum ſit reſtituto omittere reſtitutorū judicium. l. vnica. C. de reputationib', l. ſi judex. De minor. Quod naturâ ſuâ atque in ſubſtantiâ à reſcindente judicio diverſum eſt: Ideoque is qui ſpontaneâ voluntate defenſor extitit, in reſcindente judicio, invitus cogi non debet ad ſuſpiciendam defenſionem reſciſſorij. Quia vt idem Gaius author eſt, in d. l. Qui proprio, 46. §. Ei qui. ei qui defendit eum, pro quo non agit, liberum eſt, vel vnam rem defendere; & ſatis abundeque ſufficit, ſi cui vel in paucis amici labore conſulatur. Quia actus voluntarij in facto conſiſtunt, & facti terminos non egrediuntur, propriaque voluntate finiuntur, l. tutori, 20. C. de negocijs geſtis. & l. Prætor ait 8. §. cæterùm. in verbis: *cùm voluntarium & ſuum potius negocium creditor gerat.* de rebus authoritate judicis vendendis ſeu poſſidendis. licet procuratorem, tutorem, curatorem & ſimiles, neceſſitas mandati & officij vlterius obſtringat; nè poſſint ante finē muneris, & eorum quæ inde dependent & conſequuntur, ſuſceptam adminiſtrationem deſerere; propter jus obligationis, quo tenentur, ad executionē principalis cauſæ, & omnium eorum,

quæ

Digitized by Google

quæ accedunt, vel conſequuntur. Quæ prævíſa & cogitata præſumuntur, ratione procurationis & adminiſtrationis, ex neceſſitate mandati ſuſceptæ, Quæ ceſſat in defenſione & alijs actibus voluntarijs: quia inter officium ſuſcipientis, & voluntatem diſtrahentis, vt Vlpianus ait, in l. Qui erat, poſt princ. ff. famil. herciſcundæ. multum intereſt. Ita quod procurator in conſequentiam reſcindentis judicij, teneatur ſuſcipere reſciſſorium, non etiam defenſor, vt probat communis æditio omnium aliorum Codicum. Quæ recta eſt
4 † & juridicam habet ſententiam, qua de defenſore quæſitum, transfertur ad ſpeciem oppoſitam, & applicatur procuratori, his verbis: *Et magis placet cogendum procuratorem.* Quibus Gajus eleganter defenſorem voluntarium liberat à ſuſceptione judicij reſciſſorij, quod procurator ſuſcipere cogitur, ex neceſſitate, & in conſequentiam mandati: in quo ſuſcipiendo, etiam de reſciſſorio (ad quod per judicium reſcindens tenditur) cogitatum, & actum intelligitur. Repudiata igitur Florentinâ lectione, communem editionem amplectemur. Credendumq; eſt architypum Iuſtiniani & alios veteres codices ſecundum antiquam ſcribendi rationem, ita ſcriptũ habuiſſe. *Et magis placet cogendum PROCVRATORem.* Et librarios neglectâ illâ antiquâ conſuetudine duplicandi majuſculas, ſemel legiſſe *procurator,* ad conſtituendum principium ſequentis periodi: in d. l. Qui proprio. §. Procurator. cùm per iterationem duplicatis majuſculis eandem dictionem bis ponere debuiſſent; perinde ac ſi ita ſcriptum fuiſſet, *Et magis placet cogendum procuratorem. Procurator* vt in cæteris, &c. Quibus verbis non ſolum conſtituitur juſtum principium ſequentis paragraphi, verum etiam abſolvitur præcedentis periodi vera & genuina ſententia: detegiturq; ſingularis differentia defenſoris, & procuratoris, quod procurator ex neceſſitate mandati cogatur peracto judicio reſcindente, etiam in reſciſſorio, & reliquis acceſſorijs præcedentis cauſæ defendere, quibus defenſor invitus non ſubijcitur. Quod mirum eſt, non fuiſſe explicatum, aut animadverſum à doctiſſimis viris, qui materiam reſtitutionis in integrum, omniaque eius membra, & articulos accuratiſſimè excuſſere; & ampliſſimos commẽtarios ea de re reliquerunt. Bartholus, Baldus, Angelus. in l. ab. hoſtibus, ff. Ex quibus cauſis majores. & in d. §. Item quæritur. Ioãnes Mauritius, Sfortia Oddus, Didacus Cuvarruvias, Petrus Rebuffus, Robertus Lancelotus, Gabriel Mudæus, Antonius Gomeſius, Ioannes Petri de Ferrarijs, Vdalricus Zaſius, Ioachimus Mynſingerus, Iacobus Cujacius, Domini de Rota, Guilhelmus Caſſiodorus, Frãciſcus de Caldis, quos collegit & in quatuor thomos diſtribuit Nicolaus Baſſæus Typographus & civis Francofurtenſis. Sed quãdoque bonus dormitat Homerus. Et
† ne dubia, aut temeraria videatur e- 5
mendatio per ſcripturam & conduplicationem majuſcularum, adfero alium Vlpiani locum, l. inteſtato, 3. §. Eſt autem. De ſuis & legitimis. qui Florẽtiæ ita legitur, *Eſt autem tractatum, pro*

Digitized by Google

qua partem faciat. Vbi communes libri habent, *pro qua parte faciat*. Sed vtrobique oratio hiulca, defectiva & vitio obnoxia eſt, cujus diſpunctio & emendatio, reſtitutis ſecundum antiquam ſcribendi rationem majuſculis, eſt facilis, ſi per majuſculas ſcribatur, *Eſt autem tractatum pro qua PARTEm faciat*; quoniam duplicatis majuſculis, perindè erit ac ſi ſcriptum eſſet, *pro qua parte partem faciat*. Quæ concinna & elegans eſt oratio, per quam Vlpianus more ſuo ludendo, eadem voce diverſis reſpectibus vtitur, eandemq; in diverſa ſignificatione diverſis ſubjectis applicat, & eleganter exprimit, (poſteaquam conſtat eum qui in vtero eſt, partem facere coheredibus) quæſitum tractatumque fuiſſe, pro qua parte, ſi naſceretur, partem faceret. cujus rei explicationē Vlpianus pulchrè proſequitur. Notari-
5 q; † poſſunt plura vitia etiā in Florētina editione commiſſa, propter non obſervatam veterem illam ſcribendi conſuetudinem; vt apud Vlpianum in l. Plane 34. §. Si duobus. De Legatis 1. hæc verba leguntur, *vnciarum heredem vndecim partes in fundo habiturum; coheredem vnciam*. quod mendoſum eſt propter non repetitam vocem *vndecim*, hoc modo, *heredem vnciarum vndecim, vndecim partes in fundo habiturum*. Vt Græci rectè legerunt, & origo mendi proceſſit, non ex eo quod librarij parū prudētes, putaverint alterum *vndecim* otioſum eſſe (vt Leunclaus exiſtimat) Sed quia cùm vocem *vndecim* ſemel tantum ſcriptam invenirent, ſemel tātum ſimpliciter deſcripſerunt, ignorata majuſcularum poteſtate, ſecundum quam eandem dictionem bis ſcribere oportet Quod à Gręcis animadverſum fuit, à quibus dictio illa *vndecim* duplicatur. Vti † etiam in l. cujus eſt donā- 6
di 163. De regulis juris. hanc rationem ſecuti, dictionem *cujus* in duas diviſerunt, legendo, *cui ius eſt donandi, eidem & vendendi & concedendi ius eſt*. Similis
† error eſt in alio Vlpiani reſponſo, in 7
l. Sed interim, 11. §. Idem ait, De donationibus inter virum & vxorem. In verbis, *placuiſſe ſcio Sabiniani ſi filiaſfamilias. &c.* Pro quibus in antiquis libris ſcriptum fuiſſe non dubitatur, *placuiſſe ſcio Sabiniani Si filiaſfamilias, &c.* id eſt, *placuiſſe ſcio Sabinianis ſi filiaſfamilias, &c* duplicata majuſcula *S*. Quo † modo a- 8
pud Paulum in l. Evicta re. 70. in fine, De evictionibus. perperam ſcriptum eſt, *minor eſſe capit*, pro quo Græci concinnè legerunt, *minoris eſſe capit*. percepta majuſcularum poteſtate & veteri conſuetudine duplicandi majuſculas, per quas dubium non eſt olim in Pandectis ſcriptum fuiſſe, *minorESe*, pro *minoris eſſe*. *e* pro *i* poſita, ſecundum frequentem dictarum literarum commutationem & reciprocationem. Rurſus † apud Vlpianum. l. Reſcripto. 6. 9
In prin. De muneribus & honori. ſcriptum eſt, communi charactere, & vulgari more, *apiſcantur*, cùm per majuſculas ſcribi debuiſſet, *aPIſcantur*, id eſt, *adipiſcantur*, literis majuſculis conduplicatis, & elemento *p* vicem duarum literarum ſuſtinente; dum recto ordine inſpectum *p* literam repreſentat; inverſo autem ordine & ex inferiori parte ſurſum verſum *d* literam conſtituit. Id quod non rectè percipientes li- 10
brarij

brarij, in Pauli & Vlpiani reſponſis, l. 3. in prin. De acquir. poſſeſſione, & in l. quod apiſcendæ 40. De donatio. inter vir. & vxorem. Florentiæ communi litera ſcripſerunt, *apiſcimur poſſeſſionem,* cum maiuſculis literis ſcribi deberet,
11 *aPIſcimur*, id eſt, *adipiſcimur*. Et † hoc modo veriſimile eſt apud Tacitum in correctioribus libris per majuſculam ſcriptum fuiſſe *aPIſci*, ad ſignificandū dictionem *adipiſci*, & poſteriores librarios, ignorantes veterum conſuetudinem, ignoranter legiſſe *apiſci*. Quod verbum diu ante Taciti & I C. noſtrorū tempora conſenuerat, & in vſu eſſe deſierat; vt ex Nonio intelligitur. De antiquis vocabulis. Adeo vt non niſi à Lucretio antiquario ob carminis rationem ex licentia poëtica vſurpatum
12 inveniatur. Noviſſime † vitioſa eſt Plantini editio duobus locis ſub eod. titulo. in l. Qui vniverſas. 30. §. Quod per colonū. & in l. Si de eo. 40. §. Si forte. in fine. De acquir. poſſeſ. dum *apiſci* minuſculis literis ſcribitur, quę maiuſculæ eſſe & conduplicari debēt, vt *adipiſci* ſignificent, vti in omnibus alijs communibus editionibus per ſeriem literarum exprimitur. Et hoc modo apud Paulum in l. ſi pignus 37. de pig. act. Florentiæ compendioſè ſcribitur *aPIcendi* pro quo in cōmunibus libris extenſis literis ſcriptum eſt *adipiſcendi*.
Et † in compendiariâ ratione ſcriben- 13
di, non ſolum ordinem literarum, verum etiam ſyllabarum antiqui librarij invertiſſe videtur, ſcribendo in l. vnica. De bonorū poſſeſſio. ex teſtamēto militis. *HoſtiCOlo* pro *hoſtico loco*, duplicata ſyllaba *co*, vt abſolutâ dictione *hoſtico* ſubſtantivum *loco* repleretur, per geminationē literarum præcedentiū. Id quod cùm non auſim pro comperto aſſerere, aliorū judicio meam conjecturam ſubijcio. Ex prædictis autem manifeſtè intelligitur, veterum in ſcribendo anxia cura vel nimia laſcivia, quam multis alijs exemplis in poſte-
rioribus libris comprobabim⁹. Vnū † 14
illud hîc addimus, veteres quoq; ad delectationem aurium, vitandamq; orationis aſperitatem, refugere & conſonantium, & vocalium, atq; etiam ſyllabarum inamœnum concurſum, veluti cùm poëta vetus dixit; *omnibu Princeps*, pro *omnibus*, &c. Et Terentius, *ipſu ſibi iniurius dixit*, pro *ipſus ſibi*, &c. detractâ ex fine dictionis litera *ſ*. à qua ſequentis fit initium.

SVMMARIA.

1. *L. 1. verſ. quid enim ff de pactis emendata.*
2. *L. 1. ff. de alea luſu & aleat. emendata.*
3. *L. hæres abſens 19. §. proinde ff. de iudic. emendata.*
4. *Debitor an & quando carceribus mancipari queat.*
5. *Ex conſtitutione vtriuſque Germaniæ, arreſta contra extraneos permiſſa.*
6. *Arreſtorum effectus.*
7. *L. ſi à bona fidei 21. ff. de rei vend. emendata. Et nu. 9.*
8. *Vocula Cominus quid ſignificet.*
10. *Correctio Can. licet de off. ordinar.*

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

IN voluminibus vtriuſq; juris, vel vetuſtate temporis (quæ omnia miſcet) vel ex librariorum incuria, ſæpè litera, ſyllaba, vel dictio addita, vel detracta, aut alia pro alia, vel eadẽ alio quàm rectum eſt loco, poſita invenitur.
1 Vt in celebratiſſimo † illo Vlpiani reſponſo, in l. 1. verſi. Quid enim, ff. De pactis. vulgò perperã legitur: *Quid enim magis fidei humanæ eſt congruum, quam ea obſeruare, quæ inter eos placuerunt.* Quæ neque orationem, neque ſententiam idoneã conſtituunt. Quæ elegantiſſima erit, ſi pro dictione *eos*, ſecundum noſtrum antiquiſſimũ manu-ſcriptũ codicem, legatur hoc modo: *Quid enim magis humanæ fidei eſt congruum, quàm ea obſeruari, quæ inter homines placuerunt.* Nam cùm conventiones commerciaque ſint ex jure gentium, quod inter omnes homines peræquè cuſtoditur, vt Iuſtinianus ait, §. Ius autem civile, inſtitut. de jure nat. gent. & civili. rectè I C. dixit: Nihil magis fidei humanę convenire, quàm ea obſervari, quæ inter homines placuerũt. Eodẽ modo quo Gaius in l. 1. De acquirendo rerum dominio. jus gentiũ definit, quod naturali ratione inter omnes homines peræquè ſeruatur. Et error ob vicinitatem dictionum facile obrepere potuit, ex abbreviatione dictionis *homines*, litera *h* per antiquitatẽ obſcuratã, vel à librario nõ obſervatã. Illud mirum eſt, neminem hactenus locum hunc Vlpiani vel leviter ſuſpectum habuiſſe, cùm pravitatem illius deprehendere & emendare nulli⁹ propemodum ſit negocij.
In † prætoris 2
edicto. l. 1. §. 3. verſ. in eum ff. de aleæ luſ. & aleat. vulgo legitur: *In eum qui aleæ ludẽdi cauſa vim intulerit, vti quæ res erit, animadvertam.* ſecundum communem lectionẽ, quæ ſic reſtituenda eſt: *vti quæq; res erit animadvertã.*
Similis † 3
eſt vocabulorum & ſyllabarum mutatio, in l. hæres abſens 19. §. Proinde, De judicijs. In verbo *conveniatur.* Pro quo reſtituendum eſt verbum, *defendatur.* Quod colligi poteſt, non ſolum ex præcedenti illatione & ratione, quę verſatur in ſola defendendi neceſſitate; verum etiam ex ſequenti cauſâ & concluſione his verbis concepta: *Nam vbi ſic venit, vt confeſtim diſcedat, & quaſi à viatore, vel eo qui παραπλεῖ, emit, duriſſimũ eſt quotquot locis quis navigat, vel iter faciens, delatus eſt, tot locis ſe defendere.* Quæ ratio multum ponderis habet, & depravationem lectionis coarguit.
Cæterum † quamvis durum ſit, quem 4
cogi omnibus locis, quibus navigat, vel iter facit, ſe defendere, id tamen limitationem recipit, niſi agatur de eo, qui de fugâ ſuſpectus eſt, aut quando periculũ eſt, de re dilapidandâ, aut, vt Accurſius ait, barattandâ. l. ait prætor, §. ſi debitorem, ff. Quæ in fraudem credit. Latiſſimè Iaſon in §. 1. nu. 72. cum ſequenti, de actionibus. Nam in periculo dilapidationis, & cùm debitor de fugâ ſuſpect⁹ eſt, incarcerari poteſt, etiam die feriatâ. Baldus in l. ſi vt proponis 1. Quomodo & quando judex. Iaſon in d. §. 1. nu. 77. Vt det fidejuſſorẽ de ſolvendo, vel ſtando juri.

Digitized by Google

Late Andr. Gaillius practica. obſer-
vat.lib. 2. cap. 44. Quod verum eſt,
& procedit concurrentibus certis re-
quiſitis, quæ prolixè explicantur à Io-
doco Damhouderio, in paxi rerum
civil. cap.64. & Andrea Gaillio. loco
5 citato nu. 5.& ſeqq. A quo † rectè an-
notatum eſt, requiſita iſta non adeò
exactè obſervari, preſertim cum foren-
ſibus & extraneis: Quia(vt ipſe ait) ar-
reſta paſſim in Germania contra debi-
tores extraneos & advenas ad ſimplicẽ
creditoris petitionem permittuntur,
ad eum potiſſimum effectum, vt credi-
torẽ ſecurum reddant debitores, datis
pignoribus vel fidejuſſorib⁹. Et huiuſ-
modi conſuetudines valere, tenet Frã-
ciſcus Marc. Deciſio. 396. in princip.
parte 3. Et hoc eſt quod Zaſius ſcribit;
in §. Si quis agens, nu. 3. inſtitut. De
actionib⁹. Cives & incolas Friburgen-
ſes, debitorẽ quocunq; loco inveniant
poſſe capere & carceri mancipare, niſi
ſatisfaciat ſolvendo, vel ſatiſdando.
Quod Gaillius ſcribit, loco præcitato.
per conſuetudinem totius Germaniæ
obſervari; quam conſuetudinem mo-
ribus Belgij frequentari & obſervari
manifeſtum eſt. Et hac ratione Carol⁹
Cæſar Conſtitutione ſuâ 4 Ianuarij an.
1531 jus arreſtandi quoſcunq; debi-
tores in civitatibus & locis Flandriæ
confirmavit. Et hoc in extraneis & fo-
renſibus; In civib⁹ enim & incolis alia
eſt ratio; quia capi non poſſunt pro de-
bito, niſi ſuſpecti ſint de fugâ, & nulla
immobilia bona poſſideant. Vt pluri-
bus explicant Damhouderi⁹, loco cita.
nu. 16.& ſequen. & Gaillius. d. obſer.
44. Alioqui quis debitorẽ convenire
nequit alibi, quàm in loco idoneo, in
quo forũ ſortitur; niſi agatur de vaga-
bundo, qui poteſt vbiq; conveniri, aut
de eo, qui non habet ſpeciale forum,
vel quando contrahentes id egerint,
vt ſi debitor non ſolvat loco convento,
poſſit vbiq; conveniri. Pulchre Zaſius
& Mynſingerus in d. §. ſi quis agens.
Cæterum † quamquã arreſta paſſim 6
de conſuetudine tolerentur, inde tamẽ
nullus alius effectus ſequitur, quam
quod actori aperiatur introitus, & in-
greſſus detur ad jus ſuũ perſequendũ,
in quo, vt obtineat, multarum rerum
probatio illi incumbit. De quibus late
Damhouderius & Gaillius, locis prę-
citatis. Rurſus † vulgò, atq; etiam in 7
emendatiorib⁹ libris Florentinis l. ſi à
bonę fidei 21.ff.de rei vend. ita legitur:
*Quod ſi nondũ eum vſucepit, abſolvendum
eum ſine cautionibus, vt nihil caveat peti-
tori de perſequẽda eâ re, nihilominus eum*
alias *quo minus enim petitor eam rem pro-
ſequi potuſt, quamvis interim dum in fuga
eſt, vſucapiat.* Quæ verba prorſus de-
pravata ſunt, neq; rectè conjungũtur,
neq; idoneam habent ſententiã, quo-
niam dictio illa *quominus* aut *nihilomi-
nus*, prorſus eſt impertinens & incon-
veniens illi loco, nec aliquam ſignifi-
candi poteſtatem habet. Et cùm prius
dicatur, petitorem eam rem perſequi
poſſe, inepte ſubijcitur; *quamvis inte-
rim dum in fuga eſt, vſucapiat*: quaſi res
ipſa cujus fit perſecutio vſucapiatur,
vel petitor qui perſequitur vſucapiat:
quod juris ratio non patitur, quæ vſu-
capiendi rationẽ neq; ad rem, neque
ad petitorem, ſed ad poſſeſſorem refe-
rendam ſuadet. Ideoq; vt conſtet, co-

Digitized by Google

hæreatq; oratio, & plena perfectaq; ſit
ſententia, diſpungere oportet dictionẽ
nihilominus; repoſita dictione *cominus*,
convertendoq; verbum activum *vſu-
capiat*, in paſſivum *vſucapiatur*, ſcz. à
poſſeſſore, ſecundum id quod prius à
Paulo reſponſum erat. vt hoc modo
legatur: *cominus enim eam rem perſequi,
poteſt, quamuis interim dum in fuga eſt,
vſucapiatur*, à poſſeſſore ſcz. quod dubi-
tationem mouebat, & cautionem de
re perſequendâ exigere videbatur, quã
tamẽ Paulus remittit: quia vt ſubijci-
tur. *cominus* .i. ex propinquo & ſtatim
abſq; intermiſſione, ſeu impedimento
vſucapionis, petitor rẽ perſequi poteſt.
8 Nam † *cominus* adverbium, ſignificat
prope, ſtatim, & abſque intermiſſione
ſeu impedimento. juxta illud Vergilij.
*Quid dicam, iacto qui ſemine cominus ar-
ua, Inſequitur, &c.* Quo etiam pertinet
illud juvenalis: *Profuit ergo nihil miſero,
quod cominus vrſos Figebat Numidos.*
Itẽ Ciceronis illud: *Qui cum hoſte noſtro
9 cominus in acie ſæpe pugnarit.* Et † quod
actiua dictio convertẽda ſit in paſſivã,
ratio præcedentium, natura negotij, &
orationis cohærentia expoſtulat, ſua-
deturq; & convincitur conjecturâ, quę
ex lib. Florentino deſumitur, in quo
poſt dictionem *vſucapiat* interrogandi
ſignum invenitur, quod in paſſivis di-
ctionibus literæ *r.* ſubijci ſolet, & per-
perperam commutatũ eſt in interro-
gationem, cujus nulla ſubeſt occaſio.
Ita vt vera lectio ſit apud Paulum, in
d.l. ſi à bonæ fidei. *Vt nihil caveat peti-
tori de perſequendâ eâ re cominus enim pe-
titor eam rem perſequi poteſt, quamuis in-
terim dum in fugâ ſit, vſucapiatur.* Eadẽ
loquendi ratione atque ſententâ quâ
Papinia. dixit, in l. 1. ff. de vſuris, *nec
tamen iudex iudicij bonæ fidei, rectè iubebit
interponi cautiones: vt ſi tardius ſententiæ
condemnatus paruerit, futuri temporis pen-
dantur vſuræ, cùm in poteſtate ſit actoris iu-
dicatum exigere.* Affine † eſt prædi- 10
ctis, quod in *Ca.* licet, de officio ordi-
narij, perperam actiuè legitur, *crimina
committere proponunt.* cùm authoritas
lib. ſcripti & ratio ſubiectæ materiæ
paſſivã lectionẽ deſideret, hoc modo:
crimina committere proponuntur. Id
quod nec in Romana æditione autho-
ritate Gregorij 13. facta animadver-
ſum invenitur.

SVMMARIA.

1. *L. eos qui 3. C. de his qui veniam ætatis impetrarunt a mendo vindicata.*
2. *L. ſi quis ab alio 13. §. 1. ff. de re jud. emendata.*
3. *Faciendi verbo etiam non factum contineri. Et nu. 8. 9. 10.*
4. *Verbum Sino quam ſignificationem habeat.*
5. *Reſpublica vel univerſitas pro ſubditorum delictis quæ non coërcet cogitur reſpondere.*
6. *Vti & is qui ſecuritatem promiſit, pro iniurijs quas ipſe coërcere poteſt.*
7. *Securitas quomodo & à quibus impetranda remiſſiuè.*
8. *L. qui non facit 121. de reg. iur. emendata & explicata.*
11. *Hæres iuſſus in funere conſumere centum, minus impendere non poteſt.*
12. *Tutor cui à prætore permiſſum eſt rem pupillarem vendere an eam obligare poſſit & econtra.*

Extat

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

1 EXtat reſcriptum † Conſtantini Imp. in l. eos qui. C. de his qui veniam æt.imp. in quo perperã duplicantur verba illa, *impetrauerunt vel impetrauerint*· quorum alterũ ſufficit,alterum vero gloſſema eſt, ex marginali additione per inadvertentiam librarij textui aſſutũ: proinde in textu expungendum, reponendumque eſt ad marginem, vt quandam admonitionem melioris lectionis contineat; Conſtantini Conſtitutionem ita legendo. *eos qui veniam ætatis impetrave-*
2 *runt, non ſolum &c.* Simili † ratione in libris Florentinis,atq; etiam in æditione Lugdunẽſi,notis Ludovici Ruſſardi illuſtratã,apud Vlpianum in l.ſi quis. ab.13.§.1. De re jud. perperã legitur: *Si quis promiſerit prohibere ſe,vt aliquod damnum ſtipulator patietur & faciat: ita habeatur, facit quod promiſit: Sin minus, quia non facit quod promiſit, in pecuniam numeratam condemnatur, ſicut euenit in omnibus faciendi obligationibus.* Et acutè obſervauit Iacobus Cujacius obſervatio.lib.21. verba illa,*ita habeatur,* gloſſema eſſe,& admonitionem continere melioris lectionis; perinde ac ſi dictũ eſſet,ita legatur: *neq; ex eá re damnum ſtipulator patietur,* expunctis præcedentibus dictionibus, *vt aliquid damnum ſtipulator patiatur & faciat*. Quamuis in libro Florentino & in æditione Lugdunenſi verba illa, *neq; ex ea re damnum ſtipulator patietur,* adhuc depravata ſint: ideoq; ex æditione aliorum emendari debeant, hoc modo: *ne quod ex eá re damnum ſtipulator patiatur*. vt totus cõtextus ita legatur: *Si quis promiſerit prohibere ſe, ne aliquod damnum ſtipulator patiatur, & facit ne quod ex ea re damnum ſtipulator habeat, facit quod promiſit: ſin minus, quia non facit quod promiſit, in pecuniam numeratam condemnatur*. Quæ affinitatem habent cum eo quod Vlpianus † reſpondit, l. facere oportere 3
189 ff.de verborum ſignificat.his verbis: *Facere oportere & hanc ſignificationẽ habet,vt abſtineat quis ab eo facto,quod contra conuentionem fieret, & curet ne fiat:* ſecundum Florentinam lectionẽ, quæ vera eſt. Nam faciendi verbo & non factum,& procuratio nè contra convẽtionem fiat, continetur. quod Galli vocant,promeſſe de garantir, non ſeulement de ſon faict, mais auſſi de tous aultres generalement. Et quod verbũ *faciendi* etiam non factum contineat, oſtendit Cæſar lib. 1. de bello civili: Cæſar exercitum dimittat, ſi nõ faciat, adverſus Rempublicã factum videri. Et Vlpianus in l.1.de inofficioſo teſtamento: Melius facerent ſi ſe ſumptibꝰ inanibus non vexarent. Cum alijs citatis à Guilhelmo Fornerio. in d.l. facere oportere.& in l.verbũ facere 218. De verborum ſignificatio. Et ita in fraudem facit, qui non agendo, litem ſilentio mori patitur; l.3.& 4.ff. Quæ in fraud. creditor. & negligẽtia ex quã rei noſtræ vſucapio vel amiſſio ſequitur,punitur, l.id quod noſtrum 11.de regulis júris.& ignem innocentem habere,& non habere noxium locationis lege convertuntur. l. Si quis domũ.9. §. Si colonis.& l.videamꝰ 11.§. Si hoc

Digitized by Google

4 in locatione ff. locati. Eoq; † pertinet,
quod Alfenus reſpondit, l. in lege. in
fine ff. Locati. verbum *ſinere* vtramq;
habere ſignificationem, vt redemptor
non ſolum ſi quem caſu vidiſſet ſylvã
cædere prohiberet, ſed vti curaret & da-
ret operã, ne quis alius cæderet. Et hoc
maxime ſi verbum *ſino* cum negandi
adverbio ponatur. Alexander ab Alex-
5 andro genial. dierum lib. 1. cap. 4, Et †
ita reſpublica ſeu vniverſitas pœna vio
latę pacis, & fœderum tenetur, non ſo-
lum, ſi ipſa contraveniat ei, quod cõ-
ventum eſt, verum etiam ſi negligat
corrigere ſingulorum ſubditorũ ſuo-
rum contraventionem; aut neget læſis
ſatiſfacere, cùm poſſit; aut longo tem-
pore patiatur iniuriam fieri. Et hac ra-
tione Meſſenijs Lacedæmonij bellum
intulerunt, propter interfectorem La-
cedæmoniorum non punitum. Et hęc
Romanis cauſa belli fuit cum Teucã;
ſimilique ratione dux Burgundiorum
Carolꝰ Audax impulſus fuit ad bellum
Lotharingis inferẽdum, cum alijs ſex-
centis. Quia vniverſitas, reſpublica, ci-
vitas & quælibet communitas intelli-
gitur ratificare delicta, quibus non re-
ſiſtit cum poteſt. Baldus, in l. vtrũ. nu.
3. Ad l. Pompeia. de parricidijs. & in l.
1. §. occiſorum. ff. De S.C. Silaniano.
Felinꝰ, in cap. Quãtæ. nu. 4. de ſenten-
tia excõmun. Capiciꝰ Deciſio. 130. nu.
69. & alij Deciſ. Sena.ꝰ Pedemõt. 138.
6 Idem † obſervandum videtur in cau-
tione de non offendendo, reſpectu eo-
rum, qui coërceri poſſunt ab eo, qui
cautionem expoſuit. Idemq; generali-
ter obſervandũ eſt in ſecuritate alicui
datâ, quam Angelus in l. vtimur. 5. de
ſepulchro violato. fidãciam vocat, quæ
ſervanda eſt, præſtitâ defenſione ad-
verſus iniurias, quæ non iuſte inferun-
tur. Nam adverſus iniurias iuſtè illa-
tas, nihil valet ſecuritas Angelꝰ in l.
Quidam 132. De verborum obligat.
Quomodo † autem & á quo ſecuritas 7
perpetua vel temporalis valide conſe-
ratur, pulchre tractat Angelus in d. l.
vtimur. 5. Prędictis † convenit quod 8
Vlpianꝰ ita reſpondit. in l. 50. De ver-
borum obligatio. *In illa ſtipulatione, per*
te non fieri, non hoc ſignificatur, nihil te fa-
cturum; quo minus facere poſsis, ſed cura-
turum vt facere poſsis. Et huius rei vſus
patet latiſsime, & in varios articulos
diſpargitur, adeo vt regula generalis
inde nata, & á Paulo † propoſita ſit, in 9
l. qui non facit. 121. De reg. juris.
His verbis. *Qui non facit, quod facere de-*
bet, videtur facere adverſus ea: quia non
facit: & qui facit, quod facere non debet,
non videtur facere, id quod facere iuſsus eſt.
Seu vt alij codices habent. *Qui non fa-*
cit, quod facere debet, videtur facere adver-
ſus ea, quæ non facit: at qui facit, quod face-
re non debet, non videtur facere. &c. Quod
magis probandum arbitror. Paulus
enim acuto aſtrictoq; iudicio, propriã
verborum & rerum ſignificationem
atq; naturam inveſtigans, diverſa ſepa-
rat á contrarijs, cõſideratq; verba, qui-
bus quis ad quid faciendum obligatur,
etiam hanc ſignificationem habere, vt
abſtineat ab eo facto, quod contra cõ-
ventionem fieret. Definiens eum qui
non facit, ſeu omittit & negligit adim-
plere affirmativam iuſſionem legis vel
hominis, videri adverſus eam facere;
quia contraria ſunt, facere & non face-
re, ita

Digitized by Google

re, ita vt vno poſito alterum tollatur; quia nullo medio inuicem repugnant. Quod diverſum eſt in eo, qui facit, quod facere non debet, quia in hac ſpecie, nulla manifeſta eſt repugnantia aut contraventio eius, quod in obligationem deductum eſt, licet hoc ipſum ad quod quis tenetur, non fiat aut impleatur. Ceſſat enim directa contrarietas, & repugnantia faciendi, & non faciendi.

10 Quæ † obſervatio atq; differentia in omnib' diſpoſitionib' legis & hominis vſui eſſe poteſt. Nam ita contra legem facere intelligitur non ſolũ is, qui id facit, quod lex prohibet; l. Contra legẽ 29. ff. de legibus. verùm etiam qui non facit, quod lex fieri iubet. d. l. qui non facit. Et ita qui legi ac mandato ſuperioris non paret, in legem committit, eiq; adverſatur. Et hoc eſt, quod Honori' & Theodoſius Imperatores reſcripſerunt. in l. Cælicolarũ C. De Iudæis & cælicolis. *Quicquid à fide Chriſtianorũ diſcrepat, legi Chriſtianæ eſſe contrarium.*

11 Et † cùm in teſtamento ſcriptum eſſet, vt hęres in funere, aut in monumento duntaxat aureos centum conſumeret, non licet abſq; conuentionis periculo minus conſumere; amplius verò licet, neq; ob eam rem contra teſtamentum fieri videtur. l. Cum in teſtamento 202. De verborum ſignificatione.

12 Quo † modo ſi prætor tutoribus permiſerit rem pupillarem vendere, illi obligaverint, vel contra: mea fert opinio, inquit Vlpianus, l. 7. §. Si Prætor. De rebus eorum qui ſub tut. cum qui aliud fecit, quàm à Prætore decretum eſt, nihil egiſſe. Quod etiam D. Auguſtinus comprobat, in c. Qui ex timore. De regulis juris, in Decret. Et recte monet Petrus Faber, in l. Qui non facit. Pauli totam regulam ὀξύμωρον aliquid continere. Plura de ſignificatione verbi *Facere* ejuſq; vſu latiſſimè patẽte, magno judicio congeſſit Marinus Nizolius, ad quem latinitatis ſtudioſum remittim'.

SVMMARIA.

1. *L. ſi verò plures 5. §. 1. De his qui dejecerunt vel effuderunt reſtituta.*
2. *Alexandri ab Alexandro ſententia notata.*
3. *Hoſpitacula Cænacula quæ dicantur.*
4. *Cænacularius & Cænaculariam exercere quis dicatur.*
5. *L. Qui inſulam 30. ff. Locati. emendata & explicata.*
6. *Emptionis & venditionis vocabula vetuſtiſſimo tempore promiſcuè vſurpata, hodie non [illegible] fundi, notata Conty ſententia.*
7. *Antonij Mureti error.*
8. *L. ſi iudex. 41. De minoribus, emendata.*

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

1 IN vulgaribus † libris Fradini & aliorum apud Vlpianum. in d. l. ſi vero plures. 5. §. 1. ita legitur: *Nã & ſi quis cænaculariam exercẽs, maximã ipſe cænaculi habeat, ipſe ſolus tenebitur: ſed etſi hoſpitalia habeat, ipſe ſolus æquè tene-*

Digitized by Google

bitur. Quæ in Pandectis Florentinis atque Lugdunenſi æditione depravata ſunt; *hoſpitaculi* dictione pro *hoſpitalia* poſita, adjectis verbis illis ſuperfluis, *ſed ſi quis cænaculi, ipſe ſolus æque tenebitur.* Ob quod Iacobus Cuiácius aſſerit, Obſervatio. lib. 21. capi. primo. vtrãq; clauſulam tanquã ſine ſenſu & ſententiâ aſſcriptam, expungi debere. Et ad confirmationẽ opinionis ſuæ adijcit, in libro Baſilicωn nihil eorum extare, ac proinde priora tantum verba: *Nam & ſi quis cænaculariam exercens, ipſe maxumam cænaculi partem habeat, ſolus tenebitur*, retinenda eſſe, reprobatis ſequentibus, vſq; ad verſiculũ, *ſed ſi quis cænaculariam*. Sed Cuiacij ſententia mihi non probatur. Nam quamuis poſteriora illa verba, *ſed ſi quis cænaculi, ipſe ſolus tenebitur* ſuperflua ſint, ideoq; & in Florentinâ & Lugdunẽſi editione notis includantur, priora tamen illa, *ſed etſi hoſpitalia, ſeu hoſpitacula habeat*, legitima germanaq; ſunt, & á Budæo ex Vitruvij libro 6. comprobãtur, vt hæc ſit ſententia: Quod ſi cænaculariam exercens maximam partem habeat, aut hoſpitacula teneat, de eo, quod effunditur, ſolus tenebitur; eodem modo quo tenetur is, qui gratuitas habitationes dat libertis, vel cliẽtibus ſuis vel vxoris; aut modica hoſpitiola amicis diſtribuit, licet é contrario, cum cœnacularius modicum hoſpitium ſibi retinet, reſiduum locans pluribus, omnes teneantur, quaſi in hoc cœnaculo habitantes, vnde dejectũ vel effuſum eſt.

2 Quod † Alexander ab Alexandro lib. 3. cap. 13. in princip. limitat, niſi in notitiam venerit, ex cujus cubiculo quid dejectũ eſt. Quod fide veri caret; quia regulariter ex locatione pluribus pro indiviſo factâ omnes tenentur: nec cogitur actor eum ſequi, ex cujus cubiculo quid dejectũ eſſe cõſtat, niſi hoc ſine captione ejus fieri poſſit, & Prætor æquitate motus, ita jubeat. d. l. 5. §. Interdum. De his qui dejecerunt vel effuderunt. aut plures diviſo inter ſe cœnaculo habitent. d. l. 5. in prin. Nec movet quod in libris βασιλικῶν verba prædicta ſint prætermiſſa. Id eimn accidit, non quod in libris Pandectarum verba illa non apparerent, ſed quia depravatè pro *hoſpitalia* ſeu *hoſpitacula*, *hoſpitaculi* ſine ſenſu legebatur; vti etiamnum hodie in Pandectis Florentinis perperam legitur, & ex Haloandro atq; vulgatis libris pandectas Florentinas emendare conuenit. Et † hoſpita- 3
lia, ſeu hoſpitacula dicuntur excipiendorum hoſpitum receptacula. Et inde hoſpitaturam pro hoſpitum ſuſcipiendorum cura & munere injuncto, dixit Chariſius, in l. Munerum 18. §. Patrimoniorum de muneribꝰ & honoribꝰ. Cænacula, vt Varro author eſt, erant, in quibus veteres cęnabant in ſuperiore parte domus, ad quam ſcalis aſcendebant. Franciſcus Marius Grapaldus de partibus ædiũ, lib. 2. cap. 3. Etenim cum aucto mirum in modum Romano populo, neceſſe eſſe cœpiſſet in cœnaculis habitari (nam antea cùm per vrbis laxitatem licebat, vnius tantum contignationis erant ædificia,) ad altitudines ædificiorum deventum eſt, & ædium frequentiam, authore Vitruvio. Et fuiſſe Romæ ædificia frequentia pluribꝰ cœnaculis conſtructa, ędita

in

Digitized by Google

in altum,quæ poſtea ab Auguſto certâ ſubtaxata menſurâ fuerant, non dubitatur. Quo etiam Cicero reſpexit contra Rullum: Roma inquiens, cœnaculis ſublata atq; ſuſpenſa. Cœnacularia appellantur á cœnaculis, ſicut ſagaria á ſagis. De quibus Alexander ab Alexandro tractat lib. 3. cap. 4. Cœnacularíꝰ

4 † dicitur, qui cœnaculũ conduxit. l. ſolutum §.4.verſ.planè de pignorat. actio. Et cœnaculariam exercere dicitur,qui domos totas per ſingula cœnacula inquilinis & tenuioribus locat, quæſtum inde faciens pluris in ſummã locãdo,d.l.ſi vero 5.§.1.ver.ſed ſi quis, de his qui deiec.vel eff. vt pulchre probat Alphenus,his verbis, in l. Qui inſulam,ff. locati.

5 *Qui inſulam † triginta conduxerat,ſingula cœnacula ita conduxit vt quadraginta ex omnibus colligerentur. dominus inſulæ, qui ædificia vitium facere diceret,demolierat eam. Quæſitum eſt,quãti lis æſtimari deberet, ſi is qui totam conduxerat,ex cõductio ageret: reſpondit, ſi vitiatum ædificium neceſſario demolitus eſſet, pro portione quanti dominus prædiorum locaſſet,quod eius temporis habitatores habitare non potuiſſent,rationem duci, & tãti litem æſtimari: ſin autem non fuiſſet neceſſe demoliri,ſed quia melius ædificare vellet,id feciſſet,quanti conductoris intereſſet, habitatores ne migrarent, tanti condemnari,oportere.* In quo reſponſo, quamuis Contius admoneat nihil mutandum, quia veteres ſolebant locationis & cõductionis vocabulis, ſeu appellationibus promiſcue vti. l. veteres 19. cum ſeq. De actio. empt. ſuſpecta tamen ſunt verba, *ſingula cœnacula ita conduxit*, non ſolum propter διπλῶν quâ dictio *conduxit*, Florentiæ includitur, verum etiam propter nimis frequentem ejuſdem verbi repetitionem. Et quia verbum *condicere* ad exprimendam rei naturam magis eſt idoneum, magiſque illi loco cõuenit,in quo ipſe conductor vlterius locat, addicitque. Ideoq; ego, mutatione vnius literę, malim legere, non *conduxit*,ſed,*condixit*,id eſt,mancipauit,permiſit & conſenſit. Cicero in Epiſtolis: *Craſſus pene á meis laribus in Provinciam profectus,nam cum mihi condixiſſet, cœnavit apud me in mei generi Craſſipedis hortis.* Quod † autẽ Contius 6

ex Gaio ſcribit,in d. l. veteres,19.cum ſeq. *Veteres in emptione venditioneq́ appellationibus promiſcue vti ſolere*, olim obtinuit, & ad antiquiora tempora refertur, quibus neq; aliud merx, aliud precium vocabatur, ſed vnuſquiſq; ſecundum neceſſitatem temporum ac rerum,vtilibus inutilia permutabat,& ipſarum rerum permutatione cõmercia expediebantur: In qua diſcerni nõ poterat,vter emptor, vter venditor eſſet. Sed poſteaquã æſtimatione & vſu pecuniæ,difficultatibus permutationũ ſubuentum eſt,nec vltra merx vtrumq;,ſed alterum prætium vocari cœpit. diſcreta fuerunt vocabula emptionis venditionis, locationis & conductionis: & juris noſtri authores neque emptionem pro venditione, vel emptorẽ pro venditore, neque conductionem pro locatione,nec è contrarió acceperunt, appellationibus his promiſcuẽ vtendo. Quod verba Gay in d. l. veteres. 9. ad preteritum & veterum conſuetudinem relata,non obſcure demõſtrant. Et ipſe Alphenus in d. l. Qui in-

Digitized by Google

ſulâ 30. diſertè ſeparauit conductores
7 à locatoribus. Ex † quibus ſequitur, Antoniũ Muretum variarum lectionum lib.12.cap.1. non ſatis aſſecutum eſſe Iacobi Cuiacij ſententiam, lib.9. cap.15.& lib.12. cap. 23. Et ipſius Cuiacij emendationem corruere ad Gaij reſponſum.in l. Idem eſt 20. De actionibus empti. Etenim principum legis non, *id eſt*, ſed *idem eſt*, conſtitui debet. Et Cuiacius non ſcribit, emptoris & venditoris, locatoris & cõductoris nomina permutata eſſe inter ſe tanquam ſynonima: Imo in contrarium aſſerit, I C. hiſce appellationibus nunquam vti promiſcue. Ideoque † 8
pro eo, quod in communibus libris legitur: *Nec quæri poterit venditor*. Secundum exempla victoriana reponendum *emptor*. l. ſi judex 45. De minoribus. Ignorandum tamen non eſt, quod tametſi plerumq; locator dicatur, qui pretium accipit, & conductor qui dat, tamẽ aliquando vice verſa evenire, ratione ſubjecti ex intentione contrahẽtium, vt locator pretium det, cõductor accipiat. Vt ex Cicerone & alijs probat Guilhelmus Budeus. in l. 2. ff. ad legem Rhodiam de iactu.

SVMMARIA.

1. *L. Marcellus 25. ff de fideiuſſor emendata & explicata, euiſdemque conciliatio cum l. 6. de verb. oblig & nu. 4. 6.*
2. *Iacobi Reuardi conciliatio reprobata.*
3. *Fideiuſſores furioſi, progigi & pupilli, an & quando obligentur. & 5.*

CAPVT DECIMVMNONVM.

VLpian⁹ reſpondit, in l. 6. De verbor. oblig. furioſum promittendo nõ obligari, & fidejuſſorum pro eo interuenire nõ poſſe; quia non ſolum ſtipulatio nulla interceſſit, ſed nec negociũ quidẽ vllũ geſtũ intelligitur. l. ſi a reo 70. §. ſi à furioſo
3 ff. De fideiuſſorib⁹. Cui ex diametro † repugnare videtur, quod ex Marcello Vlpian⁹ refert: in l. Marcell⁹ 25. ff. De fideiuſſorib⁹. *Si quis pro pupillo ſine tutoris authoritate obligato, vel prodigo vel furioſo fideiuſſerit, magis eſt vt ei non ſubueniatur, quoniam his mandati actio non cõpetit.* In quibus reſponſis conciliandis componendiſq; multum laborant interpretes, & diſſimiles ſunt opiniones & coniecturæ, vt videre eſt apud Accurſium & veteres interpretes. Et † in- 2
ter recentiores, Iacob⁹ Reuard⁹ vir doctus, de Iuris ambiguitatib⁹, lib. 1. cap. 9. arbitratur, corruptum eſſe Marcelli reſponſum, & pro *non ſubueniatur* legẽdum *ideo ſubueniatur*; erroremq; ex notis creatum ſuſpicatur: Dum veteres ſcriberent $\overline{10}$ pro ideo, quod facile in particulam nõ tranſmutari potuit. Vt hæc ſit ſententia: pupilli prodigi & furioſi fideiuſſorib⁹ ideo ſubueniri, quoniam mandati actio adverſus pupillũ, prodigum vel furioſum non competat.; quaſi in effectu dixerit Mar- 10
cell⁹,

Digitized by Google

ceſſ⁹, principalem obligationem non ſubſiſtere, & conſequenter fideiuſſionem, quæ illi accedit eſſe inutilem. Sed hæc Rævardi emēdatio, & interpretatio audax eſt, & juris rationi, & omniū librorum authoritati (quam apud doctos magni momenti eſſe oportet) re-
3 fragatur. Etenim † quamuis apud Vlpianū in d. l. 6. De verbo. obli. is cui bonis interdictum eſt, tradendo vel promittendo obligari nō poſſit, & ideo nec fideiuſſio pro eo facta valeat, ſicut nec pro furioſo: quia furioſus, prodigus, ſicut & pupillus, promittēdo, ſeu contrahendo nihil agant. d. l. ſi à reo. §. ſi à furioſo. Si tamen pro reo furioſo jure obligato, fideiuſſorem accepero, tenetur fideiuſſor, vt Caius reſpondit; in d. §. ſi a furioſo in fine. & Paul⁹, probat. in l. furioſus 46. & l. quoties 41. ff. de act. & obligat. veluti ſi agatur de negocio geſto, aut contractu inito ante furorem, vel bonorum interdictionē; vel agatur de obligatione quę ex re venit, & quam lex introducit. Furioſus enim & pupillus vbi ex re actio venit obligātur, etiam ſine curatoris, vel tutoris authoritate: veluti ſi communē fundum habeo cum his, & aliquid in eum impendero, vel damnum in eo pupillus dederit; nam iudicio commu-
4 ni diuidundo obligabuntur. Quod † Marcellus reſpexit, in d. l. Marcellus. preſupponēdo principalem obligationem pupilli, prodigi vel furioſi validā eſſe, & propterea fideiuſſoris obligationem ei rectè accedere, atq; efficaciter ſubſiſtere, propter validitatē obligationis principalis. Sed cū fideiuſſor, ſi damnum aliquod patiatur, mandati actione id recuperare ſoleat à principali debitore. l. Tutor dat⁹ 69. ff. De fideiuſſorib⁹, l. Luci⁹ 38. l. ſi pro ea C. mandat. & ex perſona rei, & quidem inuito eo, exceptio, & cætera rei commoda fideiuſſori, cæteriſq; acceſſorib⁹ competere poſſint, l. Ex perſona 32. ff. de fideiuſſorib⁹. ut auxiliū reſtitutionis, compenſationis, & ſimilia: rectè quærebatur in ſpecie à Marcello propoſitâ, an fideiuſſori per huiuſmodi remedia ſubueniretur. Quod negat Marcellus his verbis: *Magis eſt, vt ei non ſubueniatur; quoniam mandati actio non cōpetit.* Quia † cum inter fideiuſſorem & 5
pupillum, prodigum aut furioſum mādatum non interceſſit, merito mandati actio, & regreſſus contra pupillum, prodigum, vel furioſum fideiuſſori denegatur, etiam ſi fideiuſſor debitum principale diſſoluerit, & conſequenter damnum paſſus ſit: ſuo enim periculo ſpopondit, & ſibi imputare debet, quod abſq; idoneo mandato (quod prodigus, furioſus aut pupillus ſine curatore aut tutore dare non poteſt) fideiuſſerit. Ita vt cum mandati actio ceſſet, & pupillus, prodigus vel furioſus à fideiuſſore conueniri nequeat, quia mādatum ceſſat, fideiuſſor merito in damno relinquatur. Quemadmodum in ſpecie non admodum diſſimili reſpondit Vlp. in l. ſi verò nō remunerādi §. Si adoleſ. ff. Mādati *Si adoleſcens luxurioſus mandet tibi, vt pro meretrice fideiubeas, idq; tu ſciens mandatum ſuſceperis, nō habebis mandati actionem, quia ſimile eſt, quaſi perdituro pecuniam ſciens credideris.* Eaq; † eſt germana dictorum reſpon- 6
ſorum interpretatio, & conciliatio, cō-

Digitized by Google

ſeruata veteris lectionis authoritate; non enim eadem facti ſpecies (vt Reuardus arbitratur) ſed diuerſa apud Vlpianum in d. l. 6. & Marcellum in d. l. Marcellus proponitur; ideoq; diuerſa & peculiaris ab vtroq; ſubijcitur deciſio. Etenim in ſpecie Vlpiani principalis obligatio non ſubſiſtit, ideoq; fideiuſſio illi accedens, virib⁹ deſtituitur: contrà verò apud Marcellũ fideiuſſor intercedit pro eo, qui jure eſt obligatus, ſecũdum apertam diſtinctione a Caio propoſitã in d. §. ſi à furioſo. Quę nouiſſimè etiam ab Antonio Fabro probatur coniectur. lib. 8. cap. 6. dũ reiecta dictione *obligato* ſimpliciter legit in vlp. reſponſo in d. l. Marcellus *ſi quis pro pupillo ſine tutoris authoritate vel prodigo vel furioſo fideiuſſerit, &c.* relatis verbis illis *ſine tutoris authoritate*, non ad obligationem, cui fideiuſſor acceſſerit, ſed ad ipſam fideiuſſoris dationem. Cęterum quamuis hæc ſit genuina dictorum Iurium ſententia atque explicatio, manet tamen difficultas apud Marcellum, in verbis: *quoniã his mandati actio non competit*; quia fideiuſſori accommodari non poſſunt, niſi per turbationem numeri, & tranſitum a ſingulari ad pluralẽ, quod prædurum eſt. Ego in antiquo Codice manuſcripto, ex Bibliothecâ Villarienſis Abbatiæ mihi exhibito, legi, *quoniam hic*, id eſt in hac ſpecie ſeu caſu propoſito, *mandati actio non competit*. Et ſimili ſententia in fideiuſſore minoris reſpondit ide Vlpianus, l. in cauſę 13. in prin. ff. De min his verbis: *Non eſt æquum fideiuſſori in necẽ meam ſubueniri, ſed potius ipſi deneganda erit mandati actio.* Ita vt vna litera commutata, leuiter locus Marcelli emendetur, & puſillam mendam multis ſæculis latentẽ, nunc indicatam, vel pueri primis literis imbuti aſſequi potuiſſe videantur, præſertim cum I. C. etiam alijs locis aduerbio illo locali *hic* in eadem ſignificatione vſi inveniantur in l. is cui legatorum 5. §. Quæri poterit 15 vt in poſſ. leg. ſeu fideicom. Quamuis dictio *his* etiam tolerari poſſit, per relationẽ ad pupillum prodigum ſeu furioſum, hoc ſenſu: quod ipſis quamuis principaliter obligatis, mandati actio non competat contra fideiuſſores, etiamſi eorũ intereſſe cœperit. l. Si procuratorem 8. l. ſalariũ §. Mand. actio ff. Mandati. Quia mandatum non anteceſſit, & conſequenter etiam fideiuſſori actio denegatur, cui mandati actio competere nequit, adverſus eum, qui ipſe, ſi quid ſua intereſſet, eandem actionem non haberet. De qua re ſiquis plura videre deſideret, legat Frãciſcum de Caldas de Pereyra in tractatu ſuo, de in integrum reſtitutio, ad l. ſi curatorem in verbo minoribus num. 23. cũ ſequentib⁹ Cod. de in integrum reſtitutio.

SVMMARIA.

1. *L. 2. ff. de in ius vocand. interpretatio, & antiqua lectionis contra Iacobum Rauardum defenſio. & 3. 6.*
2. *Aſyli ſecuritas apud veteres.*
4. *Propter loci religionem citari, aut loco moueri qui nequeant. & 5.*

Equi

7. *Equi ſiue curſus publici inſtitutio apud veteres. & 9. 11.*
8. *Leges ad ea quæ frequenter eueniunt aptari.*
10. *Curſus publici hodie quatuor genera.*
12. *Ignibus excitatis aliquid ſignificare, & olim & hodie vſurpatum.*
13. *Equi publici honor atque ſolemnitas apud antiquos.*
14. *Equites peractâ militiâ olim equos per forum duxiſſe.*

CAPVT VIGESIMVM.

VErba ſunt Vlpiani in l.2.ff. De in ius vocando. Secundũ omnium librorum conſentientẽ
1 æditionẽ. † *In ius vocari non oportet, neq́, conſulem &c. Nec eos qui propter loci religionem inde ſe movere non poſſunt; ſed nec eum qui equo publico in cauſâ publicâ tranſuehatur.* Quæ vel temporum iniuriâ, vel Triboniani negligentiâ prorſus deprauata cenſet Iacobus Ræuardus, de ambig. juris lib. 1. cap. 6. & lib. 2. cap. 15. atq; ita reſtitui debere, vt duabus ſeparatis dictionib⁹ in vnam contractis, pro *ſe mouere*, legatur *ſemoueri*, & quod non in *cauſâ publicâ*, ſed *in capitolium* Vlpianus ſcripſerit. Vt hęc ſit Vlpiani ſententia; *eos qui ad aras deorum, aut alium locum aliquem, cuius religio impedit, quo minus quis invitus inde ſubmoveatur, confugiunt, vocari in ius, trahiq́; inde nõ poſſe.* Exiſtimatq; Ręuardus notatum interpretatione deceptum Tribonianum, apud Vlpianum ſcripſiſſe, *in cauſâ publicâ*, cùm ſcribere debuiſſet, *in capitolium.* vt enim his notis. Ca. P. cauſa publica. ſic ijſdem illis notis capitolium ſignificabatur. Sed multũ vereor ne Ręuardus ingenij acie inflexâ, non tam ſanet, quam vulneret
2 Vlpianum. Etenim † quamuis Romulus aſylum aperuerit perfugis ad ſecuritatem; conſtetq; eos qui ad aſylũ, ſtatuas principum, ad fana & aras deorum confugiebant, in ijs ita tutos fuiſſe, vt inde inuiti trahi, aut ſubmoueri non poſſent; propter moris antiqui, religioniſq; prærogatiuam, Cicero *pro domo ſua. Plautus in Ruden. Elius Lampridius in vita Heliogabal. l. Quis ſit fugitiu⁹ 17. §. Apud Labeonem ff. de ædilitio edicto.* Ea tamen † ſpecies non tractatur ab 3
Vlpiano, *in. d. l. 2.* vtpote qui non agit de ſecuritate delinquentium, & qui ad maleficij pœnam euitandam, aram vel aſylum occupant; ſed de ijs qui ob religionis dedicationem & profeſſionẽ, in loco aliquo religioſo commorari & remanere tenentur vt olim fuerunt flamines diales, virgines Veſtales, quæ veſtæ ſacris, perpetuiq; ignis cuſtodiæ dicatæ erant. *Cicero lib 3. De legibus. Livius lib. 1. Decad. 1.* Item *Sacerdotium nacti, vt ab eo ſine* ſeu rectius, *ſalua religione diſcedere non poſſunt, nam in perpetuum,* vt Vlpianus ait, in l. Prętor, 13. ff. De vacatione munorũ *excuſantur.* Nec admittenda videtur ſententia eius, qui exiſtimat, verbis illis, *qui propter loci religionem inde ſe mouere non poſſunt,* nullos alios intelligi, quàm eos ipſos, qui ſacris interſunt, ita vt non liceat ante diſcedere, quam omnibus ſacrificij ceremonijs peractis, & ſacerdos ſucclamet ſolemne illud. I. licet. Etenim † qui- 4

Digitized by Google

uis jure Romanorum in Pontifice ſacris incumbẽte, vt ipſe Vlpianus ait, in d. l.2.& moribus Chriſtianorum in Epiſcopo, & quibuſlibet clericis ſacra facientib⁹ ita obſervatur Mar. Soſ. De citat.5.princ.act.fall.2. 13.& ſeqq. Vlpiani tamen locus ad eos pertinet, qui propter loci religionem inde ſe mouere nõ poſſunt, quiq; in perpetuum excuſantur. quod temporali ſacrificio vacantib⁹ non conuenit, ſed ad perpetuam commorationem in certo loco pertinet. Ideoq; & Vlpian⁹ & Græci duos articulos conſtituunt, & ſeparatim agunt, de Pontifice & alijs ſacris incũbẽtib⁹; & his qui loco ſe mouere non poſſunt. Et ita ſacerdotes nunquã à ſacris locis recedere oportere antiquitas ſtatuit. Idq; obſeruatum fuiſſe, multis exemplis ex Cicerone, Valerio Maximo & Tacito probat Petrus Erodius.decreto.ſuor.lib.1.tit.4.cap.2.& lib.2.tit.2.ca.2. Quibus addi poſſunt, ea quæ ſcribit Petrus Royzius deciſ. Litua.4.nu.409.cum ſequentib⁹.cum multis locis Vlpiani, Papiniani, Hermogeniani, Modeſtini, Suetonij, Plinij & Iſidori, annotatis & illuminatis à Marco Veterano. lib.ſingulari anti-
5 quitat.cap.13. Et jus † quod olim obtinuit in veſtalibus, & adeptis ſacerdotium, morib⁹ Chriſtianorum applicatur ijs qui in primitiuâ eccleſiâ exercendi pietatis cauſa continuas dies & noctes, ſeptimanas totas & menſes, imo complures annos in columnis, hoc eſt locis (quib⁹ ſe qui columnari dicebantur, includebant) ſtetiſſe perhibentur. Item heremitis, monachis & alijs perſonis arctiorem religionẽ profeſſis. qui propter loci religionem & profeſſionem, etiamſi maximè velint, inde ſe mouere, aut citari non poſſunt. Quod his permittitur, qui pœnæ euitandæ gratiâ ad aſylum aut aram confugiunt: Nam hi volentes inde rectè in ius vocari poſſunt, eodẽ modo quo quis è domo ſuâ in ius vocatur, ſi aditum ad ſe præſtet, aut ex publico conſpiciatur: l. ſatiſq; 9.ff.de in ius vocando. quod perſonis religioni dicatis denegatum eſt, ex ſententiâ Vlpiani, quæ inde confirmatur, quod in toto illo reſponſo, in d. l. 2. diſponatur de ijs, qui ab dignitatem, aut ex ſingulari priuilegio in jus vocari prohibentur, vt Conſul, Præfectus, Prætor, Pontifex, Dialis, cui equo vehi non licebat, ne ſi longius digrederetur, ſacra negligerentur. Item qui vxorem ducit, &c. qui in ius vocari non poſſunt, niſi dignitatis aut priuilegij prærogatiuâ ad calumniam manifeſtè abutantur: vt de Menippo, & Lucio Cotta tribuno plebis, ex Demoſtene & Valerio Maximo refert Petrus Erodius. ad titulum de in ius
vocãdo. Et † vt priore, ita & poſterio- 6
re loco Vlpiani antiqua æditio, & lectio retinenda videtur: neque enim ſpecialiter de cenſione aut ſolemni tranſuectione equitum (vt Rævardus & poſt eum Cuiacius obſeruationum lib.13.cap.29. arbitrantur:) Vlpianus reſpõdet, ſed generaliter definit, eũ qui equo publico in cauſâ publicâ trãſuehitur, in ius vocari non poſſe: ſiue id fiat ex cauſa tranſuehendi, & recognoſcendi exercitus, ſiue ex aliâ quâcunq; cauſâ publicâ. Vlpianus enim non ſolemnitatem aliquam tranſuectionis reſpexit,

Digitized by Google

reſpexit, ſed ex generalis juris ratione, generalē legiſlationem conſtituit: l. Iura non in ſingulas 8. ff. De legibus. & tranſvectionis vocabulum accepit, de omni eo, qui Reipublicæ cauſa equo publico proficiſcitur. quod etiam Græci ſequūtur. cōſiderata magis vi, & ſignificatione vocabuli, ac juris vſu, quam ſolemnitate antiqui inſtituti Quinti
7 Fabij, aut alterius. Nam † erant equi publico vſui deputati, qui diſpoſiti per provincias ſumptu publico alebantur, l. 1. Cod. de curſu publ. lib. 12. vt quoties repentinum aliquid incidiſſet, mutatione equorum citiſſimè Imperator quo vellet, poſſet mittere quemcunq; nuncium. Oſtēditq; Socrates in hiſtoria Eccleſiaſticâ lib. 3. cap. 1. Iulianum Imperatorem, vecturam publicam ad ſolos equos reduxiſſe. qui mos etiam Iuſtiniani ævo obtinuit, mulis & bob⁹ remotis, quorum vſum antea fuiſſe ex Spartiano & alijs intelligitur. Nec cuiquam priuato his equis vti licebat, ſine licētiâ, aut diplomate Principis, Alciatus in dic. titu. de Curſu publico. ita vt vſus ejus, quod Vlpianus reſpondit, pateat latiſſimè, & locū habeat, ſive quis ad principem equo publico evocatus proficiſcatur, ſive à veneratione ejus diſceſſerit, aut agatur de ſerie evectionum & invectionum inſpiciendâ, ſive de explicatione cuiuſlibet alterius ne-
8 gotij publici. Quod † naturæ legum ferendarum eſt conſentaneum. Nam ad ea potius debet aptari ius, quæ & frequenter & facilè, quam quæ perrarò eveniunt. τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς (vt ait Theophraſtus παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται. l.
9 nā ad ea cum ſequen. ff. de legib. Et † huc pertinet, quod de curſu publico, de equis publicis, de equis currulib⁹ & fiſcalibus, nec non teſſeris curſus publici paſſim legitur, in poſterioribus libris Codicis, et apud Alciatum. loco cit. Cuiac. ad poſt. lib. C. Coraſ. miſcel. lib. 1. cap. 11. Cæl. Rodig. lib. 18. cap. 8. et Bonavent. Vulcaniū in comment. de mūdo. Quibus † conſentaneus eſt mos 10
hodiernus totius Europę, in diſponendis poſtarum (vt vocant) ſtationibus & curſibus. Quem morem comprobat Marquardus Freher⁹, parerg. lib. 2. cap. 8. quem nuper inſpeximus. Et refert Wolfgangus Laſſius, quatuor genera curſus publici hodie frequentata. Primo namq; inquit, fiſcus ſuos habet curſores, & veredos, quos appellamus Camerboden deinde & equites, qui mutatis iumentis, literas in aulam, ex aula regis, in Italiam, & Belgas vſque celerrimo curſu perferunt, vulgò die Poſt/ & Poſt-boden. Addit & tertium gen⁹, quod in Hungaria & Auſtria inferiori per vehicula velocia vſurpatur. Sunt & paraveredi, qui vſibus privatorum ſub ſeruiunt, & vulgo Cooplunden Poſtē vocantur. Scribitq; † idem Laſſius cō- 11
mentar lib. 2. Initia huius curſus à quibuſdam referri ad Cyrum, ab alijs ad Xerxen, ab alijs deniq; ad Auguſtum, adductis multorum ſcriptorum authoritatibus. Præter † vſum curſus publi- 12
ci, antiquitas ex ſpeculis, turrib⁹ & alijs locis eminentioribus, accenſis ignibus, alijs atq; alijs remotioribus locis ſignificabat, quod placebat. quam conſuetudinem ſignificandi eminus per accēſos ignes, vel alia ſigna etiam hodiè obſervamus. Nec quicquam in rebus hu-

Digitized by Google

manis hoc ignium indicio eſſe velocius, prodidit Herodotus. & Xenophon Cyropædiæ lib. 8. Hos nuncios gruum volatu facit celeriores Æſchili tragœdia, cui titulus Agamemnon, relatus à Bonaventurâ Vulcanio, à quo rectè animaduerſum eſt, variam fuiſſe faciũ incenſionem, ad ſignificandam variam rerum & caſuum contingentiam. vti etiam hodie fieri videmus in obſeſſis vrbibus vel caſtris, per ignium accenſionem, per diverſi coloris vexilla, & alijs modis, quæ ad ſignificandum hoſtium adventum, et alia ſimilia per ſpeculatores ex turrib⁹ oſtendũtur. Quod
13 † verò ad ſolemnitatem, & pompam tranſuectionis, quæ Romæ idibus Iulijs fieri ſolebat attinet, videtur equus publicus à Servio Tullio rege conſtitutus, authore Livio, lib. 1. vbi de centurijs equitum; & rurſus lib. 7. *Tum repẽte, inquit, quibus cenſus equeſtris erat, & equi publici non erant aſſignati, ſenatũ ademit.* Solet enim is equus pro beneficio peti, cuius meminit Vlpianus in fragmentis cap. 7. *Conſtitutionibus principalibus inquit, conceſſum eſt, mulieri in hoc viro donare, vt is ab imperatore equo publico honoretur.* Quod Caius interpretatur equeſtris ordinis fieri. l. Nuper. ff. De donationibus inter virum & vxorem, & Dionyſius Halicarnaſſæus & Plinius probat. lib. 33. cap. 1. *Equitum, inquit, nomen ſubſiſtebat in turmis equorum publicorum.* Et huc pertinent, quæ pulchrè leguntur ex Hadriani ſentẽtia apud Doſitheum: Dicente enim quodam, eſſe ſibi ſubſtantiã equeſtris dignitatis, ſed cum equum publicum peteret prętermiſſum eſſe ſe: Reſpondit Hadrianus: qui equum publicum petit, emendat⁹ eſſe debet. &c. Meminit quoque equi publici Valerius Maximus lib. 2. cap. 9. et Gellius lib. 7. cap. vltimo. Et ſenatores Circenſibus, & ad curſum equorum conuocari debere, ſuggerit Liber Βασιλικῶν ad finem l. vltimæ ff. De ſenatorib. ita ſubiiciens: καὶ ἔτι ἐν τῇ ἱπποδρομίᾳ ὀφείλουσι συνάγεσθαι. id eſt, & Circẽſibus convocari debent. Quod cum ad dignitatẽ & prærogativã Senatorum pertineat, non rectè in Pandectis prætermiſſum videtur. Plura de ſolemni tranſuectione equitũ quæ Idib⁹ Quintilibus fieri ſolet, ſcribet Dionyſius in ſexto antiquitatum. Et eundem morẽ commemorat Suetonius in Auguſto, cap. De bellicâ virtute per eum honorata. Plinius lib. 15. naturalis hiſtoriæ, & Livius ſub finem lib. 9. Decad. 1. Plutarchus † quoq; ſcribit in Pompe- 14
io. moris fuiſſe populo Romano, vt equites, peracta legitimâ militiâ, equos per medium forum ducerẽt coram cenſoribus, illiſq; recenſerent duces, & Imperatores, ſub quibus militaſſent. quo in loco Cenſores quemlibet notabant, vel laude, vel infamiâ, juxta meritum cujuſque. Et huc referri poſſent ea, que de decurſione militari ſcribit Wolffgangus Laſſius lib. 4. cap. 7. comment.

SVMMARIA.

1. *L. ſi is cum quo. 20. ff. com. divid. nova & ſingularis interpretatio, reiectâ Bayardi correctione atque ſententiâ.*

Digitized by Google

2. *Aduerſus edictum Prætoris contumaciter latitantes,quomodo extrahi poſſint & debeant.*
3. *Itemque damnum ex hac cauſâ ſocio datum quomodo reſarciant.& 5.*
4. *Perduellionum domus diruenda,non aliorum reorum.& 6.*
7. *Duareni ſententia improbata.*
8. *Clientes obſequium militare detrectantes,quomodo,mulctandi.*

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

VT ſuperioribus cognata ſubyciamus,non ſolum in Vlpiani reſponſo.in l. 2.ff.de in ius vocando.errori obnoxia eſt Rævardi cōiectura; verum etiam in eo quod Pōponius † reſpondit, in l.ſi is cum quo.
1 20.ff.Communi diuidūdo. dum ſimili incertitudine, ex notarū inuerſâ interpretatione,perperam pro *Iudicis motu* legit,*imperio Magiſtratus*,omni aſſeveratione contendens, errorem ex his notis I. M. exortum, quibus tam imperium Magiſtratus,quam Iudicis motus deſignari potuit. Et quod Pomponius in d.l.ſi is cū quo.de villâ dirutâ, & ſuccisis arbuſtis ſcribit, ad ſceleris atrocioris,præſertim perduellionis reos latitantes, nec ad edictum Magiſtratus reſpondentes pertinere. quorum ædes non motu Iudicis, ſed Magiſtratus imperio dirui ſolitas,ex Cicerone, Plinio, & alijs aſſerit.Sed verum non attingit, & à mente atq; ſententia Pomponij lōgiſſimè evagatur.Nam quamquam nefarij ſceleris, criminiſq; horrendi reis, maxima pœna conſtitui, domuſq; eorum publicari, everti, & complanari plerūq; ſoleant. Valer.Max.l. 6. cap. 3. Cicero pro domo ſuâ.Plini⁹ de viris il-
3 luſtrib⁹.Alexander ab.Alex.lib. 3. cap. 23. Non tamen eo pertinet reſponſum Pomponij, apud quem non de damnatis perduellionis,aut aliorum graviorū criminum agitur, ſed de † coërcendis 2
ijs, qui cum edicto publico evocati & moniti ad rem reſtituendam, aut iudicatum etiam in civili cauſâ adimplēdum latitant,nec aditum ad ſe prębent, ita vt plerumq; manu militari rem reſtituere, aut copiam ſui facere compellantur, l. Qui reſtituere. 68. ff.De rei vindicatione, idque motu, id eſt, impulſu arbitrioq; Iudicis, cōſideratâ cōditione cauſæ,vel perſonæ, vel temporis: etiamſi villa dirui aut arbuſta ſuccidi debeant, vt extrahantur, & ſiſtantur,ac Iudicis edicto parere cogantur: veluti ſi in ius vocatus ſit ferox & rebellis,eoq; loco latitās,in quo objectu villæ, aut arbuſtorum latebris ſe tuetur,ita vt ad eum perveniri non poſſit, niſi reſciſſis illis latebris,& impedimētis.Nam quando tam magna rebellio perſpecta eſt Iudici, poteſt & villam diruere,& arbuſta reſcindere: non quidem in pœnam contumaciæ, ſed vt comprehendat extrahatq; latebris contumacem & rebellem. Et † ſi alius cū 3
tali rebelle communionem habens in villâ aut arbuſtis reſciſſis damnum ſuſtineat,rectè experiri poteſt contra ſocium,ob cuius culpam damnum contigit. Ideoq; rectè ſcribit Pomponius, d.l.ſi is cum quo.judicio communi dividundo præſtandum detrimentum, quod culpâ ſocij non reſpondentis ad

4 edictum admiſſum eſt. Quod † nihil pertinet ad perduellionis, vel alterius criminis reatum, ob quem condemnati domus diruitur, & bona confiſcantur, vt eleganti atq; ſeuerâ conſt. Bonifacij viij. exprimitur in c. fœlicis de pœnis in 6. ita vt ſocio nulla ſuperſit
5 actio cum condemnato. Quod † tamē à Pomponio præſupponitur, & actio conceditur ob ſolam culpam, quæ plurimis alijs caſibus ex perduellionis crimine contrahitur. Eoq; pertinet quod Accurſius ſcribit in d. l. ſi is cum quo. ob damnum culpâ ſocij contingens in re communi, cum ſocio agi poſſe. quod damnatis graviorum criminum accōmodari non poteſt, qui capitali ſupplicio afficiuntur & bonorum cōfiſcationem patiuntur. Quibus recte accommodari poteſt, quod ſcribit Speculator, tit. de iniurijs & damno, col. 3. in fine. Si propter homicidium à vicino commiſſum domus eius par curiam diruatur, per quod mea contigua læditur, aut corruit, fiſcū ſeu Magiſtratum ſuccedentem, vicino teneri ad damni reparationem; quamuis alias pro damno culpa vicini dato ipſe teneatur. Et quod ex criminibus ordinarijs domus dirui non debeat, non enim res ſunt, quę delinquunt, ſed qui res poſſident. §. oportet autem. In anthent. de mandatis princip. Et expedit Reipub. vrbes ruinis ædificiorum non deformari. l. fin.
6 Ne quid in loco pub. Licet † aliâs ex crimine læſæ maieſtatis divinæ atq; humanæ, & alijs ſimilib⁹, dom⁹ diruēdæ, ſoloq; adæquandæ, et aratro ſubycíēdæ ſint. c. fœlicis. de pœnis in ſexto. §. conuenticula de Pace juramento firmanda. late Ludovi. de Molina. de hiſp. primogenijs. lib. 4. cap. 11 nu. 71. cum ſeq⁹. Et ita veteres I C. à Ræuardi reprehenſione vindicari, illiſq; ſuam veterem dignitatem atq; authoritatem aſſerendam exiſtimo; ea tamēn lege, vt ſi quis meliorem ſententiam adferat, non indignabor, neq; dedecus putabo in melius mutare, quod aliter ſe habere intelligam. Scio † equidem Franciſ- 7
cum Duarenum anniverſ. lib. 1. cap. 4. virum de Iuriſprudentiâ noſtrâ optimé meritum, apud Pomponium in d. l. ſi is cum quo. legere non ad edictum ſed ad delectum, atq; exiſtimare, Pomponium agere de ijs, qui ad delectum militarem non reſpondent: Sed non poſſum adduci, vt credam Pomponiū conſideraſſe particularem illam ſpeciē, in articulo, in quo generaliter agitur de actione concedendâ ex culpa ſocij, quę multiplex, & ex varijs figuris cauſarum poteſt cōtingere, atq; etiam locum habere in non obtemperante edicto delectus militaris habendi gratia propoſito. Dū Provinciæ præfecti, eorumq; legati jubent, caventq;, vt regio banno & retrobanno pareatur, deq; eo jus dicant, refugaſque & detrectatores perſequantur, cogantq; militarem operam præſtare. Quia non videtur leuis culpa mandatum militiæ officium poſt evocationem detrectare. Quæ conjecturā noſtram ſtabiliunt, & coarguunt, non delectum, ſed edictum legi debere, etiā ſi agatur de evocatione ad militiam. De mulctandis † autem clientib⁹ & ſubdi- 8
tis beneficiarijs, militare obſequium refugientibus, plures Regū ordinationes citat Reinatus Choppin⁹. De Iuriſ-
dictione

Digitized by Google

diɛtione Andegavẽſium lib. 1. cap. 45. in fine. Et graviores pœnas illatas militiam detreɛtantib⁹, tradunt Valerius Maximus lib, 6. cap. 3. & Ammianus Marcellinus l. 15. Eoq; pertinet quod Arrius I C. reſpondit, in l. Qui cũ vno 4. §. Gravius autem eſt. de re militari. gravius deliɛtum eſſe detreɛtare mun⁹ militiæ, quam appetere. Nam & qui ad edictum olim non reſpondebant, vt proditores libertatis in ſervitutem redigebantur. Sed mutato ſtatu militiæ, receſſum à capitis pœna eſt: quia plerumque voluntario milite (vt Budæus, animaduerſo errore Accurſij legit) numeri ſupplentur.

ELBERTI LEONINI

EMENDATIONVM SIVE OBSERVATIONVM, LIBER SECVNDVS.

SVMMARIA.

1. *Decreti Decretaliumque libros ne hodiè quidem à mendis omnino vindicatos.*
2. *C. 1. de judicijs explicatum, & à mendis quibus ſcatebat repurgatum. & nu. 3. 4. 5. 7.*
6. *Præ foribus ſtare ſolere, depoſituros querelas in Synodis.*
8. *Concilium ex quo d. Canon deducitur, quarè Aphricanum non Carthaginenſe nominetur.*

CAPVT PRIMVM.

1 QVanquam † poteſt tot ſecula, doctiſſimi probatiſſimique viri laborarint, vt juri noſtro, ſublatis neuis mendiſque priſtinam integritatem venuſtatemque reſtituerẽt. & noviſſimè ipſe Pontifex Gregorius 13. maxumorum virorum operâ conatus ſit, Decreti decretaliumque libros repurgare, & à vitijs liberare, plurima tamẽ adhuc latent, & imperfecta denſiſſimis tenebris, aut interpretum controverſijs involuta latent, quæ ex
3 emendatis codicibus, vel antiquis monumentis, atq; adeò ipſis fontibus re-
2 ſtitui abſoluiq; poſſunt. Vt ecce † nobilis & peruulgata eſt conſtitutio, ſub tit. de iudicijs in cap. 1. quæ ex celebratiſſimo illo concilio Africano cap. 59. deprompta eſt. ſed imperitorum hominum iniuriâ ita conuulſa & conturbata, vt nihil corruptius magiſq; depravatum cogitari poſſit. Etenim in principio notha adulterinaq; quædam ſunt addita, quæ totam cõtextus rationem vitiant, dum ita legitur. *De Quodvultdeo Centurienſi Epiſcopo, quem cum adverſarius ipſius petiiſſet ad concilium introduci; interrogatus an cum eo vellet apud Epiſcopos experiri, primum id promiſerat, & alterâ die reſpondit, hoc ſibi non placere, atq; diſceſſit* Quæ quidem verba nullam idoneam ſentẽtiam habent, nec orationem ſatis integram, quę ſuo ordine, & 4

Vt ſincera & integra ſint, ex tomo conciliorum, incluſis quibuſdam dictionibus parentheſi, ita ſunt reponenda. *De Quodvultdeo epiſcopo Cẽturicẽſi (quoniam adverſarius ipſius cum ſe petiſſet introduci ad concilium noſtrum, interrogatus vtrũ cum eo vellet apud epiſcopos experiri, primum promiſerat, & alia die reſpõdit, hoc ſibi non placere, atq; ita diſceſſit) placuit omnibus. &c.*

3 Quæ † Elegantiſſima eſt ſtructura, evidentiſſimam ſententiam habens: cauſa enim quare placuerit concilio Quodvultdeo non eſſe communicandum, præcedentibus verbis parentheſi incluſis diſertè exprimitur, oſtenditurq; dictionem *placuit* nõ eſſe ſeparandam à priore contextu, quaſi novam periodum conſtituat, vt in cõmunibus libris perperam legitur; ſed abſq; vllis interpunctis conjungendã ſuperioribus, atq; adeò ipſi principio conſtitutionis. Vt hęc ſit concilij ſententia. De Quodvultdeo Centurienſi Epiſcopo, placuit omnibus Epiſcopis, vt nullus eidem communicet. Quoniã interrogatus, vtrum vellet cum adverſario apud epiſcopos experiri, primo promiſerat, & alia die reſpondit, hoc ſibi non placere, & diſceſſit. In quo tota vis quæſtionis & deciſionis conſiſtit, quæ longe alia eſſe videtur, quãm Gloſſa & interpretes opinantur. Nam cùm Synodus eſſet generalis totius Africæ, ad quam ſingulorum quæſtiones non pertinent: utpote in quâ (vt author eſt Euſebius in vita Conſtantini) non niſi de magnis rebus conſultabatur, minoribus & particularibus negotijs rejectis ad Synodum Epiſcopalem, interrogatio & reſponſio, ſubmiſſioq; Quodvultdei erat neceſſaria, ad inducendam Iuriſdictionis prorogationem l. 1. & 2. ff. De judicijs. per quam Quodvultdeus Epiſcoporum judicio ſe ſubyciebat, reſpondendo, promittendoq; ſe paratũ eſſe experiri corã illis. Per quæ ceſſant opiniones interpretum, exiſtimantiũ ex ſuperabundanti Quodvultdeũ fuiſſe interrogatum, & quod ad validitatẽ citationis neceſſaria ſit Iudicis authoritas, nec ſufficiat inſtantia partis: quoniam Quodvultdeus, non virtute citationis, ſed ex voluntariâ ſubmiſſione, & prorogatione Iuriſdictionis ab eo factâ ſubyciebatur concilio. nec erat neceſſaria citatio, quia præſens erat, & ſedem habebat in concilio, cum ab adverſario interrogaretur: & interrogatio non fiebat ex abundanti, neque ad inſtructionem, & ſuper articulos cauſæ principalis, ſed ad hoc ſolum, vt declararet Quodvultdeus, an in cõcilio coram epiſcopis ſe defendere, & experiri vellet an non: cumq; præſens in concilio ſponte reſpondiſſet, promiſiſſetq; ſe paratum coram ijs experiri, per quod inducebatur Iuriſdictionis prorogatio, & ſubmiſſio, nõ potuit poſterâ die pœnitendo reſilire, & nolle ibi experiri abſq; culpâ contumaciæ, ob quam ab epiſcopis excommunicationi ſubycitur, donec ſatiſdatione promiſſa contumaciam purgaret, vel alia ratione cauſa ſortiretur exitum. Et † vt priora ver- 4
ba Conſtitutionis ſunt vitioſa & mutila, & conſequenter interpretationem evagantem erroneamq; habentia: ita etiam ſequentia ſunt imperfecta, & à mendis vindicanda: ſi quidem pro his quæ in communibus libris leguntur.

Placuit,

Digitized by Google

Placuit, vt nullus eidem communicet, donec ſatisfactione præmiſſa fuerit abſolutus: nam adimi ſibi Epiſcopatum ante cauſæ eius exitum, nulli poteſt de iure videri. ex tomo conciliorum & Iuone ita reponere cõvenit. *Placuit omnibus Epiſcopis, vt nullus eidem communicet, donec cauſa eius, qualem qualẽ potuerit, terminũ ſumat: nam adimi ei Epiſcopatum antequã cauſæ eius exitus appareret, nulli videri iure potuiſſet.* ſeu (vt in Iuone legitur) *poteſt.* & convenit cũ antiquiſſimo noſtro manuſcripto Codice. Verba autem illa, *donec cauſa eius qualem qualem potuerit terminum ſumat*, eleganter incertitudinem aliquam ſignificant, propter variam rationem procedendi adverſus abſentes & contumaces: de qua multa ſunt in Innocentij tertij reſcriptis in cap. 1. 2. & 3. cum ſe-
5 quẽt. vt lite non conteſtatâ. Nec † eſt
prętermittendum nimium mendoſẽ, & inverſo ſenſu in communi contextu legi: *cum adverſarius ipſius eum petijſſet ad conciliũ noſtrũ introduci.* quaſi adverſarius poſtulaſſet, Quodvultdeum (qui jam vt epiſcop' Aphricę præſens erat) introduci: cum Synodi prorſus ſit contraria ſententia, declarata verbis illis ex tomo relatis, *adverſarius ipſius cùm ſe pe-*
6 *tijſſet introduci.* Quod † ad veterẽ uſum
& obſervationem pertinet, quâ depoſituri querelas ſuas in Synodo præ foribus ſtabant, & ſe negotij ſui explicandi gratia introduci petebant: vt conſtat ex ſynodo apud ſanctum Medardum habitâ in tomo 3. Concil. pag. 471. vbi dum quædam eccleſiaſtica & pernecceſſaria negocia in eâdem ſynodo ventilarentur, venit Sigloardus ſeruans locũ Archidiaconi Remenſis Eccleſiæ, dixitq; filios ejuſdem Remenſis Eccleſię, & Hinckmari Archiepiſcopi ſtare præ foribus, qui ſe pro neceſſitate ſuâ in ſynodum introduci petebant. Et ad hanc veterem conſuetudinem inducẽdi ſeu introducendi, pertinet pars actorũ Diocleſiani & Maximiani Impatorum relata in l. 2. C. de excuſat. muner. lib. 10.
Illud † prętereundum non eſt, adver- 7
bium *cum* etiam in ipſo concilio videri tranſpoſitum; & vt ſuum locum obtineat, referendum eſt ad præcedentia, hoc modo legendo: *De Quodvultdeo Centurienſi Epiſcopo, quoniam cùm adverſarius ipſius ſe petijſſet ad concilium introduci, interrogatus an iure cum eo vellet experiri* In quo etiam Romani correctores lapſi inueniũtur, qui ſub Gregorio 13. decretal. emendationi incubuerũt.
Et † quia Canon iſte ex Africano con- 8
cilio deducitur, obſervare cõvenit multa quidem ante illud celebrara fuiſſe Carthaginenſia concilia, quæ magis particularia fuerunt. ſed hoc ſolũ (quãuis in ipſa civitate Carthaginenſi celebratum) Africanum appellatum eſt, quia generale fuit, & pro cõmuni cauſâ totius Africę inſtitutum, in quo multa prioribus concilijs Carthaginẽſibus ordinata repetuntur & confirmantur, multis additis ad ordinationem eccleſiæ pertinentibus, ex communi conſenſu omnium epiſcoporum Aphricę. Etenim plenarium fuit Aphricę concilium, legationibus factis ad omnes provincias, pręſentibus Romanæ Eccleſiæ legatis vt conſtat ex c. 94. ejuſdem concilij.

Digitized by Google

SVMMARIA.

1. *Inſcriptionem tit. C. quand. civil. actio crim. præ. ab inſcriptione C. Theodoſiani variare, & quâ de cauſa. & 13.*
2. *Ex omni delicto duplex iudicium oriri, civile & criminale.*
3. *Querelâ inofficioſi teſtamenti ſuccumbens, falſi accuſationem non amittit. nec è contra.*
4. *Qui interdicto vnde vi non obtinuit L. Iuliâ de vi publica poteſt experiri.*
5. *Civilem actionem criminali non præiudicare, nec è contrario, pluribus exemplis oſtenſum. & nu. 6.7.8.9.10.*
11. *Si tamen vtraque actio publicam vindictam contineat, vna per alteram tollitur.*
12. *Quemadmodum etiam tunc, cum in actione ſuper re familiari inſtitutâ probatâ innocentiâ reus abſolvitur.*
14. *Conſuetudinem, vtrumque iudicium cumulare.*

CAPVT SECVNDVM.

1 IN Codice † Theodoſiano abſoluta eſt rubrica, per purã affirmationem concepta, his verbis: *Victum civiliter agere & criminaliter.* Quæ in Cod. Iuſtiniani dubitanter & per caſualitatem (vt vocant) proponitur hoc modo: *Quando civilis actio criminali præiudicet, & an vtraq. ab eodem exerceri poſſit.* Quam dubitationem magis augere videtur ejuſdem Rubricæ inſcriptio, que in lib. βασιλικῶν ita legitur: *Quando civilis, vel criminalis condemnatio, & vtrum vtraq., an vna tantum ab eodem exerceri poſſit.*

2 Illud † conſtat ex omni delicto duplex judicium naſci, vnum civile, alterum criminale. Et reſcripſerunt Imperatores. in l. vnica. d. t. à pleriſq; prudentum generaliter definitum eſſe, vt quoties de re familiari, id eſt, propter rem familiarem, & civilis & criminalis competit actio, vtrâq; licere experiri, & quam quis velit prius exercere.

3 Et † hoc modo, qui de inofficioſo querelam delatam non tenuit, id eſt, in eâ non obtinvit, à falſi accuſatione non ſubmovebitur. Et è contrario falſi crimine inſtituto victus, poſtea de inofficioſo actionem exercere poteſt. l. cum qui 15. C. De inofficioſo teſtam.

Et † qui per vim de poſſeſſione dejectus eſt, ſi ad eam recuperãdam interdicto Vnde vi fuerit vſus, nõ prohibetur etiam lege Iuliâ de vi, publico judicio accuſationem inſtituere. textus in d. l. vnica, & in l. ſi quis ad ſe fundum. 7. C. Ad l. Iuliam de vi pub. 4

Rurſꝰ † ſuppreſſo teſtamẽto, agi poteſt judicio de tabulis exhibendis, & lege Cornel. de falſis. textus in d. l. vnica. 5

Et ſi libertus † dicat ſe ingenuum, faciatq; ea que ingenuorum ſunt, contra eum agi poteſt de operis, civiliter, & lege Viſelliâ criminaliter. 6

Et † ſi ſervum alienum quis ſurripuerit, & vendiderit, furti tenetur civiliter, & de plagio criminaliter accuſari poteſt. 7

Poteſt † etiã quis de inſtrumento poſtea quam egit civiliter, poſtea experiri criminaliter ex lege Corneliâ de falſis. 8

Et † occiſo ſervo, poteſt quis lege Aquilia agere, & nihilominus de homicidio conqueri. 9 Et è contrario poteſt quis abſoluto reo

in

Digitized by Google

in criminali, poſtea agere lege Aquiliâ. Et tam liberè hæc judicia damnũ paſſo conceduntur, vt electionem habeat, vtrum civili, an criminali prius experiri velit, nec ſi civiliter actum fuerit criminalis conſumitur, aut è contrario. d. l. vnica in prin. Quod verum eſt generaliter in omnibus delictis, ſive ſint publica, l. interdum 4. ff. de publ. judic. ſive privata, Gloſſa Cynus, & alij in d. l. vnica. ſive ordinaria, ſive extraordinaria. l. finali. ff. de furtis. Et hoc eſt quod Paulus ſcribit. in l. Prætor edixit. 7. §. ſi dicatur. ff. De iujurijs. *Ex quibus cauſis publica ſunt iudicia, ex ijs cauſis non eſſe nos prohibẽdos quo minus privato agamus.*
10 Quod verum † eſt, quando judicium civile ad privatam cauſam pertinet, & principaliter inſtituitur de dãno quod domino illatũ eſt. Sicut in actione legis Aquiliæ, & furti, & vi bonorũ raptorum, & interdicto Vnde vi, & de tabulis teſtamenti exhibendis. Nam in his de re familiari agitur. l. interdum, ff. de publicis judic. Ideoq; electio eſt actoris an prius civili an criminali judicio experiatur. Vtrumq; enim intentari poteſt. d. l. interdum, & l. vnica, hoc tit. Nec intereſt an prius criminalis an civilis actio moveatur. Et ſi civiliter actum fuerit, criminalis non conſumitur, nec ſimiliter è contrario: d. l. vnica, licet vtrumq; judicium ſimul cumulari nequeat, ſed vno electo, & intentato alterum differatur & ſuſpendatur, donec prius finiatur. Et plerumque ordo judiciorum poſtulat vt prius de poſſeſſione, l. 1. C. de appellat. aut jure dominij cognoſcatur & pronũcietur, quam criminis cauſa audiatur. l. Præſes provinciæ, 8. C. ad l. Flaviam, de plagia. Quæ omnia aliter † ſe habent, 11
ſi vtrumq; judicium, principaliter publicam animadverſionem, vindictam & punitionem delicti reſpiciat: vt eſt in actione iniuriarum & quæſtione legis Corneliæ de ſicarijs. d. §. ſi dicatur. Quæ de ipſa cæde vel veneno vt vindicetur, non vt damnum domino datum reſarciatur, inſtituuntur. Ideoq; ſi actum eſt publico judicio denegandum eſt privatum: ſimiliter ex diverſo. l. Quod Senatuſconſultum in fin. ff. De injurijs. in his enim judicijs, quę vltionem & vindictam reſpiciunt, qui in vno ſuccubuit, vel obtinuit, ad alterum regredi non poteſt. Publico tamẽ accuſatori, pœnæ publicę perſequendæ via non præcluditur, ſicut nec alijs, quibus eadem actio & accuſatio competit. Plerumq; † etiam cõtingit, vt ju- 12
dicia tam publica quam privata, quæ de re familiari, & vindicta eidem conceduntur, præjudicium ſecum trahant, & vna alteri impedimento ſit. Nam ſi civiliter conventus abſolvatur, probatâ ejus innocentia, ſupervacaneũ erit criminale judicium ex eodem delicto inſtituere, quoniam eadẽ res vertitur. Quod Cynus in d. l. vnica hic. rectè intelligit tunc locum habere, quando reus ideo abſoluitur, quia conſtat ab eo delictum non eſſe commiſſum, vel judex pronũciat ſuper ipſo facto, declaratq; eum innocẽtẽ; quod ex actis cauſæ intelligendum eſt. Secus autem ſi judex tantum pronunciat ſuper jure, declarando actorem non eſſe receptibilem, aut abſolvendo ſimpliciter reũ ab inſtantiâ. Nam hoc caſu liberũ eſt

Digitized by Google

ex eodem facto cōtra eundem alio judicio experiri.in d. l.vnica hic. Et hoc modo intelligendum eſt, quod ſcribit Interpres libri Βασιλικῶν, Sepè abſolutum in criminali,damnari in civili, & è contra. Non enim oportet civili judicio de re familiari, quæſtioni maleficij præiudiciū fieri,aut è contrario.
13 Ex † quibus non obſcurè intelligitur, magnâ ratione Iuſtinianum dubitātur & ſuſpenſâ ſententiâ Rubricam concepiſſe,his verbis: *Quando civilis actio criminali præiudicet, & an vtraq; ab codē exerceri poſſit.* Nam in infinitâ multitudine negociorum & cauſarum incidētium,plerumq; vtraq; ab eodem exerceri poteſt plerumq; vna tantum, & alteri altera facit præiudicium, pro diverſa qualitate rerum, perſonarū, cauſarum & judiciorum: Sed † hodiè cōſtitutio iſta nō adeò frequentem vſum habet; quoniam de conſuetudine criminale judicium cum civili inſtituitur, & vtrumque ſimul exercetur: alterū per eum qui damnum ſuſtinuit, alterum verò per procuratorem fiſci: qui pro criminis pœnâ conſequendâ ſe adjungit privato actōri, vt alio loco traditur.in d.l.1.C.Ad l.Flaviā de plagiarijs. Et ita diſtinguitur,publicus actor à privato, & legitimæ pœnæ vindex alter eſt,alter privatæ injuriæ, cui tamen quanti ſua intereſt adiudicatur. De quo plura Reinatus Choppinus. De jnriſdict. Andegavenſium.lib.ſingulari,ca. 73.in prin. 14

SVMMARIA.

1. *Iuſiurandum ex delatione partis præſtitum,ſub prætextu periurij non retractari.*
2. *Iuriſiurandi religionem ſolis iudicibus impoſuit Plato.*
3. *L. de his.6 ff.de tranſact.& l.vlt C.de iureiur.cum l.Lucius.78.§ fin.ff. ad Trebell.contra neotericorum ſententiam declaratæ & conciliatæ.*
4. *De pendentibus ex teſtamento niſi inſpectis verbis teſtamenti tranſigi non poſſe.*

CAPVT TERTIVM.

1 NEgotium † Iurejurando deciſum,poſtea etiam detecto perjurio,& compertâ veritate,nō retractatur: l.1.C.De rebus cred.& jurejur. Quia juſiurandum vltra conſenſum,& delationem partis, habet venerationem divini numinis; & is, qui defert juſiurandum,cedit liti, ſub conditione præſtandi juſiurandum, conſtituitq; adverſarium judicem ſuæ cauſæ, omnemq; controverſiam ejus religioni credit,atq; committit, eiq; adhæret, firmiter, nullis teſtibus, nulliſq; probationibus adventitijs requiſitis. Sed † 2 cum vt Vlpianus ſcribit, in l. quæ ſub conditione 8. in pr.ff. de conditio. inſtit. faciles ſint nonnulli homnies ad juſiurandum cōtemptu religionis, alij perquam timidi metu divini numinis vſque ad ſuperſtitionem. Plato in legibus ſuis ſolis judicibus juramentum adhibet,vt ad juſte judicandum etiam religione moveantur: à litigatoribus autem removet,vbi ex juramento ſpes lucri offertur: ne conſuetudo paierādi & divinum numen contemnendi in

civitate.

Digitized by Google

3 civitate inducatur. Sed Iuſtinianus † novâ conſtitutione induxit, in l. fin. C. de Iureiur. Quoties quis teſtamento non apparente, jurat ſibi legatum eſſe, deinde reperto teſtamento, perjurium ejus detegitur, non habita ratione juriſiurandi, reperi poſſe, quod ſolutum eſt, Cujus novæ conſtitutionis rationem, Accurſius, & alij veteres eam eſſe exiſtimant, quod de his, quæ ex teſtamento petuntur, efficaciter tranſigi nō poſſit, niſi prolato, inſpectoq; teſtamēto. l. De his, 6. ff. De tranſactionibus, Quod Neoterici quidā rident, falſum eſſe contendētes, vulgatum illud, quod de pendentibus ex teſtamento, non inſpectis verbis teſtamenti tranſigi nequeat: aſſerentes contrarium probari ex reſponſo Scævolę. in l. Luci⁹, 78. §. fin. ff. ad Senat. Trebellian. qui tamen rectè excuſſus nihil intentionem corū adiuuat, nec probat tranſactionē procedere de ijs quæ ex teſtamento petuntur, non cognitis verbis teſtamēti. Imo per contrarium, in ſpetie per Scævolā propoſitâ, teſtamentum manifeſtum erat, conſtabatq; & fatebatur hæres, ſe poſt mortem ſuam rogatum vniverſam hęreditatem reſtituere. Sed fallebat fidei commiſſarium in quantitate, & cumulo bonorum, minimam quantitatem reſtituendo, quam ſolum in bonis fuiſſe dicebat: Quod poſtea prolatis inſtrumentis (emptionum ſcilicet, & titulis bonorum,) apparuit ſe aliter habere. Nempe quod quadruplo amplius in hæreditate fuiſſet, & proinde reliquum, prius ab hærede celatum ex fidei commiſſo peti poſſe, reſpondit Scævola, niſi tranſactum eſſet, id eſt, controverſia facta inter hęredem & fideicommiſſarium, ipſe fideicommiſſarius ex tranſactione quippiam accipiendo conſenſiſſet, quod reliquū bonorum retineret hæres. Sic vt tranſactio in reſponſo ipſius Scevolę referatúr non ad fideicommiſſum, aut alia diſpoſita in teſtamento; ſed ad quantitatem & valorem bonorum à defuncto relictorum, de quibus dubitabatur, quamuis ipſum teſtamētum eſſet prolatum & cognitum. Vnde apparet novam hanc Neotericorum interpretationem eſſe erroneam, inepteque ab ipſis ſextum caput de tranſactionibus in d. l. De his 6. reyci à titulo De Tranſactionibus, ad titulum Quemadmodū teſtamenta aperiantur. Cum † veriſſi- 4
mum ſit, & in magno vſu, eoq; quotidiano, verſetur vulgatum illud ſextum caput, quod de ijs, quæ ex teſtamento petuntur non procedat tranſactio, non inſpectis, nec cognitis verbis teſtamēti. Vt & Iuſtinianus probat. in l. fin. C. de Iurejur. Propter pręcipitem deceptionis & fraudis occaſionem. Et hoc eſt quod Vlpianus ſcribit, in l. ille à quo, 13. §. ſi de teſtam. Ad Trebell. ſi de viribus fideicommiſſi tractatur, verba fideicommiſſi etiam de longinquo petenda eſſe; quoniam, vt Gajus reſpondit, in l. in his 16. De condit. & demonſtratio. In his quæ extra teſtamentum incurrerent, poſſunt res ex bono & æquo interpretationem accipere; ea verò, quæ ex ipſo teſtamento orirentur neceſſe eſt, ſecūdum ſcripti juris rationem expediri. Quod referimus, non libidine reprehendendi, graſſandiq; in aliorum ingenia, ſed pro aſſerendâ ve-

Digitized by Google

ritate juris,& ne fallaci novitatis illecebrâ contingat cupidiora ingenia capi, & pro veris,cōmentitia & falſa arripere.

SVMMARIA.

1. *Romanos Latinæ linguæ vſum,etiam exteris nationibus imperaſſe.*
2. *Gaij Marij factum à Valerio laudatum.*
3. *L.decreta Prætorum ff. de re jud. nova declaratio.*
4. *Græca linguæ in vrbe Româ frequens vſus.*
5. *Latini ſermonis conſervandi curam,maiorum tantum magiſtratuum fuiſſe.*
6. *Provinciales magiſtratus linguâ vulgari jus dediſſe.*
7. *Moribus eorum cum quibus vivimus accommodari nos debere.*

CAPVT QVARTVM.

1 PRiſci † magiſtratus Romani inter cętera obtinendæ gravitatis judicia,illud quoq; magnâ cum perſeverantiâ cuſtodiebant, nè Græcis vnquam, niſi latinè reſponſa darent: & ipſa linguæ volubilitate (qua plurimum valēt) excuſſâ,per interpretem loqui cogebant; Valerius Maximus lib.2.cap. 1. De Eumene & Cajo Mario.Non in vrbe tantum, ſed etiam in Græciâ & Aſiâ; non quod deeſſent illis ſtudia doctrinæ, ſed vt latinæ vocis honos per omnes gentes totius terrarū orbis venerabilior diffunderetur, nullaq; in re pallium togæ ſubyceretur. Exiſtimantes indignum eſſe, illecebris & ſuavitate literarū, imperij pondus & authoritatem domari: Laudatq; † Valerius Caium Mariū, qui geminâ lauro coronatam ſenectutem ſuam, Numidicis & Germanicis illuſtrem trophæis, devictæ gentis facundiâ politiorem fieri noluit, nè alienigenâ ingenij exercitatione, patrij ritus, ſervus trāſfuga, ſeu (quod rectius puto & loci ſenſus poſtulat) ſerus transfuga exiſteret. Et † ad hoc antiquum Romanorum inſtitutū,pleriq; referunt id quod Triphonius reſpondit, id l.Decreta, 48. ff. De re judicata. *Decreta à prætoribus latinè interponi debent.* Exiſtimantes etiam Triphonij tempore(qui ſub Antonino Caracalla vixit)tam inter Gręcos, quā inter latinos imo in ipſâ Græciâ & Aſiâ latini ſermonis honorem in eâ veneratione fuiſſe,quod nec in ipſâ Græciâ decreta aliter quam latinè dari potuerint. Quod apud me dubitationem habet,quoniam Prætores vrbanum magiſtratum geſſerunt: & cum Conſules avocarentur bellis finitimis, nec eſſet qui in civitate jus reddere poſſet, factū eſt, vt Prætor quoq; crearetur, qui Vrbanus appellatus eſt,quod in vrbe jus redderet: vti etiam poſtea capta Sardinia & aucto numero prætorū obſervatum fuit. Omnes enim in civitate jus reddebant,non ſolū in vrbanis rebus, verum etiā in Provincialibus & inter peregrinos.Et hoc eſt quod paſſim ſcribunt interpretes, l.2. §. capta deinde. De orignie juris, Pretores in vrbe, Præſides & Proconſules in Provincijs jus dicere ſolitos. Nec movet quod plerum-

plerumq; Prætores in amplâ Romanorum Republicâ cum exercitu & conſulari poteſtate miſſi fuerint in militiam. Id enim temporib⁹ Triphonij, tranſlato imperio ad Cæſares in deſuetudinem abierat, & præterea raro evenire ſolebat; ita vt generale reſpõſum Triphonij ad ſpeciem illam infrequẽtem proportionari nequeat. Quin etiã diu ante tempora Triphonij, per longos annorum tractus, venerabilis ille latini ſermonis honor & vſus conſtantiſſimè obſervari deſierat, ne dum in Græciâ, verum etiam in vrbe Romanâ.
4 Nam † vt Suetonius teſtatur, antiquiſſimi doctorum, poëtæ & oratores ſemigræci erant, Et gloriatur Enni⁹, ſe paviſſe Romanos græcâ linguâ, qui aſſueti græcis literis, etiam in vrbe, nõ minus Græcâ, quam latina linguâ, negotia ſua expediebant. Idq; vſu adeo promiſcuo, vt Cato in ſenatu exclamaverit, ſe non poſſe pati græcanicam vrbem. Et vt Valerius Maximus author eſt, lib. 2. cap. 1. Etiam ætate Ciceronis, vſus græcæ linguę etiam in Senatu Romano adeo frequens fuit, vt græcis actionibus aures curiæ exſurdarentur. atque Molonem Rhetorem (qui ſtudia Ciceronis auxerat) in Senatu ſine interprete audiverint. Quibus accedit quod Publius Craſſus, cùm in Græciã Conſul veniſſet, quâ quiſq; ſociorum linguâ apud tribunal illius poſtulaverat, eâdem Decreta redderet. Valerius Maximus, lib. 8. cap. 7. Et hac ratione IC. veteres, multa ex medijs Græciæ ſtudijs deſumpſerunt. extãtq; proſcriptiones, & ſuperindictiones tam græcis, quam latinis literis factæ. Eòq; pertinet quod Cicero ſcribit Verrinâ 6. ſe apud Gręcos & in ſenatu Græco græcè loquutum. & quod Vlpianus refert in l. Divus Pius, de cuſtodiâ reorum, Divum Pium ad epiſtolã Antiochienſiũ gręcè reſcripſiſſe. Nec ignotum eſt magiſtratuũ municipalium, & datorum, ſeu electorum judicum ſententias, tam Græcâ quam latinâ linguâ proferri ſolitas, præſertim in ipſâ Græciâ, & Græcorum ſenatu. ſecundum Arcadij, & Honorij conſtitutionem ad Iulianum Aſiæ proconſulem, in l. judices. 12. C. de ſententijs & interlocut. omniũ judicum. Quæ non novã legiſtationem (vt pleriq; putant) ſed veteris juris ante tranſlationem imperij ad Græcos, obtinentis, authoritatem, & confirmationem continet. Neq; † enim antiquũ 5
Romanorum inſtitutum de reſponſis, Decretiſq; latinè interponendis, ad alios pertinebat quam majores magiſtratus Romanos, quorum erat, in omnib⁹ imperij Romani majeſtatem conſervare. Ex quo proprium erat Conſulũ & majorum magiſtratuum Romanorum, legatis exteriſq; gentib⁹ in ſenatũ admiſſis, latine reſponſa dare: & ſi quid proprio ſermone loqui vellent, ijs interpretes dare, per quos, quæ opus erãt, proponebant, & conſulta ſenatus, reſponſaq; accipiebant. Eoq; pertinet quod Suetoni⁹ ſcribit in Nerone; cap. 13. *Neronem Tyridati Armenio precanti tiarâ deductâ diadema impoſuiſſe, verba ſupplicis interpretata prætorio viro multitudini pronunciante.* Et nimis durum & inhumanum fuiſſet, cum Romanum imperiũ floreret, & Aſia, Africaq; Italiæ pedibus ſubiacerent, ac totius terra-

Digitized by Google

rum orbis ſumnum culmen arx Capitolina poſſideret, per totam Aſiam & Africam, ab omnibus magiſtratibus, & judicibus, vſum & conſuetudinem latinæ linguæ exigere, qui in ipſâ vrbe, & ſummis Romanæ Reipublicæ magiſtratibus nõ diu manſit integer, quin Græcæ actiones admiſcerẽtur, licet pro imperij jure, & ad conſervandum honorem latinæ linguæ majores magiſtratus Romani in provincijs quaque dignitatem patrij ſermonis quodantenus obſervaverint, & non niſi beneficij loco, & velut per gratificationem vſum linguæ peregrinæ admiſerint. pulchre Alexander ab Alexan. genial. dierum lib. 3. cap. 11. circa finẽ in qua re alios laxiores, alios reſtrictiores fuiſſe, intelligitur ex eo, quod de Catone retulimus, & quod refert Suetonius in Tiberio; cap. 71. Qui monopoliũ nominaturus, prius veniam poſtularet, quod ſibi verbo peregrino vtendum
6 eſſet. Sed † hoc nihil pertinet ad inferiores & ordinarios per Græciã & Aſiam conſtitutos judices, quos linguâ patriæ ſuæ vſos, & moribus ſubditorum, inter quos ius dicebant, ſe accommodaſſe non dubitatur, conſervato provincialibus ſuo ritu, & conſuetudine. Quo modo in partibus & civitatibus, in quibus permixti ſunt populi diverſarum linguarum, habentes ſub vnâ fide varios ritus & mores, conſtituuntur viri idonei, qui ſecundum diverſitates rituum, & linguarum, divina illis officia celebrent, inſtruendo eos verbo pariter, & exemplo. cap. Quoniam. De officiò judi. ordina. late Ludovicus Gomeſi' in regulis Cancell: De idiomate. Et † ita quilibet ſe debet cõformare moribus ſubditorum, cum quibus viuit; ca. Quiſquis, diſtinctio. 41. Et 7
doctor capacitati eorum, quos docet; ca. Oportet. 8. quæſtio. 1. & prædicator intelligentię eorum, quibus prędicat, c. ſit rector. diſtinctio. 43. Et hac ratione Iuſtinian' Novella. 146. jubet, vt ſcripturæ ſacræ legantur idiomate vulgari, & voce auditoribus magis commodâ & perceptibili. Quia vt apoſtolus ſcribit: 1. ad Corinth. cap. 14. *niſi ſciero vim vocis, ero cui loquor barbarus*. Quibus rectè accommodari poteſt, quod Vlpianus ſcribit: in l. Sed ſi. 11. § Proſcribere. De inſtitoria actione. Dominos qui inſtitores negociationi præficiunt, proſcribere debere palam ante locum in quo negociatio exercetur, de quibus rebus cum inſtitore contrahi velint, idq; literis Græcis, vel latinis, ſecundum loci conſuetudinẽ, nè quis cauſari poſſit ignorãtiam literarum. Et hoc modo lex atque conſtitutio nova proponenda eſt, ſecundum idioma locorum, quibus dirigitur. Et Hebræis permittitur, in Synagogis ſuis, vel Græcâ vel Italâ, vol aliorum populorũ linguâ, ſacras ſcripturas legere, ſecundum Græcam conſtitutionem relatam in paratitulis lib. 3.

SVMMARIA.

1. *L. 1. in fine, ff. De verborum obligationibus emendata.*
2. *Interpres verus quis dicatur; & quomodo probetur contractus, per interpretem celebratus.*
3. *De interpretibus Magiſtratuum Romanorum.*

CAPVT

CAPVT QVINTVM.

1 QVandoquidem Romani ſemigræci fuerunt, & literis græcis aſſueti, negocia ſua non min⁹ græcâ, quam latinâ linguâ expedire ſolent, rectè ab Vlpiano ſcriptum eſt, in l. 1. §. fin. ff. de verborum obligatio. *Obligationem validé conſtitutam, ſi quis latinè interrogaverit, reſpondeatur ei græcè, vel è contrario, dummodo congruenter reſpondeatur.* Sed adycit Vlpianus dubitari, *vtrum hoc vſq; ad græcum ſermonem tātum protrahimus; an verò & ad alium Pœnum forte vel Aſſyrium, vel cuius alterius lingua & ſcriptura Sabini, ſed & verū patitur, vt omnis ſermo cōtineat verborum obligationem; ita tamen vt vterq; alterius linguā intelligat, ſiue per ſe, ſiue per verum interpretem*; ſecundum id, quod Florētiæ legitur. In quo labes & vitium ſubeſſe videtur; nam adverſativam *ſed* conſtructio non admittit; atq; ſententia Vlpiani repudiat; & in reliquis oratio imperfecta eſt, ideoq; alij legunt: *Et extat Sabini ſententia.* &c. atq; pro dictione *patitur* reponunt dictionem *puto*, quod majorem quandam rationem habere videtur. Sed vt minor ſit mutatio, malim pro *patitur* legere *putatur*. Id eſt, cēſetur ſeu exiſtimatur: hoc modo legendo: *Et extat ſcriptura Sabini, & verum putatur, vt omnis ſermo contineat verborum obligationem. ita tamen, vt vterq; alterius linguam intelligat, ſive per ſe, ſive per verum interpretem.* Quod non ſolum ad Græcum latiumq; ſermonē, verum etiam ad Pœnum Gallicanum & cuiuſlibet alterius gentis ſermonem referre convenit, l. Fideicommiſſa 11. de legatis. 3. Vnde † quæritur quomodo conſtabit de vero interprete, quando contrahentes ſe invicem non intelligentes per interpretem contrahunt. 2
Et ſatis eſſe videtur, quod ſenſu aliquo manifeſtari poſſit mens contrahentiū, per nutum fortè, vel inclinationem capitis, ad exemplum ejus, quod Divus Marcus Didio Iuliano reſcripſit, in teſte, qui latinè loqui neſciebat l. Qui teſtament. 20. §. fin. ff. Qui teſtament. facere poſſunt. Sed divi Marci reſcriptum in vltimis voluntatibus obtinere poteſt, nō etiam in ſtipulationibus, quę confici non poſſunt, niſi vtroq; loquēte; d. l. 1. in prin. Verius itaq; videtur, neceſſe eſſe contrahentes loqui inter ſe per verum interpretem; & interpretis declarationem atque affirmationem intervenire, eamq; deinde per notarium & teſtes ſeu acta publica comprobari. Nam licet ad inducendam ſtipulationem ſufficiat interpretis adhibitio & declaratio, l. Theopomp⁹, 14. De dote præleg: tamen ad probandam eam in judicio, motâ inter partes controverſiâ, ſolius interpretis affirmatio nō prodeſt, niſi per notarium, & teſtes, ſive acta publica confirmetur: ſive agatur de interprete à partib⁹ electo & approbato; ſive de eo, qui ad poſtulationem partis à ſenatu datus eſt. Secundū
† morem veterum magiſtratum Romanorum, quibus adeſſe ſolent interpretes, qui Decreta, aliaque acta latinè ędita, græcis, alijſq; litigatoribus barbaris explicarent. & rurſus, deſideria poſtulantium Prætoribus, Præſidib⁹, Pro- 3

conſulibus & alijs magiſtratibus referrent. De quibus interpretibus Cicero ſcribit. Verri.5.&.6.& lib.5.de finibus bonorum. Et huc pertinere videtur, quod Vlpianus ſcribit de vero interprete.d.l.1,in fin.

SVMMARIA.

1. Treuga ſive Induciæ quid ſint.
2. Induciarum tempus, bello magis quam paci annumerandum.
3. Tempora induciarum inter varias nationes variè præfinita, & tam paucorum dierum quã multorum annorum eſſe poſſe.
4. Inducias alias tacitas alias expreſſas, earumque diſcrimen & effectus.
5. Induciarum & Pacis fœdera à quibus rectè ineantur & nu.7.9.
6. L. conuentionum.ff. de pactis.vera lectio & interpretatio & 8.10.
11. Pacem per Legatos ferè expediri, & quis prior eos mittere debeat.
12. Pactorum publicorum tria genera.
13. Pacta cum latronibus, & quibus nulla belligerandi cauſa eſt, quomodo facienda.
14. In victos iracundiam & vltionem ferè exerceri.
15. Victi quomodo mulctandi.
16. Pax Romanorum cum Carthaginenſibus, quibus conditionibus inita.
17. Itemque pax cum Antiocho rege.
18. Varia pœnarum genera in victos exercita.
19. Clementia victorum erga victos.
20. Pares bello quomodo in fœdera coëant, id per exempla oſtenſum.
21. Qui hoſtes nunquam fuerunt, ſociali fœdere inter ſe coëunt.
23. Protectioni ſuperioris ſe ſubycere, ſpecies quoque fœderis eſt, diverſa tamen à ſuperiore.
24. Pacta publica quando bonæ fidei ſint, quando è contrario ſtricti iuris. & 25.
26. Pacem à Principe nunquam concludendam, niſi comprehenſis adhærentibus.
27. L. in bello de capt. & poſt. reverſ. vera lectio & interpretatio.
28. Succeſſores ad fœderum obſervationem tenentur, & quando fœderibus contraventum cenſeatur.

CAPVT SEXTVM.

SCribit Nicolaus Boerius, deciſio.
40.in princip. poſt Petrum An-
chor.Conſ. 88. vitam hominum
regulari, vno ex tribus: Nam vel in pa-
ce, vel in bello, vel in treuga vivimus.
Pacis & pacti derivationem iuculenter
explicat Scipio Gentilis. lib. ſingulari
originum ad verba Pactum, Pax. Treu-
1 ga † eſt ſecuritas præſtita perſonis &
rebus, nondum finitâ diſcordiâ: Albe-
ricus in aureo ſuo diction. Anchora.
d. conſilio 88. & accipitur pro indu-
cijs quæ à Paulo I C. in l. poſtliminiũ
§. induciæ ff.de captiuis & poſtlim.re-
verſis.fieri dicuntur, cum in breve &
præſens tempus convenit, ne inuicem
hoſtes ſe laceſſant. Vnde Varro induci-
as vocat pacem Caſtrenſem paucorum
dierum, ſeu belli ferias. Ita † vt tempus 2
induciarũ magis bello quam paci an-
numeretur. quia bellũ non eſt finitũ,
& manet dubium ac trepidatio animo-
rum,

Digitized by Google

rum, ob quam Anchor. conſ. 88. pro tempore induciarum conductoribus vectigalium ſuccurrendum putat ſicut per tempora belli. Bellum enim manet,ſed pugna ceſſat. Neq; † tamē pau-
3 corum tantum dierum,ſed & horarum & multorum annorum factas inducias legimus. Nam(vt in annalibus Quadrigarij ſcriptum eſt) Lucius Pontius Sānites à Dictatore Romano ſex horarū inducias poſtulavit. Et ſecundæ induciæ factæ inter Romanos & Carthaginenſes per quinquaginta annos permanſerunt. Datæ ſunt præterea Veientibus induciæ à Romanis in annos centum. Noſtra ætate conſtat inter Carolum Quintum Imperatorem, & Franciſcum Galliæ regem in decennium factas fuiſſe inducias. Licet igitur ex ſignificatione vocabuli,induciæ ſint paucorum dierum,dubium tamen non eſt, quin etiam multorum annorum eſſe
4 poſſint: Inducunturq; † Induciæ,non ſolum expreſsâ verum etiam tacitâ cōventione ſive pacto. *Interceſſere*, inquit Livius, *pauci dies velut tacitis inducijs, vtrimq; quiete ſumpta*. Et alibi: *Tacitæ induciæ,quietum annum tenuêre*. Et huc pertinet quod Iuſtinus ſcribit,lib. 6. *paucis deinde diebus neutris hoſtile quicquam facientibus tacito conſenſu induciæ eſſent*. Ex quibus intelligitur,inducias ſive tacito, ſive expreſſo pacto fiant, hoc inducere, vt hoſtes alteri cū alteris impunè colloqui poſſint, & rerum omnium liber ſit conventus, huc illucq; ire & redire liceat. Thucidides lib. 3. belli Peloponenſis. Sed meminiſſe oportet, tacitas inducias minore periculo violatæ fidei abrumpi poſſe, quàm illas de quibus aperte & publice conuenit: Quia induciæ quę tacite inducuntur, nullam obligationem continuationis aut obſervantiæ habent,nec procedunt ad vlteriora ſpatia,quàm quę ſpontaneâ voluntate partium quieti tribuuntur. Et quod in inducijs ex pacto inductis,promiſſum eſt,id non minus ratum & firmum habetur,quàm ſi pax eſſet inita, alioqui ad arma reditur, & majores motus belli ſequuntur, vt multis exēplis palam eſt. Ritius lib. 2. de Regibus Neopoli. Hector Boetius lib. 9. hiſto. Scotorum. & Claud. Cotere' de jure & privilegijs militum. lib. 9. cap. 21. cum multis alijs, citatis per Iulium Ferretū de re & diſciplinâ militari,in eo capite, quo tractat de fide ſervādâ. paginâ 417. Leguntur etiam Frederici conſtitutiones apud Nauclerū generat. 40. de treugâ in conventu Norimbergenſi anno 1187. Et vt induciæ ita & pax ex pactionibus & conventionibus perficitur. Et varias pacis ineundæ rationes, rituſque majores nobis reliquerunt,Xenophon lib. 2. de expedit. Cyri. & iterum lib. 4. Cornelius Tacitus, lib. 12. Saluſtius,
in Ingurta. Saxo. lib. 1. hiſt. Danor. Et † 5
ſive pacis ſive induciarum fœdus ineatur,dicitur publica conuentio, hoc eſt, ex publicâ cauſa inita: & non niſi per ſuperiorem fieri poteſt,non etiam per duces,qui non niſi ducendi regendiq; exercitus poteſtatem habent. niſi agatur de temporali ceſſatione armorum, ſuadente aliquâ juſtâ cauſâ; veluti gratiâ ſepeliendorum cadaverum, ne aër inficiatur, aut ex aliquâ ſimili cauſâ. Alioqui ſicut ſummi principis eſt arma in hoſtem movere, bellum gerere,

exercitumq; cogere & delectum habe-
re.lib.1.cod.de armorum vſu, Aufre-
rius in ſtilo Parlamenti tit.quorum co-
gnitio pertinet ad regem. Aſſlictus in
conſtit.Neapol.Rub.1.lib.1. Sic quo-
que fœdera vel inducias prolixiores,
aut ad alias cauſas cum hoſte paciſci,
ſummi principis eſt, cum ſcz. pactio-
nibus certas leges pacis conſtituunt
vt à bello recedatur.l.in bello.l.ſi capti-
6 vus ff. de cap.& poſtlim. reverſ. Et †
proinde ſtare non poteſt, quod legitur
in communib⁹ libris apud Vlpianum
l.conventionum ff.de pactis. *Publica cõ-*
ventio eſt, quæ fit per Principem, aut quo-
ties inter ſe duces belli paciſcuntur. Nam
publica conventio non æſtimatur ex
perſonis, ſed ex ipſa conveniendi ma-
teria, id eſt, publica ſecuritate. & Prin-
ceps ſi emat aliquid, aut de re privata
contrahat vel paciſcatur, non cõtinuo
cenſebitur publica conventio (vt ſupe-
riora verba indicare videntur) ſed pri-
vata, in genere ſcz. commutativæ juſti-
7 tiæ. Et † præterea, duces belli qui au-
ſpicijs Principis vel Reipub. militant,
niſi ſpeciale mandatum ſuperioris ha-
beant, fœdera inire non poſſunt, quæ
vitioſa non habeantur. Et ita fœdus ab
Hoſtilio Mancino cum Numaminis
percuſſum, Senatus ratum non habuit.
ſicut nec Camill⁹ Dictator, pactionem
eam, quæ inter Sulpitium Tribunum
militum, & Brennum Gallorum regu-
lum erat inita. Vnde Saluſtius de pace
inter Aulum exercitus Romani ducẽ,
& Iugurtam Numidarum regem facta.
Senatus (inquit) ita vt par fuerat, decrevit,
ſuo atq; populi iniuſſu nullum potuiſſe fœdus
fieri. Id quod confirmat etiam Spurij

Poſthumij Conſulis Romani exem-
plum apud Livium. Idem confirmant
rationes Petri Roiſij Lituan. deciſ. 4.
nu.363.& ſequ. atq; exempla quã plu-
rima, ſecuritatum & promiſſionũ ob-
tentarum ab inferioribus, relata & ex-
plicata à Ioanne Bodino lib. 1. de Re-
publ. Quib⁹ enim belli cura mandata
eſt, hi quod ad pacem ſpectat, non deli-
berabunt, vel ſi quid tale deliberent,
aut pœnæ mox ſubycietur, vt de Poſt-
humio, Clodio, & Hoſtilio ſcribunt.
Livius lib.10.& Valerius Maxim⁹ lib.
6.cap. 3. vel ſaltem irritum erit, quod
ab illis factum eſt, niſi ratum habeatur
ab eo qui bellum mandavit. Quod ali-
ter obſervatur in his, quę ad belli admi-
niſtrationem pertinent. Hæc enim in-
ferioribus ducib⁹, imo etiam præſidio-
rum præfectis, tenore perpetuæ cõſue-
tudinis permittuntur, vt diſertè & per-
multa explicat Albericus Gentilis, de
jure belli. cõment. 2. quem mihi nu-
per legendum, exhibuit clariſſ. domi-
nus Sebaſtianus Loſeus collega amici-
ſſimus. Secundum † quæ in Vlpiani 8
reſponſo. in d. l. conventionum. Flo-
rentina lectio amplectenda eſt, quæ ita
habet. *Publica conventio eſt, quæ fit per pa-*
cem, quoties duces belli inter ſe quædam pa-
ciſcuntur. Vt videlicet publicæ conven-
tiones accipiantur, non tam ex quali-
tate perſonarum, quam ex genere &
natura negotiorum de quibus agitur.
Et † proinde ſi dux exercitus, guberna- 9
tor & Capitaneus generalis alicujus
Provinciæ, paciſcatur de brevib⁹ indu-
cijs, de captius reddendis, de transfugis
recipiendis vol remittendis, de comea-
tu, de obſidione ſolvenda, & ſimilib⁹,
publica

Digitized by Google

publica erit conventio, nec à Principe, nec à republicâ (cujus auſpicijs bellum geritur) infirmabitur, etiamſi de vrbium deditione pactum interponatur, præſertim ſi res celeritatem deſideret & periculoſa ſit dilatio, donec ſuperioris conſenſus obtineatur. Ceterum †
10 quamuis id quod de publicâ conventione apud Vlpianum in d. l. conuentionum. vulgo legitur, vitioſum ſit, & ex Pandectis Florentinis reſtituendū. Ferendi tamen non ſunt, Iacobus Revard. de ambiguit. juris lib. 4. cap. 1. qui ex ſolâ conjecturâ ſtellularū (quib⁹ Florentiæ dictio *privata* includitur) contendunt, apud Vlpianum dictionē *privata* bis poſitam, cum ſemel tantum ſcribi debuerit. Et verba hæc: *aut juris gentium.* à Triboniano, vel interprete aliquo ineptè aſſcripta eſſe. Quoniam authoritas omnium Codicum refragatur: nec poteſt commentum hoc procedere, abſque correctione ejus, quod Hermogenianus reſpondit, in l. ex hoc jure ff de juſtit. & jure, & Iuſtinianus conſtituit. in §. ex hoc jure, inſtit. eod. Et ſententia Vlpiani aliam interpretationem poſtulat, quę ſcilicet abſque antynomia, & nullo (vt inquit Iuſtinian⁹ in epiſtol. Tribonianâ.) adverſario conſtituto, conſentanea ſit Hermogeniani reſponſo, & Iuſtiniani conſtitutioni, in jurib⁹ ſupra citatis. atq; etiam ei quod ipſe Vlpianus alio loco reſpōdit. in l. 1. §. hujus ſtudij ff. de juſtit. & jure. & Iuſtinianus refert: in §. hujus ſtudij. inſt. de juſt: & jure. hujus ſtudij duas eſſe poſitiones, id eſt theſes ſeu ſubjecta: publicum & privatum: Publicum, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat: Privatum quod ad ſingulorū vtilitatem. Quod Vlpianus reſpexit, in d. l. conventionum. dum conventionum tres ſpecies conſtituit, publicam & privatam, quæ duplicem originem habet, ex lege ſcilicet, & jure gentium. Obſervandumq; eſt, Vlpianum nō repetere conventiones, id eſt, theſes generales, & principalia ſubjecta juris, ſed ſpecies conventionum: in quibus privata conuentio duplicem inſpectionē & conſiderationem habet: quia non vt conventio publica, ex ſolo jure gentiū, verum etiam ex lege civili plerumque introducitur, l. ex hoc jure ff. de juſtit. & jure, & d. l. conventionum. adeo vt cum duplicem cauſam habeat, in duas ſpecies rectè ab Vlpiano diſtributa ſit. l. cum duæ ſpecies. ff. de cap. & poſtliminio rever. Et ita vna eſt concordia & conſonantia dictorum jurium. Neque hic nos movere debet præjudiciū ſtellularum in Pandectis Florentinis repertarum. Etenim ſtellularū incluſione non ſemper denotantur, ea quæ vitioſa aut ſuperflua ſunt, verum etiam quæ obſcuritatem vel dubitationē aliquam habere videntur. Et ita cum concordiâ & rectâ conſequentiâ, locū quī offendebat, defendendum & explicandum arbitror. In quo ſi quis pertinacius contendit aliud, cum eo non pugnaverim, contentus adhibuiſſe remediū, quod potui. Pacis † autem et induciarum tractationem conſultum & magis vſitatum eſt, per legatos ſeu feciales aggredi, deſignato colloquij loco & tempore. & perumque is qui colloquium expetit, mittit ad alterum, quia non facilè is qui ad colloquium invitatus eſt, 11

invitantem ſequitur. Ob quod Arioviſtus legationi Cæſaris recte reſpõdit: Si quid ipſi à Cæſare opus eſſet, ſe ad eum venturum fuiſſe, ſi quid ille à ſe velit, illum ad ſe venire oportere. Extatq; ejuſdem rei exemplum apud Livium: *Poſtquam inquit, in conſpectum ſteterunt, pauliſper internunciando cunctatio fuit, vtri tranſgrederentur, aliquid illi Regiæ Maieſtati aliquid hi populi Romani nomini (cùm præſertim Perſeus petiiſſet colloquium) exiſtimabant deberi, loco etiam Martius cunctantes movit: Minor inquit, ad maiorem & filius ad patrem tranſeat.* Et hæc eadem contentio, vter ad alterum habendi colloquij gratia tranſire deberet, apud Ammianum Marcellinum lib. 27. tantam movit cõtroverſiam & difficultatem, vt navib' remigio directis in medium flumen, pacem
12 fœderari neceſſe fuerit. Genera autem pactionum publicarum ſeu fœderum tria referuntur à Livio, lib. 4. Decad. 4. vnum cum in bello victis dãtur leges: aut quando cum improbis latronibus ſeu ijs quibus non eſt juſta cauſa belli-
13 gerandi, agitur. Nam † hi vt Cicero ait, epiſt. lib. 10. epiſt. 6. aut poſitis armis pacem petere debent: aut ſi pugnantes eam poſtulant, victoriâ pax non pactione paranda eſt. Et hac ratione Heliodorus lib. 1. rerum Æthiopic. diſerte ſcribit, bellum pactis nunquã finitum cum prædonibus eſſe, ſed aut ſuperſtites victores, aut victos mori oportuiſſe. Quod verum eſt, niſi juſti exercitus auctu & vrbium interceptu atque publicæ cauſæ acceſſione latrocinium in bellum transferatur, & ex prędone dux conſtituatur, vt de Ariſtonico Iuſtinus, de Viriato Frontin' ſcribunt. quia cum jus in armis eſt (vt ille
ait) omnia ſunt fortium virorum. In † 14
victos & ſuperatos plerumq; exercetur iracundia & vltio. Nam præterquã quod victoria naturâ ſuâ ſit inſolens atque ſuperba, multa victori, eorũ arbitrio per quos uicit, etiam inuito facienda ſunt; & rebus ſecundis etiã egregij duces inſoleſcunt: quod mœnia & vrbes dirutæ teſtantur. Ioſephus lib. 4. de bello Iudaïco, & Ioẽs Gallus, quæſt. 204. Carthaginem everterunt Romani. Hyeroſolima ejuſque templum in ignominiam gentis oppreſſæ, aratrum ſuſtinuit. & notæ ſunt vrbes, quas ipſi Iudæi exciderunt, quibuſq; ſalem more eorum ſolemni ſuperſeminarunt, in ſimbolum futuræ ſterilitatis, & inopię rerum omnium. de quo plura videri poſſunt, apud Scipionem Gentilẽ lib.
ſingulari. in verbo vrbs. Illud † nõ eſt 15
injuſtum, victum obſtringi victori ad refuſionem ſumptuum, damnorum & intereſſe, & inſuper mulctari pro modo culpæ & periculi futuri, diminutione virium, quatenus ad ſtabiliendam victoriam & juſtam confirmationẽ pacis eſt neceſſarium, vt late explicat Albericus Gentilis. in 3. cõmenta. de jure
belli. Et † ita Carthaginenſes à Lu- 16
ctatio Catulo victi fractiq; coacti ſunt 24. anno poſtquam primum bellũ Punicum cœptum erat, pacis conditiones accipere, factiq; ſunt Pœni Pop. Romano vectigales. Leges autem pacis (teſte Polibio) tales latæ ſunt. Pœni Cicilia & omnibus inſulis, quæ inter Italiam & Africam ſunt, excederent, duo milia & ducẽta talenta Euboïca in annos viginti

Digitized by Google

vigìnti pēderent,in præſenti mille cap-
tivos Romanos ſine pretio redderent.
Vt vtriuſque populi ſocij apud vtrum-
que populum tuti eſſent : alterius ſoci-
os,neuter in amicitiam reciperet: neu-
ter in alieno imperio imperaret , nec
milites conduceret. Pœnis devictis à
Scipione cui lege curiatâ pacis condi-
tiones,& ex decem legatorum ſenten-
tiâ,paciſcendi cum Pœnis jus permi-
ſſum erat , pax his legibus conſtituta
fuit : vt Pœni liberi viverent ſuis legi-
bus,quas vrbes,quoſue agros,quibuſue
finibus ante hoc bellum tenuiſſent, te-
nerent : perfugas, fugitivos, captivos
omnes,& roſtratas naves,prçter decem
triremes traderent, elephantoſq; quos
haberent domitos : neq; domarent ali-
os : bellum neque in Africâ,neq; extra
Africam,iniuſſu populi Romani gere-
rent. Maſſiniſſæ res redderent, fœduſ-
que cum eo ferirent: decem milia ta-
lentum argenti deſcripta penſionibus
æquis in annos quinquaginta ſoluerēt:
obſides centum arbitratu Scipionis
17 darent.Livius Appianus & alij.Pacis †
leges Antiocho ita datæ fuerunt. Vt
Europa abſtineret, Aſiáq; omni quæ
cis Taurū montem eſt, decederet: pro
impenſis in bellum factis quindecim
milia talentorum Euboicorum daret:
mille talentum per duodecim annos
18 penderet. Superioribus non ſunt abſi-
miles cōditiones pacis, quas noſtro ſę-
culo Carolus Quintus imperator con-
ceſſit Guilhelmo duci Cliviç, Ioanni
Frederico Electori Saxoniæ & Philip-
po Lantgravio Heſſiæ.Duci Wirtēber-
genſi,atq; alijs Germanorum capitib⁹
19 præcipuis.Plerumq; † etiam victi con-
tumeliâ afficiuntur. Athenienſes cap-
tivorum vultus notis fœdarunt, &ma-
nus debilitarunt.Ringio Sueviæ Rex,
vt devictis Danis aliquid dedecoris ir-
rogaret,mulierem ſive virginem Setā
illis præfecit, authore Ioanne Magno
Goticæ hiſtoriæ lib.8.cap.11. Impera-
tor Carolus Quintus Gandavo ad obe-
dientiam reducto , præcipuos aliquot
cives laqueum collo geſtantes ſibi ob-
viam procedere coëgit. Feris etiā cap-
tivorum hoſtium,multitudinem mag-
nam Conſtantinus objecit. Veſpaſia-
nus Græcos libertate exuit, quos dice-
bat neſcire in libertate vivere. Cyrus
Crœſum igni deſtinavit. Meſſenij
in tetro carcere necant Philopæmonē.
Eumenes miſerrimo mortis generi
addictus,inediâ confectus eſt. Sanius
Rex ſuſpenſus à Perſa.Ariorathes Cap-
padacū Rex in crucem ſublatus à Per-
diccâ. Agag decerptus in fruſtra à Sa-
muele. Huc accedūt exempla Siphacis,
Perſei,Iugurthæ,Arthabaſdis, Mithri-
datis,Ptolomei, & aliorum regum de-
victorum à Romanis,qui conſuetudi-
nem habuerunt duces hoſtium necan-
di.Quam ſuſtuliſſe Pompeium & Cō-
ſtantinū renovaſſe eſt traditum. Ecō-
trario † quorundam victorum ea fuit 20
moderatio & clementia,vt devictis nō
ſolum vitam & incolumitatem,verum
etiam libertatem,agros,poſſeſſiones,&
imperij poteſtatem relinquerent. To-
tilas Gotorum rex victorijs modeſti-
ſſime vſus eſt , nemini captivorū mo-
leſtus, compluribus etiam gratuito di-
miſſis.Ataulphus Honorio Imperato-
ri libertatem & pacem conceſſit Ro-
mamq; & totam Italiam reſtituit. No-

Digitized by Google

ta eſt Belliſarij in Neapolitanos clemē-
tia. *Præda veſtra*, (inquit, ad milites) *eſt:*
ferrum & omnem vim à civibus abſtinete:
ſit muliebris pudicitia, procul ab omni labe:
filiæ & vxores, vt civibus reſtituantur edi-
co: pecuniam miles & ſi quid tranſlatu fa-
cilè, habeto: tali enim modeſtiâ egregiam
laudem & proſperum vbiq; militiæ curſum
experiemur. Quib⁹ addi poſſunt alia ex-
empla quam plurima, quæ copioſè ex-
plicat AlbericusGentilis. in 2. commē-
ta. de jure belli. Et certe bellorū egre-
gij fines ſunt, vt Tacitus ſcribit, Annal.
lib. 12. quoties ignoſcendo tranſigitur.
Veriſſimum enim eſt, ibi pacem eſſe
fidam, vbi voluntarij pacati ſunt. De
quo plura videri poſſunt apud Iuſtum
Lipſium, Politic. lib. 5. ca. 19. & ſequē-
21 tibus. Alterum † genus fœderum &
pactorum publicorum, cum pares bel-
lo, & dum ſibi vterque confidit æquo
fœdere in pacem amicitiamq; veniūt.
Tunc enim repeti reddiq; per conuen-
tionem res ſolent. Quomodo Octavia-
nus Cæſar, Antonius & Pompeius cō-
venere: vt bellum cœptum diſſoluere-
tur: negotiatores libere omni loco cō-
meare poſſent: Pompeius, quas cuſto-
dias in Italia haberet, educeret: Sardi-
niæ, Siciliæ, Corſiceq; imperaret. Cæ-
ſar & Antonius reliqua poſſiderent. Et
huiuſmodi conventio vel fœdere, vel
ſponſione fieri ſolet. Quod ſi fœdere,
ſine vllis obſidibus tota res gerebatur:
Si ſponſione tunc obſides dabantur,
qui eſſent tanquam eorum, quæ pactis
publicis continebantur, fideiuſſores.
Livius lib. 9. Cuiuſmodi fœderū mul-
ta exempla occurunt. Nam præter alia
antiquiora, honeſtum fœdus Roma-
norum cum Latinis, columnâ æneâ in-
ciſum, in monumenta refert Livius:
Decad. 1. lib. 2. Qui eodem loco etiam
agit de pace à Romanis factâ cum Re-
ge Porſeuna, datis obſidibus, ex quib⁹
Clelia reverſa ſummâ fide fuit reddita.
Et vt antiquiſſima & externa omitta-
mus, extant Gallica fœdera inita cum
Anglis, anno. 1200. 1269. 1293. 1325.
1330. Celeberrimum quoque fœdus
ictum fuit à Philippo 4. cum Alberto
Imperatore, Cæſareis tabulis obſigna-
tum, cujus formulam refert Renatus
Choppinus. de domaino lib. 3. tit. 26.
Nec minus celebrè fœdus Henrici Sep-
timi Imperatoris, cum eodem Philip-
po Galliarum Rege initum nono Ca-
lēdar. Quintileis anno 1310. His prox-
ima ſunt fœdera Confluentia, anno
1465. Madriciana, Cameracenſia, &
alia, quę noſtro tempore inter domum
Burgundicam & Gallorum reges cele-
brata fuerunt. Solemnem morem Re-
gum Armeniæ Iberieq; in ſanciendis
fœderib⁹ retulit Tacitus. lib. 2. Annal:
Lacedemoniorum Thucidides. lib. 4.
belli Peloponenſis. Et Tartarorum
Chromerus. lib. 4. Chronicorum Po-
loniæ. Plures ſpecies fœderum inter
Longobardos, Italos, Gallos, atque ali-
as gentes initorum, retulit Carol⁹ Sigo-
nius in elegantiſſimis libris de regno
Italiæ. De fœdere inter Romanos &
Perſas, extat conſtitutio Honorij &
Theodoſij. In lege mercatores. C. de
commercijs & merca. Tertium † fœ- 22
derum genus eſt, cum qui hoſtes nun-
quam fuerunt ad amicitiam ſociali fœ-
dere inter ſe jungendam coëunt: vt vi-
dere eſt in cōfœderationib⁹ regni An-

Digitized by Google

gliæ, cum ditionibus Belgicis. In conventionibus & intercurſibus (vt vocāt) commericorum, quos habemus cum vicinis ditionibus & civitatibus. Et quos inter reges Galliç, Luſitanos Orientales, atque alios intercesſiſſe refert Bodinus. lib. 1. de Republ. cap. 7. & 8.
23 Idem † fere ſi ditio vel civitas aliqua protectioni alicujus principis ſe ſubyciat, aut regno vel principatui certis legibus accedat. l. nō dubito. ff. de capt. et poſtl. reverſ. D D. in l. ſi convenerit. §. ſi nuda. ff. de pignorat. acti. Ripa. cōſ. 55. Soſin⁹ nepos. conſ. 61. parte 1. Bodin⁹. lib. 1. de Republ. cap. 7. & 8. Niſi quod in priore ſpecie æquū fœd⁹ ſit, in poſteriore alter alterius majeſtatem comiter obſervare teneatur: per quod de libertate nihil, de æqualitate verò multū diminuitur. vt Bodinus Sigonius & Alberic⁹ Gentilis explicant. Et hç pactiones omnes publicæ ſunt: quotieſcunq; enim Princeps de hujuſmodi negocijs ad Rempublicam pertinentibus paciſcitur, publica conventio atq; fœdus eſt.
24 Illud † prætermittendū non eſt, quod ſive agatur de pace, ſive de inducijs, ſive de alio fœdere publico, pacta ipſa cum principibus aut rebus publicis inita, bonæ fidei eſſe. Recteque ſcribit Cicero: Paci quæ nihil habitura ſit inſidiarum ſemper eſſe conſulendum. Ideoq; ab ijs dolum & fraudem abeſſe debere, & vim legis habere, atq; ex ijs obſtringi omnes qui poteſtati paciſcentis ſubyciuntur. Decius conſil. 4 & conſil. 87. & Alberi. Gentilis cōment. 3. de jure belli. Barthol⁹ in l. Cæſar de publicanis. Ita vt merito reprehenſus ſit, qui cùm pactæ eſſent triginta dierum induciæ, noctu depopulabatur hoſtium agros, hoc colore, quod dierum non noctium induciæ factæ fuiſſent. Quod multis exemplis confirmat Ioannes Bodinus. lib. 1. de Republica ca. 8. Subtiliores enim diſputationes ab hujuſmodi publicis pactis reyciuntur. Quod æquidem verum exiſtimo, quo ad ſimplicitatem ſinceritatēque obſervationis, in ijs de quibus verè contractum eſt. Nam in alijs de quib⁹ publicè & apertè actum nō invenitur, pacta hujuſmodi ſtrictam & regidam interpretationem habent, ſive agatur de ſocijs & fœderatis, ſive de libertate, agris, locis, ædificijs, armis, exercitibus, claſſibus, arcibus, prçſidijs & ſimilibus, vt Franciſcus Aretinus reſpondit, conſil. 9. Cui Baldus cōſentit. conſil. 195. incipiente laudare vos. num. 8. par. 2. Et probat Cicero, Philipp. 3. his verbis: *In qua pactio pacis, lex ſit ſervitutis.* Quæ Lampadius vſurpavit in ſenatu pace cum Alarico initâ, vt author eſt Soſinus in l. in bello in princip. ff. de cap. & poſtl. reverſis. Et hoc eſt quod Barthol. dixit, pactum de perſonis non violandis initum, nō contaminari, ſi res abducantur. Et rurſus. Si inter regem Franciæ & Angliæ conuentum ſit, militem alterius repertum poſt Paſcha in alterius territorio aut regno occidi poſſe, teneri ex pacto, & impune occidi, eum, qui reperitur poſt Paſcha in alterius ditione: etiamſi per tempeſtatem maris, aut alium caſum fortuitum detent⁹ fuit: licet caſus ad commiſerationem & gratiam conſequendam, vt ego arbitror, prodeſſe poſſit. Neq; † hic admitto contrariam 25

ſententiam Alberici Gentilis.cõment.
2.de jure belli. exiſtimantis, vt in alijs
cõventionibus bonæ fidei,ita etiam in
his pactis publicis,non ea tantum cõ-
prehendi,quæ verbis expreſſa ſunt, ſed
& alia, quæ æquitas & circumſtan-
tiarũ ratio expoſtulat. Nam quamuis
hęc pacta non ſint omnino ſtricti juris
(vt Bartholus ſentire videtur) quia ta-
men publica ſunt,non admittunt extẽ-
ſionẽ vltra expreſſam verbi ſignifica-
tionem,nec quicquam aliud ijs conti-
netur,quam apertè & publicè eſt con-
ventum. Vnde ſcribit Andreas de Iſer-
nia. ad conſtitutio. Neapolitanam, in-
ſtrumẽtorum robur.nu. 10. Quicquid
in conventionibus principum non ex-
primitur,id haberi pro omiſſo. quoni-
am hujuſmodi pacta ſunt bonæ fidei,
reſpectu ſinceritatis in obſervando,nõ
etiam quoad extenſionem vltra pro-
priam verborum ſignificationẽ. Que-
madmodum dicitur in rei vendicatio-
ne,quæ licet verè ſit ſtricti juris,& ſtri-
ctam interpretationem habeat,ſapit ta-
men naturam bonæ fidei, quoad exe-
cutionem & obſervationem.l.Iulian'.
De judicijs. gloſſa in l.vinum.ff. ſi cer-
tum petatur.Salicet.in l.1.col.2. C. de
26 judicijs. Et † hac ratione, Principes ra-
tione officij non debẽt pacem conclu-
dere cũ hoſtibus, niſi prius adhærẽtes
fecerint tutos & ſecuros. c. ad apoſtol.
in fine. De judicijs lib.6. Ang.conſil.
295. Et hoc nomine Canoniſtæ laudãt
ſedem apoſtol. quod numquam con-
ditiones pacis accipiat, niſi comprehẽ-
ſis adhærentibus, qui alioqui non in-
cluduntur,niſi illis excluſis pacis con-
ventio prorſus reddatur inutilis. Eoq;
† pertinet quod Triphonius ſcribit,lib. 27
4. diſputatio.& l. in bello. De capti. &
poſtlim. reverſis. *In bello poſtliminium
eſt,in pace autem,his qui bello capti erant,
de quibus nihil in pactis erat comprehen-
ſum,non eſt*. Vt in vetuſto manuſcripto
codice rectè legitur additâ negatione,
quæ in omnibus alijs libris perperam
omiſſa eſt,commutatâ dictione *autem*,
in etiam. Nam hæc eſt Triphonij ſen-
tentia,in bello eſſe poſtliminiũ,in pace
non, & his qui in bello capti fuerant
poſtliminium pace factâ denegari, ſi
modo non convenerit in pace vt cap-
tivi redderentur. Quod ſignificanter
probat ſubjecta ratio Triphonij, in d.
l. in bello. *Quod ideo placuiſſe Seruius
ſcribit,quia ſpem revertendi de civibus, in
virtute bellicâ magis quam in pace Romani
eſſe voluerunt*. Et confirmatur ex cõver-
ſione caſus,qui ſubjicitur per adverſa-
tivam orationem,de his qui in pace cũ
bellum ſubito exarſiſſet, apud hoſtes
deprehenduntur: Nam his poſtlimini-
um eſt tam in pace quam in bello, niſi
fœdere cautum ſit,ne eſſet his ius poſt-
liminij. d. l. in bello. ſecundum quæ
Triphonius clarus eſt & manifeſtus,
nec vllâ duritie vel imperfectione cõ-
poſitionis,aut vitio reticentiæ laborat,
nec indiget ſuppletione aut ſubaudi-
tione,quam facit Iacob' Cujacius. ob-
ſervatio. lib. 24. cap. 31. In quo Græci
vitioſis exemplaribus vſi inconſideratè
halucinati ſunt, & Triphonij reſponſo
(neglectâ diverſorum caſuum differẽ-
tiâ) contrariam ſententiã aſcripſerunt.
Id quod in alijs multis ipſis accidiſſe te-
ſtatur Ioannes Leunclavius. notator.
lib.2. An † autem ſucceſſores ad fœde- 28
rum

Digitized by Google

rum obſervationem teneantur, & quãdo fœderibus contraventum cẽſeatur, cum alijs quibuſdam, elegãter diſcutit Albericus Gentilis, loco citato. Quæ ampliari & illuſtrari poſſunt ex Baldo, conſil. 190. parte 2. & ijs quæ referuntur de ſucceſſionibus Principum, ducum ſive Marchionum, deciſi. 139. Senatus Pedemonta. Plura de diſciplinâ & re militari videri poſſunt apud Claudium Cotereum de jure & privilegio militum. & Iulium Ferretum, De diſciplina & re militari. Quando & quibus caſib' Princeps in fœderib' celebrandis, pro bono pacis poſſit hoſtib' ſeu Rebellibus bona confiſcata & alienata reſtituere, aut bona privatorum alijs attribuere, tractat Capitius. Deciſ. 69. in princ.

SVMMARIA.

1. *Capti in bello maximam capitis diminutionem patiuntur.*
2. *Poſtliminio res amiſſa recuperantur.*
3. *Captus in bello ſi apud hoſtes moritur, iam tunc deceßiße intelligitur, ex quo captus eſt.*
4. *Captivorum iura in incerto & pendenti ſunt.*
5. *L. in bello, §. ſi quis capiatur, De captivis & poſtliminio reverſis, emendata & ſingulariter explicata. rejecta Accurſij ſententiâ.*
6. *Liberi quos is qui apud hoſtes eſt, in poteſtate habuit, hareditatem adire aut acquirere non poßunt. & nu. 8.*
7. *Hareditatis aditio diem non recipit.*
9. *Patria poteſtatis in liberos & ſervos diſcrimen.*
. *Captivitatis iura inter Chriſtianos aliter ſervari.*
11. *Pretia captivorum quomodo moderanda.*
12. *De captivis & bello ablatis quadam remißivè.*

CAPVT SEXTVM.

1 CApti † in bello maximam capitis diminutionẽ patiuntur, atq; libertatem civitatem & familiã perdunt, & ſervi hoſtium efficiuntur, teſtamenti factionẽ amittunt. l. in bello, §. codicilli. ff. De captivis & poſt. re. hæreditas eorum adiri poteſt. l. 3. in fine. De verborũ ſignificat. patria poteſtas in pendẽti eſt. d. l. in bello. §. ſi quis capiatur. vſucapio ab illis inchoata interrumpitur. in d. l. in bello, §. factæ, & l. ſi is qui pro emptore. De vſucapionib', juribus captivitatũ ſubjciuntur, l. ſi quis ingenuã, §. in civilib'. De captivis: atq; eorũ ſervi efficiũtur à quib' capiuntur. Ita † tamẽ vt ſpẽ poſtliminij 2
habeant, quo res amiſſæ recuperantur, & omnia quæ priſtini Iuris ſunt, reſtituũtur. l. poſtliminiũ. De captivis. quoniam naturali æquitate introductũ eſt, vt qui per iniuriam ab extraneis detinebatur, is vbi in fines ſuos rediſſet, priſtinum jus ſuum reciperet. Quod † 3
ſi is qui capitur, non revertatur, ſed in captivitate moriatur, jam tunc deceſſiſſe intelligitur, ex quo captus eſt. l. p…

Digitized by Google

ter. De captivis. Et legitima ejus hære-
ditas per legem Corneliam defertur ijs
qui ſucceſſiſſent, ſi eo ipſo tēpore quo
captus eſt deceſſiſſet. d. l. ſi & is qui pro
empto. & d. l. in bello. §. facti autē. Vn-
4 de † recte quæritur, quid medio tem-
pore, id eſt, antequam captus ab hoſti-
bus revertatur, aut apud hoſtes moria-
tur, obſervari debeat, circa ſtatū & con-
ditionem eorum, quos captivus in po-
teſtate habuit. In quo Triphoninꝰ pul-
chrè diſtinguit ac definit, d. l. in bello.
§. ſi quis capiatur. ita inquiens, *Si quis
capiatur ab hoſtibus, ij quos in poteſtate ha-
buit, in incerto ſunt, vtrum ſui juris facti,
an adhuc pro filijsfamilias computentur: nā
defuncto illo apud hoſtes ex quo captus eſt,
paters familias, Reverſo nunquam non in
poteſtate eius fuiſſe credentur.* Quibꝰ aper-
tè ſignificatur, patriam poteſtatem du-
rante captivitate pendere & in incerto
eſſe: l. Prætor ff. Familiæ herciſcundæ.
l. ſi necem, §. ſi deportatus, De bonis
libertor. §. ſi ab hoſtibꝰ. Inſtitu. Quibꝰ
modis patr. poteſt. ſoluit. Nam ſi capꝰ
ab hoſtibus revertatur, recipit ſtatim
vniverſa jura, quæ habebat ante capti-
vitatem, & conſequenter etiam liberos
in poteſtate habebit: quia poſtliminiū
fingit eum qui captus eſt in civitate
ſemper fuiſſe: ſi verò ibi deceſſerit, ex-
inde ex quo captus fuit, filius ſui juris
fuiſſe videtur, propter legem Corneli-
am. d. §. ſi ab hoſtibus. Eaq; † eſt ſen-
5 tētia Triphonij, in d. §. ſi quis capiatur,
qui arreptâ occaſione, ex ſuſpenſivo il-
lo jure & incerto ſtatu liberorum, vlte-
rius inquirit de ijs quę medio tempore
acquiruntur per liberos, dum conditio
eorum pendet, cui videlicet acquirant,
ſibi, vel patri, vel hæredi ejus, vt ſervus
hæredi domini, his verbis: *Ideo & de ijs
quæ medio tempore acquirunt, ſtipulatione,
traditione, Legato (nā hæreditate an poſſint
tractatum eſt,) vbi non eſt reverſus. &c.* ſe-
cundum communium librorū ſcrip-
turam; quæ vitioſa eſt; non ſolum ob
parentheſis erroneam interpoſitionē,
verum etiam propter verba: *an poſſint.*
quæ ſenſu carent, & orationis ſtructurā
conturbant. Vnde Florentiæ legitur:
nam hæreditate non poſſunt. nullâ paren-
theſi additâ. Quam lectionē Accurſi-
us falſam literam vocat, cui adſtipulari
non poſſum, exiſtimans ita à Tripho-
nio ſcriptum fuiſſe, ſententiâ eleganti
& manifeſtâ, vt mox dicetur. Ample-
ctenda eſt igitur Florentina ſcriptura,
circumſcriptis parentheſi verbis illis:
nam hæreditate non poſſunt. Triphonium
hoc modo legendo: *ideo & de ijs quæ
medio tempore acquirunt, ſtipulatione, tra-
ditione, legato, (nam hæreditate non poſſunt)
tractatum eſt, vbi non eſt reverſus, ſi forte
alij, vel in totum his exhæredatis teſtamen-
to, vel in partē inſtituti ſunt hæredes, vtrū in
hæreditate captivi, quæ lege Cornelia indu-
citur, an propria ipſorum ſint? Quod veri-
us eſt. Diverſumq; in ijs, quæ per ſervos ac-
quiruntur, & merito, quia hi bonorum fue-
runt, & eſſe perſeverant: illi ſui juris exin-
de, ſibiq; ideo acquiſiſſe intelligūtur.* In qui-
bus dictiones illæ, *tractatum eſt*, referū-
tur ad principium periodi, perinde ac ſi
dictum eſſet, *ideo & de ijs tractatum eſt,
quæ medio tempore.* &c. Quæ legitimum
ſermonem conſtituunt, ſi parentheſi
incluſa maneant verba illa (*nam hæredi-
tate non poſſunt,*) quæ ſermoni antequā
abſolvatur, interijciūtur, ita vt ſublata,
ſeriem

ſeriem orationis non interrumpant, ſed ſenſum ejus magis manifeſtum relinquant,& viribus ejus de quo agitur,
7 non parum conferant. Nam † quamquam liberi ejus qui apud hoſtes eſt, interim acquirant ſtipulatione, traditione,legato, &c. hæreditate tamen, id eſt,per hæreditatis obvētionem acquirere non poſſunt, propter ambiguum eorum ſtatum, & quia in pendenti eſt, cui cedere debeant acquiſita, quod in aditione & acquiſitione hæreditatis nō admittitur. Nam † aditio hæreditatis eſt actus legitimus,in quo certitudo requiritur, nec poteſt pendere aut in incerto eſſe.l.act⁹ legitimi.De regulis juris:ſicut bonorū poſſeſſio, quæ captivi
8 nomine curatori decernitur.Quę † vera eſt ſignificatio & interpretatio dictæ parentheſis(*nam hæreditate non poſſunt*) cujus interpoſitio rei propoſitæ admodum convenit,atq; duplici ratione ſuſtinetur,tum quia liberi in incerto ſtatu ſunt,d.§.ſi quis capiatur, tum etiam quia in pendenti eſt & dubitatur, cui cedere debeat hæreditas, quæ aditione acquireretur.Et quidem ſtipulatio, l. ſi ita quis promiſe.& l.cum ſtipulat⁹ ſim, De verbo. obligation. traditio, legatū & ſimilia,in diem vel ſub conditione fieri poſſunt, quæ in aditione hæreditatis (quia per legis actionē inducitur) non toleratur.Et quamquam is,qui ſuam conditionem ignorat,aut de eâ dubitat,adire poſſit hæreditatem,l.ſed etſi de ſuâ in prin.ff. De acquirēdâ hęredita. aliud tamen in eo obſervatur,cujus ſtatus in veritate incertus eſt; quoniā qui dubitat de conditione ſuâ, opinione tantum fallitur, & nihilominus in veritate ejus conditionis eſt, vt capax ſucceſſionis cēſeatur,& nunc adire poſſit.arg. legis hæres inſtitutus ff. De acquir.hæredita. Quod non eſt in eo cujus ſtatus in incerto eſt medio tempore,quod intervenit inter captivitatem & reditum patris.l. in bello, §. ſi quis capiatur. De captivis & poſtlim. ita vt interim non conſtet, vtrum liberi ſui juris facti ſint, an adhuc pro filijsfamilias computentur, & an hæreditas adita cedere debeat ipſi filio, an patri, an hæredi patris. Et hanc incertitudinem pulchrè declarat Vlpianus, in l. proponebatur in fine. De Caſtrenſi peculio. *Nam etſi,* inquit *filius ejus qui ab hoſtibus captus eſt, deceſſerit, patre captivo viuo, ſi quidē pater regrederetur, quaſi filiusfamilias peculium haberet. Enimuero ſi ibidē pater deceſſerit, quaſi paterfamilias, legitimū habebit ſucceſſorem,& retro habuiſſe creditur ejus ſucceſſor, ea quoq, quæ medio tempore filius iſte quæſijt,nec hæredi patris, ſed ipſi filio, quæſita videbuntur.* Quod pulchrè explicat Salomonius,in l. Gall⁹, §. quid ſi tantum.ff. de liberis & poſthu-
mis. Vnde † noviſſimè annotanda eſt 9
celebris differentia patriæ poteſtatis in liberos,& dominicæ in ſervos atq; mācipia,in jure atq; dominio earum rerū, quæ medio tempore,quo pater aut dominus apud hoſtes eſt acquiruntur. Quoniam à filijsfamilias acquiſita in captivitate patris,mortuo eo apud hoſtes,ipſorum ſunt propria, ea verò quę per ſervos acquiruntur, ſequuntur hæreditatem, ex fictione quæ lege Cornelia inducitur: & merito, quia vt Triphonius ſcribit,in d.l.in bello.§.ſi quis capiatur hi bonorum fuerunt & eſſe

Digitized by Google

perſeverant, illi ſui juris, exinde, id eſt poſt mortem patris, ſibiq; ideo acquiſiviſſe intelliguntur. Et hanc ſententiã & diſtinctionem Iulianus quoq; probat. in. l. bona. §. quod ſi filius. De captivis.
10 Poſtremo ignorandum † non eſt, quod tametſi Romanorum jure civili, captivi vna cum rebus ſuis mobilibus fiant, capientium, hodiè tamen qui in Chriſtianorum civilibus diſſenſionib' capiuntur, neq; capientiũ ſervi fiunt, neq; jure poſtliminij indigent. Nam perhumano exemplo, & Principum conſtitutionib', & velut generali quâdam conſuetudine, captivis teſtamenti factio permittitur, in ſolatium periculorum laborumq; & calamitatum levimentum: abrogatis his, quæ tractan. in l. bona eorum. De captivis & poſtl. & in l. 4. C. ex quib' cauſis majores, & in l. lege. ff. qui teſtamenta facere poſſunt. Sed bona amittuntur, & mobilia quidem efficiuntur capientiũ, immobilia verò & quæ immobilibus annumerantur, vt bombardæ & mũitiones, ad perpetuam civitatis vel caſtri tutelã deſtinatæ, cedunt Principi aut fiſco. Bartholus in l. hoſtes, De captivis & poſtl. rever. Bald' in l. 4. C. de ingenuis manumiſſ. Angelus in diſputat. quæ incipit, renovata guerra.
11 Perſonæ vero captivæ pretio redimuntur, pretio † inquam moderato, & facultatibus captivi proportionato, ita ne excorietur aut omnibus bonis captivus exuatur: Captivis enim commiſeratio exhibenda eſt, quia ſunt perſonæ miſerabiles, Et ita Senatus Vnitarum Provinciarũ moderationem adhibuit, & certã quãtitatem præfinivit pretio redemptionis Philippi Gemmæ, adverſus præfectum equitum Voyſin.
12 Et †. ex hac cõmiſerationis conſideratione redimens captivum à militibus, non poteſt ab eo majorem quantitatem exigere, quàm ipſe ſoluit, Baldus in l. 1. C. de epiſcopali audientia. Et miles ſemel ſtatuto redemptionis pretio, non poteſt illud augere, & perſoluto pretio convento, cogitur captivum reſtituere priſtinæ libertati, niſi dolus aut error arguatur. Quibus addi poſſunt, quæ ſcribit Paris de Puteo, in ſolemni tractatu ſuo de re militari & duello. lib. 9. cap. 9. incipiẽte. Aliquis in duello. De ablatis bello multa ſcribunt Felinus, in cap. excommunicamus. col. 2. De hæreticis, & Didacus Couverruvias, in repetitione capituli peccatum, De regulis juris in ſexto. Mulieres & pueros bello captos in predâ eſſe teſtantur hiſtoriæ, & probãt I C. in l. lex Cornelia, De vulgari & pup. ſubſt. & in l. pater, De captivis & poſtliminio reverſis. De diſciplina militari quædam videri poſſunt in capite ſuperiori. Quibus addi poſſunt multa inſignia exempla, quæ leguntur apud Valerium Maximum lib. 2. cap. 7.

SVMMARIA.

1. *Finalium quæſtionum genera.*
2. *Quinque pedum ſpatium l. 12. tab. inter vicina prædia relinquendum, vſucapi non potuiße. Idem L. Maniliâ confirmatum.*
3. *Diſcrimen l. Manilia & l. 12. tab.*

Finium

4. *Finium quæſtio agrimenſorum iudicio terminanda.*
5. *L. in finalibus, ff. fin. reg. vera lectio & interpretatio.*
6. *Ordo & forma fines conſtituendi. & 11.*
7. *Finium inſpectionem in re præſenti faciendam, iudicis aut arbitri cognitionem præcedere.*
8. *Hodiernum morem in conſtituendis finibus à l. 12. tab. & l. Maniliâ variare.*
9. *Tribonianum omiſiſſe conſtitutionem Conſtantini, & duas alias mutilaſſe.*
10. *Agrimenſores, pondera, menſuras, ſolus Princeps conſtituit.*
12. *Frontini locus emendatus.*
13. *L. quinque pedum C. fin. reg. nihil pertinere ad ſpeciem l. vlt. ff. eod.*
14. *De modo ædificandi nè vicina prædia lædantur.*
15. *In terminis antiquis leviores probationes admitti.*

CAPVT OCTAVVM.

1 CONtroverſiarũ † vt Iulius Frõ-
tinus ſcribit, de conditionibus
agrorum, materiæ ſunt duæ: fi-
nis & locus: Genera autem contro-
verſiarum, vt idem ait, quindecim de
poſitione terminorum, de rigore, de fi-
ne, de loco, de modo, de proprietate, de
poſſeſſione, de alluvione, de territorijs,
de ſubſeciuis, de locis publicis, de locis
relictis & extraclusis, de locis ſacris &
religioſis, de aqua pluvia arcenda, de i-
tinerib⁹. Quæ omnia cum à Frontino
& Aggenio luculenter ſatis explicata &
per omnes fere libros pandectarum di-
ſperſa ſint, ea ſolum hic repetemus, quę
ad finium regundorum materiam per-
tinent, & reſpiciunt finium quæſtionẽ,
quæ proprietatis controverſiæ cohæ-
ret. adeo vt finium regundorum actio,
licet in perſonam ſit, tamen pro rei vẽ-
dicatione habeatur, & mixtam naturã
obtineat. l. 1. & l. ſed etſi loci. §. ſi alter
2 fundus. ff. finium reg. Legibus † 12.
tab. cautum fuit, vt inter vicinorum
prædia conſtitutis finibus, quinque pe-
dum ſpatium relinqueretur: vt eo ſpa-
tio ire agere vterque vicinus poſſet, &
iter ad culturas pateret, & aratrum cir-
cumagi poſſet. Et ſpatium hoc quinq;
pedum vſucapi lex vetat. tex in. l. quin-
que pedũ. C. fin. reg. Adeo vt quamuis
ſervitus itineris, ſeu iter ad culturam
vſucapi poſſit, ſpatium tamen quinque
pedum, finib⁹ præſtitutũ, authore Ag-
genio, de limitib⁹ agrorum ſeu vt Var-
ro ait iter limitatum, non poſſit. Et hoc
eſt quod Iuſtinianus poſt Theodoſiũ
conſtituit, in l. 1. §. ad hæc. C. de annali
except. & Conſtantinus Harmenopul⁹
probat in prompturio juris Civi. lib. 1.
tit. de finibus. *Finali quæſtioni nec bienniȷ̃,
nec decenniȷ̃, ſed triginta annorũ præſcrip-
tionem obſtare.* Lex Manilia (quam An-
thonius Auguſtinus, & fuluius Vrcin⁹
reſtituere conati ſunt) deinde lata eſt,
quæ vt autor eſt Aggenius, legem 12.
tab. Confirmavit. non ſolũ in primo
capitulo de quinque pedum vſucapio-
ne ſublatã; verummetiã in ſecundo, de
arbitris à Prætore dandis in finium cõ-
troverſijs. Verba legis 12. tab. à fuluio
Vrcino poſt Ciceronem lib. 5. de rep.
& lib. 1. de finib⁹. referuntur hoc mo-
do: *Sei. vicinei. enter. ſe iorgaſint. entera.
quinque. pedeis. æſocapio. nei. eſto. prætor.
arbitros. treis. dato. eorum. arbitrio. finium.*

Digitized by Google

cõtroverſias .cõponito.ideſt. Si vicini inter
ſe jurgaſſent intra quinq; pedes vſuca-
pionè eſto, Prætor arbitros tres dato;
eorum arbitrio finium controverſias
3 componito. Illud † diſcriminis inter
12. tabulas & legem Maniliam fuiſſe
videtur, quod l. 12. tabularum tres ar-
bitri, Manilia vero ſinguli dari juberẽ-
tur, qui fines dirimerent ac conſtitue-
4 rent. Cicero lib. 1. de ll. Quod † & Cõ-
ſtantinus imperator ſecutus eſt, conſti-
tuens vt poſſeſſionis quæſtione finitâ,
agrimenſor ire præcipiatur ad loca, vt
patefactâ veritate hujuſmodi litigium
terminetur, adeo vt ceſſante violẽtæ &
controverſæ poſſeſſionis quæſtione,
ante omnem cauſæ cognitionem, in
judicio de finium queſtione, arbiter ſeu
agrimenſor aſſumatur, & vna ſit legis
præſcriptio, quæ improbi petitoris re-
frænare poſſit invidiam, ſi veterib⁹ ter-
minis finem congruum eruditâ arte
preſtiterit, text. in d. l. quinque pedũ.
vt apud Frontinum legitur. Quoniam
ſine obſervatione temporis, arbitri ju-
dicare jubentur, l. cunctis molitionib⁹
apud Frontinũ, & omne judicium ar-
tis hujus peritis ſub fideli arbitratione
5 committitur. Ex quibus † magnã lucẽ
& illuſtrationem accipit Papiniani re-
ſpõſum l. in finalib⁹. ff. finium regund.
Intelligiturque verba Vlpiani. *ante litẽ
inchoatam*, non eſſe referenda ad autho-
ritatem cenſus ordinati ante litem cõ-
teſtatam ſeu judicium inchoatum; ſed
ad ſolemnitatem ex l. Manilia intro-
ductam, & ipſius arbitri ſeu agrimen-
ſoris ſinſpectionẽ & dijudicationem,
quæ exercetur ante litem incho atam
& ingreſſum juditij; in quo poſt inſpe-
ctionem, & exercitum arbitri offitiũ,
de loco qui eſt vltra quinque pedes,
apud Prætorem contendebatur. d. l.
cunctis molitionibus apud Fronti, &
Aggenius loco citato. Nec eſt dubitã-
dum mendoſum eſſe illud Papiniã re-
ſponſum, etiam in libris Florentinis,
dum ita legitur. *In finalibus quæſtionibus
vetera monumenta, & cenſus authoritas an-
te litem inchoatam ordinati ſequenda eſt*.
Expungendamque eſſe dictionem *or-
dinati*, reponendo vocem *ordinatim*, vt
ſit ſententia. In finalibus quæſtionibus
ante litem inchoatam agrimenſorem
mittendum, qui vetera monumenta &
cenſus authoritatem ordinatim; id eſt
ſervato ordine, obſervatâq; formâ de-
clarati cenſus inſpiciat, ac de finibus
pronunciet l. forma. ff. de Cenſibus.
Etenim † in conſtituendis finibus, non 6
ſolum ordines locorum, & recturas (vt
vocant) obſervare convenit: verumc-
tiam vetera monumenta, quæ magnũ
perennitatis teſtimonium habent, &
cardinibus & decumanis (juxta l. Sem-
proniam & Iuliam) monſtrantur. l. de
ea lege. quæ eſt Tiberij Cæſaris, & apud
Frontinũ exſtat. Et ſi in his monumẽ-
tis, & formâ cujuſlibet agri obſcuritas
inueniatur, ita vt limitum rectura non
conſiſtat; ad authoritatem cenſus, &
ſanctuarium Principis, vt Siculus Flac-
cus ſcribit, de conditionibus agrorum,
recurrendũ eſt: in quo habentur om-
nium agrorum, & diviſorum & aſſig-
natorum formæ & diviſiones: Solent-
que agrorum formæ æreis tabulis cõ-
prehendi, & publico loco affigi, quas
qui refixerit, ex Venulei ſententiâ lege
Iuliâ peculat⁹ tenetur. l. qui tabulas. ff.

ad

Digitized by Google

7 ad l. Iuliam peculatus. Porrò † finium inſpectio, cognitioque, arbitri præcedecebat judicium, & cognitionem Præſidis. Quod Papinianus reſpicit. in d. l. in finalibus. Quemadmodum generaliter inſpectio & demonſtratio locorũ, de quibus controverſia eſt, etiam ſecũdum hodiernum vſum, fit ante litem conteſtatam, & ſi fieri poſſit, controverſia per locorum ordines, & fidelem inſpectionem in re preſenti definiatur. argum. l. ſi quis ſuper verſ. quodſi altera pars. in C. Theodo. & apud Frontin. Vbi legendum puto non *controverſia definiri locorum ordines*. ſed *definiri per locorum ordines*. Id quod Cicero vocat in oratione pro Cecinna in rem præſentem venire. i. rei præſentis & oculis ſubjectæ demonſtrationem, inſpectionem, & (vt vocant) *veutam* fieri. quę ante judicium cominus ſuſceptum, per exceptionem dilatoriam poſtulatur. Et cuius vſum praximque luculenter tradunt Maſuerius tit. de dilationibus. Stephanus Aufrerius; in commentarijs ſtyli parlamenti tit. de dilationib᷒. Ioannes Gallus in quæſtionibus ſuis ad finem ſtyli parlamenti queſt. 123. & nouiſſimè Iohannes Imbertus in inſtitutionib. forenſ. lib. 4. Et Ioannes Papon in arreſt. galliç. lib. 8. tit. 14. Sed

8 † quamquam hæc locorum demonſtratio & inſpectio, regulariter ante litem conteſtatam fieri debeat, cũ probatio per inſpectionem præponderet cæteris omnibus, l. ſi irruptione &. l. 3. h. t. l. forma. circa pr. ff. de cenſib. l. ſi prædium. C. de prædijs minorum. c. ſignificantis de libelli oblatione. Bald. in l. 1. C. ſi adverſus libertatem. Caſt. conſ. 48. & conſ. 178. parte 1. hieronymus de Monte Brixiano in tractat. ſuo finibus. facilè conceſſerim hodiè ſublatis agendi formulis non vſque adeo exactè obſervari ſolemnitatẽ l. 12. tab. & maniliæ; & inductam ex eâ differentiam agrimenſoris & arbitri & Prę́ſidis, quam Conſtantinus Theodoſius & alij Impp. obſervarunt. in ll. ſuis apud Frõtinum & in C. Theod. Cum hodie indifferenter aut ipſe iudex in rem præſentem ire ſoleat, aut menſores aut arbitros mittere, in d. l. ſi irrupit, & ſecũdum agrimenſoris relationem definire controveriam, quæ in re præſenti ex conſenſu partium conſopiri non potuit. Eaque † de cauſa exiſtimaverim 9
in Iuſtiniani Codice à Triboniano omiſſam eſſe conſtitutionem Conſtãtini in l. ſi finales, quæ apud Frontinũ extat, & truncatas eſſe duas poſtremas conſtitutiones, omiſſis his quæ agrimenſoris arbitri Præſidis & ſolemniter cognoſcentis mentionem faciunt. Finitores † autem agrorum ſeu agri- 10
menſores conſtituendi jus, ſicut & põderum dimenſionumq; ſtatuendarum poteſtatem hodie princeps ſibi aſſerit, niſi inferiores id juris longo vſu ac immemoriali poſſeſſione acquiſierint, & ita Agrimenſorem à regibus Galliæ conſtitui multis exẽplis probat Reynatus Choppinus, de juriſd. Andeg. lib. 1. fo. 40. Terminorũ † autem conſtitutio 11
ad Prætores, Ædilium collegium atque inferiores juridicos pertinet, qui terminos fundorum conſtituunt, vel pro voto conſentientium inuicem poſſeſſorum, vel adhibitis in eâ re peritis. licet terminorum anulſorum coërtio

Digitized by Google

reſervetur ſuperiori domino, ſeu Magiſtratui, majus imperium habẽti.l. 1. de accuſat. Solemnitatẽ autem & modum conſtituendi limites hodiè obſervatum refert Reynatus Choppinus.de juriſd.Andeg.lib.1.cap.3.in fin. & ca.
32 39.in fin.Antequam † Valentinã Cõſtitutionem relinquamus in d. l. quinque pedum,admonendum duximus in fine hec verba legi. *PP. vn. cal. Aug. Arcadio A.2 & Rufino Conſſ.* que apud Frontinũ depravata ſunt, dum ita habet.*dat.7.Cal.Aug.Auguſto & Bautone Conſſ.* nam Catalogus Impp.& conſulũ per Antonium Contiũ poſt Glareanũ & haloandrum collectus, coarguit tẽpore dictæ conſtitutionis Arcadium & Rufinum fuiſſe conſules. Ideoque locus frontini corrigendus eſt, obſervãdumq; Impp. conſtitutionibus vt plurimum adijci, temporis quo latæ ſunt deſignationem: idque plerumque per dictionem *lecta*. plerumque per dictionem *data*. plerumque per literam S. id eſt ſcripta. plerumque per. PP. id eſt propoſita. vt inſpicienti conſtitutionũ imperialium tenorem perſpicuũ eſt.
33 Illud † prætermittendũ non exiſtimo, Conſtitutionem illam Valentiniani, nihil pertinere ad quinque pedes, de quibus Cajus I C. agit in. l. vlt. ff. fin. reg. ideoque conſtitutiones illas (vt plerique faciunt) commiſceri non debere, quaſi vtraque ſit eadem vel vna ex alterâ dependeat. diverſæ enim ſunt ſpecies ex diverſis cauſis & ad diverſos fines propoſitæ nam lex Solonis que à Caio relata eſt. Et à Ioanne Leunclao ex varijs lectionib⁹ reſtituta, lib. 1. notatorum. propriè non pertinet ad fines & terminos ſeu confinium, ſed præſcribit legem & regulam plantationis & extructionis in proprio cujuſque loco,intra terminum & juxta alienã regionem: deſignatq; diſtantiam quam quis plantando vel ædificando derelinquere tenetur ne ex nimia vicinitate arborum vel ædificiorum, ſuccus vicini agri exhauriatur: neve liber aër & lumẽ,ſoliſque ac diei fulgor arceatur, aut ventus ad conculcationem fructuũ aridorum in area fieri ſolitam idoneus ac neceſſarius adimatur,l vlt. §. fin. C. de ſeruit. & aqua. vel alio modo vicino noceatur: cum latitudo quinque pedum,quæ ex Valentiniani conſtitutione,in d. l. quinq; pedum. inter vicinorum prædia conſtitutis finibus relinqui debet,ſit extra prædium cujuſque,& indiſtinctè cuſtodiri debeat, ad itinera & menſuras & circumactũ aratri ſive arbor ſive ędificium ponatur in vicino loco ſive non. De † modo autẽ, 15
altitudine ędificiorum aut ambitus, ſpatioq; legitimo inter vicina prædia & inſulas relinquendo, ſi quis plura videre deſideret,legat Barnabam Briſſonium.lib.antiquit. cap. 2. Et Petrum Fabrum.in commẽt.ad.l. domum ſuam. ff.de reg.jur. Denique † quod ad juris 16
noſtri rationẽ attinet, quia antiquorũ limitum plerumque magna eſt obſcuritas, propter vetuſtatem quæ omnia miſcet, pro varietate ſucceſſionum & arbitrio poſſeſſorum, leviores probationes admittuntur in probandis antiquis terminis, ſicut in omnibus alijs rebus diu præteritis. adeo vt etiam admittantur teſtes ſingulares de auditu; item præſumptiones & judicia antiqua, inſtru-

inſtrumenta, vel ſcripta etiam enunciatiua verba tantum continentia; item hiſtoriæ, Chronica, literæ inſculptæ lapidibus, & ſimilia, ex quibus ſecundũ ſignorum ordinem atque rationẽ veritas declaretur, vt latiſſimè probat Hieronimus de monte Brixiano, in tractat. ſuo de finibus. Nec eſt incognitum ad veteres terminos recurrendum eſſe, niſi conſtet vel ſucceſſionum varietate, vel arbitrio poſſeſſorum, vel ex voluntate venditoris, veteres fines permutatos eſſe, d.l.fin. & l.1. & 2. C.eo. Ab eo autem quod diximus de rei præſentis inſpectione, non multum differt quod Vlpia. in d.l.pupillo, ſcribit nuntiationem in re præſenti, in ipſo opere, hoc eſt, in re ipſa faciendam eſſe.

SVMMARIA.

1. *L.ſi cui.31.§ ſi ſub conditione ff. ad trebell emend. & explicata.*
2. *Conditio hæredi aſcripta an & quomodo à fideicommiſſario impleri poßit.*
3. *Conditionem hæredi aſcriptam interdum à Prætore remitti, interdum ipſo iure.*
4. *L.facta.§ ſi ſub conditione, ad trebell. vetus lectio defenſa contra Cuiatium & ſingulariter explicata & 5.*
5. *Conditione ab initio remiſſâ hæredem à fideicommiſſario cogi non poſſe, vt hæreditatem adeat & reſtituat.*
6. *Turpis conditio an ad hæredis an alterius emolumentum remittatur multum intereſt.*
7. *Iuſiurandum remittere & Iuriſiurandi gratiam facere.*

CAPVT MONVM.

1 MArtianus † libro nono inſtitutionum reſpondit. l. ſi cui §. ſi ſub cõditione ff. ad trebell. *ſi ſub conditione hæres inſtitutus, rogatusq; hæreditatem reſtituere, non vult conditioni parere, & adire hæreditatem ſi facti eſt cõditio, debet parere & adire & reſtituere: vel ſi in dando ſit, offerente fideicommiſſario, recuſante autem hærede factum adimplere, licentia datur fideicommiſſario, ſecundum imitationem dationis, factum adimplere.* In quib⁹ manifeſtum eſt redundare & ſententiam I C. inuertere verba illa, *ſi in dando ſit.* Et ineptè per Irnerium vel alium aliquem interpoſita eſſe: niſi levi verborum inflectione, non per conditionem, ſed per comparationem legamus; *ſicut in dando ſit.* id eſt, quemadmodum circa pecuniæ dationem dicitur, l. quæſitam, ff. de condit. & demõſtrat. quia non dandi ſed faciendi conditionem tractat Martianus, & quæſtioni de eâ propoſitæ, ad exemplũ & imitationem dationis deciſionem accommodat. vt hæc ſit ſententia: Quoties hæres, qui ſuſpectam hæreditatem dicit, ſub conditione facti (quam adimplere poteſt) inſtitut⁹ eſt, & recuſat, ſeu non vult conditioni obtemperare, fideicommiſſario permittendum eſt eã adimplere, ad imitationem dationis, id eſt, eodem modo quo in conditione dandi obſervatur. Quoniam æquiparat I C. facti conditionem, conditioni dandi; vt quod circa pecuniæ vel alterius rei dationem dicitur, ſimili modo

circa præſtationem facti obſervetur, d. l. quęſitam. Et vera lectio ita conſtituitur: in d. §. ſi ſub conditione. *Si ſub condicione hæres inſtitutus, rogatuſq́ hæreditatem reſtituere, nō vult condicioni parere, & adire hæreditatem, ſi facti eſt conditio, debet parere, & adire & reſtituere, vel (ſicut in dando fit) offerente fideicommiſſario, recuſante autem hærede factum adimplere, licentia dabitur fideicommiſſario, ſecundum imitationem dationis factum implere*, id eſt, vt rectè interpretatur Accurſius, ſicut fideicommiſſarius implet cōditionem dandi, ita etiam, cum conſiſtit in faciendo. Secundum poſteriorem Iuſtiniani conſtitutionē, in l. vnica §. nè autem C. de cadu. tollend. quam Tribonianus juri veteri accommodat per verba illa, *ſicut in dando fit*, oſtenditq́; æquiparari apud Martianū, conditionē facti conditioni dationis: & quod in conditione dandi conſtitutum eſt, ex-
2 tendit ad conditionem facti: Vt † quemadmodum conditionem dandi, quæ inſtitutioni aſſcripta eſt, ita etiam conditionem faciendi fideicommiſſario implere liceat. Nihil enim refert, ſive per eum, de quo teſtator locutus eſt, ſive per aliū cujus intereſt, hujuſmodi gravamem præſtetut, d. l. vnica, §. nè autem. C. de caducis tollend. Sed vt fideicommiſſario licentia detur à prætore ſeu judice implendi conditionē quę ipſi hæredi aſſcripta eſt neceſſe eſt hæredem conditionem trahere, l. ſi quis inſtituatur, §. ſed ſi bonorum. cum ſequenti. De hæredibus inſtituend. & recuſare injuncti oneris adimpletionem; & eo amplius fideicommiſſarium poſtulare, vt ſibi liceat factum adimplere, d. §. ſi ſub conditione, in verbis, *offerente fideicōmiſſario, recuſante autem hærede*, alioqui ſi hæres non moretur aut recuſet, præfertur fideicommiſſario in implendâ conditione, quæ inſtitutioni aſſcripta eſt, ne ab emolumento ſucceſſionis excludatur, l. ei qui ita. De condit. & demonſtr. Et cùm hæres facti in adimplere recuſat, non cogitur fideicōmiſſarius, ſi nolit injunctum onus agnoſcere, ſed poteſt à Prætore poſtulare, vt hæredē compellat conditionem adimplere, adire hæreditatem, & reſtituere ex Senatuſconſulto Trebelliano: quod neceſſitatem hæredi imponit implendę conditionis, adeundæ & reſtituendæ hæreditatis fideicommiſſarij gratiâ, & vt defuncti voluntas cōſervetur, l. 1. in prin. ff. ad Trebell. ita tamen vt conditionis implementū, aditio & reſtitutio hæreditatis, fiat periculo & ſumptu fideicōmiſſarij, l. ſed ſciendum, ff. ad Trebellia nullumq́; damnū hæredi inferatur, l. ille à quo, ff. ad Trebellia. Non enim cogitur adire, niſi ei damnum à fideicommiſſario ſarciatur, vel à Prætore onꝰ remittatur quod recuſat, l. apud Iulianum in prin. ff. codē, aut ipſe fideicommiſſarius paratus ſit, injunctum onus agnoſcere; d. §. ſi ſub conditione. Quod ei permittitur, quoties agitur de cōditione, quæ eſt in poteſtate hæredis, & quæ nō cohæret perſonæ ejus, ſed per alium explicari poteſt: d. l. ſi cui pure, §. ſi ſub cōditione. in verbis, *nō vult cōditioni parere*. & rurſus in verſic. cæteræ conditiones, quæ non ſunt in poteſtate hæredis, d. l. vnica, §. ne autē. Vt eſt conditio foſſæ fodiendæ, inſulæ fabricandæ vel reficicendæ

endę, domus ædificandę & alię ſimiles; quæ per erogationē pecuniæ aut operarum præſtationem implentur. Nā † 3
ſi propter conceptionem verborū aut naturam rei, perſonæ hęredis cohæreat conditio, ab ipſo adimplenda, d. §. ne autem. aut à Prætore ex cauſa remittenda eſt. Vt videmus in conditione nominis ferendi. l. facta, §. ſi ſub conditione. ad treb. & d. §. ne autem. Quod ſi honeſtum eſt, Prætor quidem exigit conditionē adimpleri: quia nihil mali eſt honeſti hominis nomen aſſumere, ſi tamen recuſet nomen ferre, prętor ex cauſâ remittit conditionem. In famoſis autem & turpibus nominibus veluti veſpillionis, hæc conditio non exigitur: ſed ab initio & ipſo jure remittitur: l. facta, §. ſi ſub conditione ff. ad trebell. Quemadmodum omnes alię difficiles & turpes conditiones ab initio remittuntur. Quamuis enim ſub conditione hæres inſtitut⁹, cogatur parere conditioni, & adire etiam alterius gratia, ſi neque difficultatem neque turpitudinem vllam habeat conditio, tamen ſi turpis aut difficilis ſit: *Apertè iniquum eſt*, vt Cajus reſpondit, *eum cogi explere alterius gratia, ſed remitti eam ab initio viſum eſt*. l. facta, §. ſi ſub condi-
4 tione. Quæ † Poſtrema verba vitium habere & negativum ſenſum expoſtulare annotavit Iacobus Cuiacius, Obſervat. lib. 21. cap. 39. propter ſequentem rationem à Caio additam, his verbis. *Plus enim tribui à Prætore ei qui fideicommiſſum petit, quam teſtator voluerit, abſurdum eſt, vtiq́. autem teſtator.* &c. Quæ ratio tanti momēti Cuiacio viſa eſt, vt exiſtimaverit dictiones *ab initio*, expungi, & earum loco *abſurdum* legi debere, hoc modo: *ſed & remitti eam abſurdum viſum eſt*. Quod mihi lubricū & male fundatum videtur: Cum dictio *abſurdum* geminata eodē loco duram orationis compoſitionem conſtituat, & pro luce atq; illuſtratione caligionem & perturbationē adferat Caij ſententię: quæ regulis juris communis ſubnixa eſt, & maximam vim, gratiam & venuſtatem ex verbis illis: *ab initio* accipit, atq; affirmativam nō negativam orationem poſtulat; ſecundū authoritatem omnium Codicum, & approbatam lectionem; hoc modo: *ſed remitti eam ab initio viſum eſt*. Quæ rectâ ratione ſuperioribus & inferioribus interponuntur, perinde ac ſi dictum eſſet: licet honeſtæ & poſſibili conditioni hæres parere cogatur, etiam in gratiam fideicommiſſarij; difficilis tamen & inhoneſta ſeu turpis conditio ei ab initio, id eſt ſtatim & ipſo jure remittitur, & conſequenter cogi non debet hæres ad vtilitatē fideicommiſſarij eam adimplere, adire, & ita reſtituere. *Plus enim* vt rectè ſubycit Cajus, in d. l. facta, §. ſi ſub conditione, *tribui à Prætore ei, qui fideicommiſſum petit, quam teſtator voluerit, abſurdum eſt: vtiq́. autem teſtator, niſi expleta ſit conditio, neq́. ſcriptum hæredem ad hæreditatem vocavit, neq́. per hunc illi reſtitui voluit hæreditatem*. Quod
† fieret contra voluntatem defuncti, 5
niſi remiſſâ condicione ab initio iniquum judicaretur, eum cogi illam adimplere, adire & reſtituere. Quæ vera eſt Caij ſententia, conſentanea aliorum I C. reſponſis, quæ jubent in hærede ſalutis & dignitatis rationem haberi, l.

ſciendū .ff. ad Treb. eumq; non ſolū à turpitudine, vel difficultate conditionis, verumetiā omni damno liberari. l. ita tamē. §. ſi perceptis ff. ad Trebell. l. apud Iulianum in fin. prin. ff. eodem, adeo vt quamuis fidei explendæ gratiâ cogi poſſit implere conditionem poſſibilem & honeſtam, & deinde adire & ita reſtituere hæreditatē: Inhoneſta tamē & difficilis cōditio ei remittitur: ita vt neque implere eam, neque adire hereditatem & reſtituere fideicommiſſario teneatur, d. §. ſi ſub conditione. ne remiſſâ ſolâ conditione, aditio & reſtitutio inducatur contra voluntatē defuncti, nolentis hæreditatem adiri, non exiſtente conditione, quæ inſtitutioni adjecta eſt. d. §. ſi ſub conditione verſ. plus enim & l. multum intereſt, ff. de conditionibus & demonſtration. ex ſententia Caij, qui voluit, quatenus de vtilitate fideicommiſſarij agitur, remiſsâ hæredi conditione, etiam, adeundi & reſtituendi neceſſitatem ceſſare, & fideicommiſſarium excludi, non habita ratione regulæ generalis, ſecundū quā impoſſibiles & turpes cōditiones teſto. aſſcriptæ pro nullis habentur, l. obtinuit, ff. de condit. & demonſt. & l. quæ ſub conditione, in prin. & l. conditiones, l. filius, ff. de condi. inſtit. Et perinde ac ſi conditio hæreditati ſive legato adjecta non eſſet, hæreditas legatumue capitur, d. l. conditiones. Etenim, ſecundum conſentientem juriſperitorum ſententiam, regula illa tantum obtinet, quoties hæredi inſtituto, aut honorato, conditio hujuſmodi adfert gravamem vel diſpendium. Nam in hac ſpetie Prætor conditionem reprobat, ne is qui ſub tali conditione quid acceperit, aut omittendo conditionem perderet hæreditatem legatūue, aut cogeretur turpiter accipiendo conditionem adimplere, d. l. quæ ſub conditione in prin. & d. l. filius. Quod aliter ſe habet, ſi ei à quo fideicommiſſum vel legatum relinquitur, aſſcripta conditio reſpiciat damnum, ſeu præiudicium fideicommiſſarij vel legatarij, §. ſimiliter ff. de legat. d. §. ſi ſub condit. Accurſ. & alij in d. l. obtinuit. quia tūc conditio non reprobatur, nec pro non ſcripta habetur, nec poteſt fideicommiſſarius, aut alius ad hæreditatem aut legatum pervenire, niſi conditio adimpleatur. Quamuis hæres propter difficultatem vel turpitudinem cogi nō poſſit eam adimplere, & deinde adire & reſtituere, vt etiam ipſe Accurſius notat, & probatur aperto Caij reſponſo, in d. §. ſi ſub condit. In quo quia agitur de implendâ conditione difficili vel turpi, gratiâ fideicommiſſarij, iniquum judicatur hæredem cogi. Ideoque remittitur conditio ab initio, id eſt ſtatim. Adeo quod de hac conditione remittendâ neceſſe non ſit prætorē adire, ſemel enim in perpetuum à Prætore remiſſa eſt. Sicut in ſimili de juramento remittendo Vlp. reſpondit, in d. l. que ſub condit. §. de hoc jureiurando. Ex quibus † apparet manifeſta di- 6
fferentia inter remiſſionem conditionis, quæ fit heredi ad vtilitatem propriam; hoc ſcopo, vt perinde ſit ac ſi conditio aſſcripta non eſſet, ac hæreditatē capere & acquirere poſſit; & eam quæ fit hæredi non vt ipſe emolumentum habeat, ſed nè gratiâ alterius turpē aut diffi-

Digitized by Google

difficilem conditionem adimplere teneatur. Nam hic remiſsâ conditione, hereditas gratiâ fideicõmiſſarij, vel alterius non acquiritur; d.§. ſi ſub conditione. Ita vt priore caſu conditio tantum ceſſet, non etiam impediatur hæreditatis aditio, & acquiſitio; Poſteriore vero & conditio & aditio atque acquiſitio & reſtitutio hæreditatis removeatur. Niſi conditio in dando conſiſtat, aut talis ſit quod per alium explicari poſſit, aut recuſante hærede ab ipſo fideicommiſſario adimpleatur. Quoniam explicata conditione per ipſum fideicommiſſarium, rectè cogitur heres adire & reſtituere vt ſupradictum
7 eſt. De remiſſione † autem conditionis & juriſiurandi gratiâ, multa paſſim ſunt obuja apud Cajum, in d.§. ſi ſub conditione, Vlp. in d. l. quę ſub condit. & ſeqq. Pomponium, in l. Labeo, ff. de jureiur, & Paulum, in l. remittit. ff. de jurejurando. Qui juſiurandum remittit ei qui jurare paratus eſt, gratiam juriſiurandi facere dicitur; d. l. remittit. Et qui pręſtiti Iuriſiurãdi religione aliquem liberat, is etiam Iuriſiurandi gratiam facit. Et hoc modo juriſiurãdi gratia apud Suetonium accipitur, in Tiberio. *Equiti inquit Romano juriſiurandi gratiam fecit, vxorem in ſtupro generi compertam dimitteret, quam ſe nunquam repudiaturum antè juraverat.* Et hanc juriſiurandi gratiam etiam abſenti & ignoranti atque per epiſtolam fieri poſſe, rectè à Labeone reſponſum eſt, in d.l. labeo. Et Labeonis reſponſum ſecundum communẽ interpretũ ſententiam generaliter accipiendũ eſt, ſive agatur de præſtiti, ſive delati & ſuſcepti juriſiurandi gratiâ. Cum omniũ eadem ſit ratio. licet Iacobus Reyvardus, variorũ lib.5.cap.2.in alia ſit ſententia. Cæterum quod diximus de remiſſione juramenti ab initio & ipſo jure inductâ, aut à principe impetrata, ad leges Romanotum pertinet: moribus verò Chriſtianorum & jure Pontificio relaxatio juramenti pertinet ad forum eccleſiaſticum, & ab Eccleſiaſtico judice impetratur. cap.1. de jurejur. parte vocate & auditâ. Aretinus cõſil.33. incip. conſultatio pręmiſſa. Quæ omnia prolixiore oratione proſequuti ſumus ad eruendam veritatem in profundo iacentem, & vt ſimul oſtenderemus magnam circumſpectionem, & cautionem deſiderari in ijs qui veterũ ſcripta accuratè ſtudent corrigere, ne præcipiti innovandi ſtudio vix genu, tibiam, aut latus attingant, cum ſe jugulum rei premere arbitrantur. Frequentior enim currentibus, quam reptantibus lapſus eſt, & immodica atq; audacia maximè ſunt periculoſa, atque vt Græci dicunt. paradoxa.

SVMMARIA.

1. *L.3 ff. de ſepulchro violato, emendata & integritati ſuæ reſtituta, & 3.4.*
2. *Quamde antiquis pro quam acceptum.*
5. *Pœna eorum qui cadavera ſpoliant.*

Digitized by Google

CAPVT DECIMVM.

1 VEterem † ſcribendi rationem ſequutus Iuſtus Lipſius epiſt. queſt.lib.5.cap. 18. (quē propter ſingulare ingenium, modeſtiam & reconditam eruditionem amo plurimum) acri intentione obſervavit in Edicto prætoris in lib. 3. ff. de ſep. viol. apud Vlp. perperam Florentiæ legi. *Si quis in ſepulchro dolo malo habitaverit, ædificiumq́; aliud quamq́; ſepulchri cauſâ ſit habuerit, in eum iudicium dabo.* Et recte reſtituit, *quamde ſepulchri cauſâ.* Quoniã
2 † *quamde* antiquis pro *quam* accipitur. Nec eſt abſurdum eâ voce prætorem vſum ad imitationem Ennij: *muro fretus magis quamde manu vi.* Lucretius eandem dictionem quoque vſurpavit: *Clarus ob obſcuram linguam magis inter*
3 *inanes, quamde gravis.* Major † corruptio eſt eodem loco, d.l. 3. §. prima verba. dum Florentiæ ita legitur: *Prima verba oſtendunt eum demum ex hoc edicto plecti qui dolo malo violavit: ſi ergo dolus abſit, ceſſabit eiuſdem perſonæ pœna: igitur doli non capaces. &c.* Communium verò Librorum lectio hæc eſt: *prima verba oſtendunt eum demum ex hoc edicto plecti, qui dolo malo violavit, ſi igitur dolus abſit ceſſabit in eiuſdem perſonæ pœna: igitur doli mali capaces. &c.* In quibus verborũ tranſpoſitionem, & præpoſterationem eſſe nemo nõ videt, quæ ita rectè emẽdatur: *Prima verba oſtendunt eum demũ ex hoc edicto plecti: qui dolo malo violavit, ſi igitur dolus abſit ceſſabit eiuſdem pœna. Perſonæ igitur doli capaces. &c.* Etenim genitivꝰ *eiuſdem* relatione facta ad proxima, præſupponit repetitionem edicti, & dictio *perſonæ* plurali numero pronunciata, convenit ſequenti illationi, & ex fide Pandectarum Florentinarum principium illius conſtituit, ita vt locus I C. integritati ſuæ reſtituatur, abſque vocum commutatione, præpoſita dictione *pœna* dictioni *perſonæ*, quã in communibus libris inepte ſine ſenſu, & turbatis verbis antecedit, ſive ex ſcioli alicujus audaciâ, ſive librarij incuriâ. ſive ex incongruâ interpretatione notarum, quibus dictiones *pœna* & *perſonæ* ſcribi ſolent, vnde multos errores in libris juris civilis irrepſiſſe manifeſtum eſt. In quo tamen quia deficit authoritas veterum Codicum, & communis lectio non omnino eſt incommoda, vnicuiq; relinquimus liberum judicium. Eſt † & aliud in eodem Vl- 4
pia. loco, in §. adverſus eos, mendum Florentiæ, in verbis: *adverſus eos qui cadavera ſpoliant, præſides ſeverius intervenire, maxime ſi manu armatâ aggrediuntur.* Quod ex Norico lib. & alijs ita emendatur: *adverſus eos qui cadavera ſpoliant præſides ſeverius intervenire debent, maxime ſi manu armata aggrediuntur.* Niſi veterem ſcribendi rationem à Lipſio obſervatam ſequi lubeat, legendo pro dictione *præſides, præſid' eſt, ſive præſidis eſt.* Notandumque in † libris Baſilicõ ex- 5
primi maiorem pœnam eos pati, qui cum armis, quam qui ſine armis ſepulchra ſpoliant. Nam ita in Baſilicis legitur. *Sepulchrorum violatores, & qui ſpoliant corpora defunctorum, ſi cum armis id faciant, capite puniuntur, ſi abſq́; armis vſq; ad metallum.* De honore & violatione ſepul-

Digitized by Google

ſepulchorum plura recitant. Alexand. ab Alexand. genial. dier. lib. 3. c. 2. & 7. Petrus Erodius lib. 4. ſub tit. de ſepulchro violato. Et Rota deciſ. 302. incip. non quod, & deciſ. 854. in antiquis.

SVMMARIA.

1. *L. fraudati, ff. de publicanis & vectigalibus, vetus lectio defenſa.*
2. *Fraudatoru ſolius res in commiſſum cadere, non alienas.*
3. *De vectigalium ſolutione & commiſſis remiſſivè.*

CAPVT VNDECIMVM.

1 APud Papinianum in l. fraudati ff. de pub. & vectig. vulgo ita legitur: *Si vnus ex pluribus hæredibus rem communem causâ vectigalis ſurripuerit, portiones cæteris non auferuntur.* In Pandectis Florẽtinis pro dictione *cõmunem* legitur *munem*: Eamq; lectionẽ plerique veriorem putant; quod mihi diſplicet, qui ſecundum vulgares Codices potius *communem* legi debere arbitror. Tum propter fidem communium codicum, tum etiam propter authoritatem librorum Baſilicon In quibus non *rem munem*, ſed *rem communem* legitur. Et veriſimile eſt Florentiæ in reſponſo Papiniani primam ſyllabam dictionis *communem* hæſiſſe in liturà, ac vetuſtate temporis evanuiſſe, aut ab initio ſcripturam depravatam fuiſſe, vt ſunt multa alia imperfectarum Pandectarum Florentinarum indicia. Nam præterquam, quod dictio *munem*, antiqua & parum frequens ſit, non ſatis convenit ſententiæ Papiniani, apud quem de re obligatâ & obnoxiâ agi ex verbis illis: *cauſa vectigalis ſurripuerit*, ſufficienter intelligitur. Et ex naturâ rei ſubjectæ confirmatur: quia quæſtio apud Papinianum eſt de portionibus cohæredum in re communi conſervãdis, nè ſcilicet ob fraudatum vectigal in re ſurreptâ ab vno cohæredũ, reliquorum portiones committantur. Et quidem Papinianus diſcernit inter ſurripientem & fraudatorem atque cohæredes, qui doli non ſunt conſcij: Fraudatoris enim portio venit in commiſſum: Portiones verò cohæredum nõ auferuntur. d. l. fraudati. Quemadmodum † generaliter conſtitutum eſt in 2
quolibet fraudatore & delinquente, cujus res in commiſſum cadunt, non alienæ: quamuis in eadem navi vel curru cum fraudatoris bonis deprehẽdantur. l. cotem, §. dominus navis, ff. de publicanis. Id quod etiam obſervatur inter mercium vectorem & mercatorem proprietarium. Illius enim fraude veniunt in commiſſum duntaxat res vectoris propriæ, equi puta, vehiculũ, navis, & ſimilia, non autem merces negotiatoris, l. jubemus, Cod. de navibus nõ excuſandis, lib. 11. Secus ſi ipſe mercator dolum adhibuerit, nã tunc mercimonia etiam in commiſſum incidũt; d. l. cotẽ, §. domin' navis, ff. de publica. Aut conſuetudo aliqua vel conſtitutio res licitas cum illicitis commiſſo ſu-

Digitized by Google

3 byciat; Vt † de Andegavenſiū & aliorum quorundam morib' ſcribit Renatus Choppinus de juriſdict. Andegavenſ. lib. 1. cap. 53, multa elegantia & ad Praxim pertinentia de vectigalium ſolutione & commiſſis accumulans, qui ampliſſimè quoque tractat de perſonis quæ à vectigalibus ſunt immunes, cap. 53. 54. 55. 56. 57. 58. & 59. Quibus addi poſſunt, que leguntur lib. 3. Legum Hiſpanicarum in fine.

SVMMARIA.

1. *Iudicis arbitrique ſordes, itemque cœtus nocturnos l. 12. tab capite vindicaſſe.*
2. *L. 3. ff. de termi. moto. itemque l. 6 § qui in acie ff. de re milit. vetus lectio defenſa.*
3. *Capital, pro capitale veteribus vſurpatum.*
4. *Veterum ſcribendi mos ab hodierno quantum variaverit.*
5. *In l. fideicommiſſum ff. vt in poſſ. legatorum, antiquitatis veſtigia obſervata.*
6. *Terminorum auulſio aut everſio quomodo punienda.*

CAPVT DVODECIMVM.

1 VEteribus † ſacratiſq; legib' 12. tabularū, priſco loquendi more, ita cautum invenitur: *Quei judex queive arbiter ioure datos, ob rem judicandam pecuniam cepet, capital eſtod.* Quibus ſignificatur judicem arbitrūve, qui ob rem judicandam, pecuniam accepiſſe convictus eſt, capite puniri. Nam capital antiquis dicebatur, quod capitis pœna luitur. Feſtus in voce *capital.* Eiſdem quoq; legibus, ne quis in vrbe cœtus nocturnos agitaret, decretum fuiſſe conſtat: his verbis: *que calmi endo vrbe nox coit coiverit capital eſtod.* Et hujus antiquitatis veſtigia etiam in Pandectis Florentinis reperiuntur. Nā
2 † Calliſtratus lib. 5. de cognitionibus, *Aliâ quoq́, agrariâ lege,* inquit: l. 3. §. vlt. ff. de ter. moto. *quam divus Nerva tulit, cavetur: vt ſi ſervus, ſervave neſciente domino, dolo malo fecerit, ei capital eſſe, niſi dominus dominave mulctam ſatisfacere maluërit.* Et Arrius Menander lib. 3. de re militari; l. 6. §. qui in acie, ff. de re militari. *ſi quis,* inquit *commilitonē vulneravit, ſi quidem lapide; militia reyc itur: ſi gladio; capital admittit.* Sic enim vbique Pandectæ Florentinæ habent, non *capitale eſſe,* neque *caput amitti,* vt in vulgatis libris legitur. Cicero † quoque 3
lib. 2. de legibus. eadem voce vſus eſt, *quique non paruerit capital eſſe.* Et rectè, nam quamquam Ciceronis leges & I C. noſtrorum reſponſa, non omnino ſint adſtricta priſcis illis verbis legis 12. tabularum, tamen quo plus authoritatis habeant, plerumq; antiquiora & priſca verba illis admiſcentur. Cicero lib. 2. de leg. Vt pluribus exemplis vetuſtorum verborum oſtendit Antonius Auguſtinus, emendat. lib. 2. cap. 2. & Scipio Gentilis Parergon lib. 1. cap, 35. Nec ſolum juris authores, ſed & Plautum, Lucinium, Sylium & alios poëtas capital ſcripſiſſe, oſtendit verſus eorū illuſtrando, Ludovicus Carion, vir doctus & in inveſtigandis antiquitatibus ſagax, emendationum lib. 1. cap. 3. Et

Digitized by Google

4 Et † eadem forma veteres dixerunt, ſemul, virginal, puteal, vt ex Prudentio & Apuleio refert Iacobus Reyvardus. de ambiguitatibus juris lib. 3. cap. 19. Veteres quoque dixerunt oloe, pro olli vel illi, vt conſtat ex lege Regia à Sexto Pompeio Feſto relatâ, his verbis, *Sei parentes puer, verberit, aſt oleo, plorasſint, puer diveis, parentum, ſacer. eſto.* Et nominativos maſculinos plurales in *oe* deſiniebant: quæ poſtea In I. deſinere cœperunt, vt in carmine Saliari, *pilumnoe, poploe*, hoc eſt Pilumni populi, & faſcinoe, pro *faſcini*. Nec geminabant veteres literas, vt in *oloe*, pro *illi*, dicebantq; *creduo & adduo*, pro *credo, addo*. Ex quibus intelligitur verborum priſca vetuſtas, & quis illis temporibus vſus linguæ latinæ, & quod ſcribendi, loquendiq; genus viguerit, à quo poſtea immutatâ loquendi ratione vſq; adeo receſſum eſt, vt Polybius, qui cum Africano ſuperiore vixit, teſtetur ſe quo tẽpore hiſtoriam Romanam contexuit, vix vnum aut alterum Romæ invenire potuiſſe, qui quantumuis antiquitatis curioſus, fœdera quædam inter Romanos & Carthaginenſes vetuſtiſſimis illis concepta verbis intelligeret, ac ſibi tunc eam rem ſcribenti interpretaretur. Quod tametſi magni momenti nõ ſit, tamen ad conſervandum vetuſtatis veſtigium, & vt legi 12. tabularum, & Pandectarum Florentinarũ libris, ſua dignitas & authoritas conſervetur admonendum duximus, præſertim cum pleraque alia ſimilia in veteribus Pandectis incorruptè ſcripta, ignoratione antiquitatis depravata inveniantur. Vt
5 † in reſponſo Hermogeniani, in l. ſi fideicommiſſum, ff. vt in poſſeſſionem legator. *Nihil me per im lædi oportere, i. per eum.* Nam in legibus 12 tabularum, *im* pro *eum* vſurpari conſtat, vt Feſtus notat, & Macrobius, legumq; fragmẽta teſtantur, in quibus eſt *im occidit*, pro *eum occidit*, à nominandi caſu. is. ſecundum quæ Iuſtus Lipſius ſubtili ingenio, reſtituit verſum Plauti.

Boni im miſerantur
Illum nunc irrident mali.

Nec ſolum *im*, ſed & *em* pro *eum* dicebant, antiqui, qui his literis *e* & *i* indifferenter vtebantur non ſolum in fine dictionis, (vt Macrobius ſcribit Saturn. lib. 1.) verum etiã in prin. & medio cujuſque dictionis, vt incipit, pro incepit. Ita vt merito Iacobus Cuiacius Iuris antiquitatiſq; peritiſſimus conqueratur, obſervat. lib. 3. cap. 38. multa in antiquis Pandectis rectè & ſecundũ antiquam loquendi formam ſcripta, quoſdam novis rariſq; appellationib⁹ locorum aut hominũ commotos, audacter depravaſſe. Et † quia de auulſis 6
terminis facta eſt mentio, ſciendum eſt eos, qui terminos agrorum movent vel evertunt, non tantum pecuniariè, ſed & pro conditione & voluntate delinquentium corporaliter puniri. neque termini moti ſola pecuniaria mulcta eſt, ſed pro conditione cõmittentium res coërcenda eſt. & prout judici ex cauſæ circunſtantijs & accurata rei inſpectione liquebit, vel intendenda vel minuenda pœna eſt. Nã divus Hadrianus in hæc verba reſcripſit. Nemo dubitat peſſimum factum eſſe eorũ, qui terminos agrorum evertunt, & pœnã in eos pro conditione perſonarum &

Digitized by Google

mente delinquentiū ſtatui poſſet: Nā ſi ſplendidiores perſonæ conuincuntur hoc crimine, qui occupandorum alienorum finium causâ hoc admiſerunt, ad tempus relegari debent, vt eorum ætas patitur: ſi juniores ſint, in longius tempus, ſi ſeniores in brevius. Quod ſi non ſibi res gerentes everterint terminos, ſed alijs miniſterium præbentes, hac in re, oportet verberari eos, & in op' publicum biennio dari: quod ſi per ignorantiam, aut fortuitò lapides finiū moverint; ſufficiet eos verberari, Saxonico jure graviſſima pœna ijs inducitur, qui terminos finium cauſa poſitos auulſerint, arlo. 28. lib. 2. Speculi Saxonici. De quâ re plura vide apud Renatum Chopinum de juriſd. Andegavēſium lib. 1. c. 3. in fine.

SVMMARIA.

1. *Hæreditatem jure & lege non pactis aut conuentionibus obtineri poſſe.*
2. *Hæreditatem aut jure veteri aut novo acquiri.*
3. *Ius novum, Itemque vetus quod dicatur. & 11.*
4. *Ex teſtamento vno tantum modo hæreditatem acquiri, ab inteſtato varijs modis.*
5. *L. 2. ff. de pet. her. emendata & novè ac ſingulariter explicata. & 9.*
6. *Ius ſuitatis expoſitum, & qualiter ex eo iuris quadam prærogativâ multa deferantur.*
7. *Delictum patris filio auferre nequit, quæ generis naturave prærogativâ ad eum pertinent.*
8. *An liceat omiſſâ hæreditate Feudum apprehendere.*
10. *Per alium ſuccedere quis dicatur.*
12. *Hæreditas ad nos pertinere quando dicatur.*
13. *Hæreditas poſt aditionem hæreditas eſſe non deſinit.*

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

1 Hæreditatem † non niſi jure ſeu lege obtineri poſſe manifeſti juris eſt l. lege obuenire. De verborum obligationib' pacta enim & conuentiones ad inducendam hæreditariā ſucceſſionem, nullius ſunt momenti: non ſolum propter improbitatem & triſtem caſum qui inde metuitur, l. pactum quod dotali, & l. fin. C. de pactis. verum etiam & quidem potiſſimum propter impoſſibilitatem ipſius rei. Quoniam in pacto & conventione pluralitas & diverſitas perſonarū ſeu cōtrahentium inſpicitur. l. 1. de pactis. In hereditariâ verò ſucceſſione præſupponitur & conſideratur perſonarum identitas. Hæres enim repræſentat defunctum & eadem perſona cū defuncto cenſetur. Quæ identitatis cōſideratio ſubſtantiæ conuentionū eſt contraria, & propriè hæreditas non niſi jure acquiritur. Quod † explicans 2
I C. in l. 2. ff. de pet. hær. eleganter reſpondit, in hæc verba. *Hæreditas ad nos pertinet aut veteri iure aut novo.* Nā quemadmodum per familiæ herciſcundæ actionē hæreditas dividitur, quę defertur ex teſtamento, vel ab inteſtato, ſive ex lege, 12 tabularum, ſive aliâ; vel ex S C. vel etiam conſtitutione aliqua, l. 2. in princ. ff. famil. heriſcundæ. ita per petitionem hæreditatis, eam demum ſucce-

ſucceſſionem aſſequimur, quæ ad nos pertinet; aut veteri jure aut non veteri, ex lege 12 tabularū, aut interpretatio-
3 ne prudentū ad legē 12 tabularū. Nā † jus vetus ſeu antiquum, vt Vlpian' ait, d.l.2.ff.famil. herciſcundæ. dicitur, nō ſolum quod ex lege 12 tabularū, verumetiam quod ex interpretatione prudentum ad legem 12 tabularum proficiſcitur. Quod confirmat Caius, in l. 3. ff. de pet. hæred. dum inter exempla acquirendæ hæreditatis ex veteri jure, illud conſtituit, ſi manumiſim' defunctum, vel parens noſter manumiſerit. Interpretatio enim prudentum, jus ſuccedendi patri reſervavit in bonis filij, vel filiæ morientis. l. adverſus, 30. ff. de inofficioſo teſtam. Vt eleganter reſcipſerunt imperatores, his verbis: *In ſucceſſione filij vel filiæ communis, ſine liberis & fratribus & ſororibus morientis, pater manumiſſor, quia ei ſit ius vetus reſervatum, matri præfertur*: jus novum autē appellatur, quod ex S C. vel conſtitutionibus deſcendit, & quod poſt legem 12 tabularum eſt introductum, l. vlt. de regul. juris l. 1. § ſi nemo ad Tertulli. in verbis: *ius antiquum eſto*. Veteri jure dupliciter ad nos pertinet hæreditas, vel ex lege duodecim tabularum, & ab inteſtato; vel ex teſtamento quod jure factum eſt. Etenim licet teſtamentariæ ſucceſſiones lege 12. tabularum confirmentur, & proinde etiam lege obuenire dicātur; l. lege obuenire ff. de verborum ſignif. Teſtamenta tamen antiquiorem originem habent, & magis ex voluntate teſtatoris, quam ex legis authoritate vigorem accipiunt. Ideoq; rectè Cajus. in d. l. 1. diſcrimen facit, inter hereditatem ex lege 12 tabularū, & ex teſtamento jure facto acquiſitā.
Ex teſtamento autem † non niſi vno 4
modo ad nos hæreditas pertinet; nempe vi inſtitutionis, ab inteſtato autem variè, & ex multis cauſis: quippe quod ſui heredes ſimus defuncto, vel agnati. De cognatis Cajus nihil addidit, quia hos primum vocavit prætor. inſtit. de bonorum poſſeſſ. in prin. Item quod defunctum manumiſimus, vel parens noſter manumiſerit; l. 3. ff. de pet. hęr. præterea heres quis fit, ex perſona heredis, nam heres heredis teſtatoris hæres eſt, & ex ſucceſſione vltimi, fit quoque prioris hæres, text. hic in d. l. 3. Quod quomodo accipiatur, eleganterq; explicat Franciſcus Aretinus. conſ. 152.
Rurſus † (vt Vlp. ſcribit) in l. 2. ff. de 5
pet. hær. efficitur quis heres vel ſuo nomine, vel per ſe, vel per alios; quod reſponſum noſtri temporis, doctiſſimi variè accipiunt, Gloſſa & dd. hic. Latè Hippolitus de Riminaldis in l. 1. nu. 21. & ſeqq. C. qui admit. ad bono. poſſ. & Franciſcus Duarenus anniverſariarum diſput. lib. 2. c. 7. nec quiſquam ferè eſt, qui non aliquid de eo ſibi dicendū exiſtimet. Haloander, vt oſtendat duas tātum ſpecies ab Vlpiano proponi, in d. l. 2. ita legit *ſive noſtro nomine, ſive per aliū effecti ſumus*; Cui refragatur omnium veterum librorum fides atque authoritas, dum ita habent, *ſive ſuo nomine, ſive per ſe, ſive per alios heredes effecti ſumus*, licet in libris Florentinis dictio *heredes* prætermiſſa ſit ita vt numerus dictionum alternatiuarum trium ſpecierum poſitionem exigat; quod noviſſime Antonius Auguſtinus aſſerit, in com-

mentarijs ſuis ad d.l.12.tabularũ. Ego exiſtimo,inquit, Vlpianum, tres caſus teſtamentariæ ſucceſſionis ex lege 12. tabularum conſcripſiſſe; ſive quis ſuo nomine, quod ad ſui heredis jus pertinere arbitror; ſive per ſe, cum extraneus inſtitutus eſt, ſive per alios,ſervos puta aut filios heres effectus eſt. Cujus ſententiæ equidem accedo, quo ad numerum caſuum propoſitorum. ſed caſus ipſos reſtringi ad ſolam teſtamentariam ſucceſſionem probare non poſſum: cum Cajus in præcedenti regulâ & definitione, in d. l. 1. non minus de ſucceſſione inteſtatâ ex l. 12 tabularum,quam de teſtamentariâ diſpoſuerit: poſſitque aliquis vel ſuo nomine, vel per ſe,vel per alios, æquè & multo magis ab inteſtato,quam ex teſtamento heres fieri. Credendumque eſt Antonium Auguſtinum deceptum fuiſſe, non ſatis aptâ,& præpoſterâ exemplorum adjectione, quam Iuſtinianus ſeu verius Tribonianus ex Cajo ſubiecit. hic in l.tertia. Illud recte notat Antonius Auguſtinus loco citato verba illa *ſive ſuo nomine*,ad jus ſui hæredis pertinere; quoniam inteſtatorum ingenuorum hereditates pertinent primum ad ſuos heredes,ideſt liberos,qui in poteſtate ſunt,cęteroſque qui liberorũ loco ſunt,quos omnes ſuorum appellatione lex 12.tabularum comprehendit, l. liberorum ff.de verb. ſignificat. ſeu vt Paulus ait, in l. cum ratio ff. de bonis damnatorum. quibus ob naturalem rationem,quæ parentum hæreditatem liberis adycit,in jure civili *ſuorum nomẽ indictum* vt Florentiæ. ſeu vt in cõmunib' libris *indultum*, vel vt rectius apud Haloandrum legitur: *inditum eſt*. Ita vt non immerito Antonius Auguſtinus loco citato verbis Vlp. mendum ineſſe contendat. ſed quia periculoſæ plenũ opus aleæ eſt,ex ſolâ opinione,& conjecturâ,abſque veteribus libris emendari I C. nihil mutamus.quamuis & rei ſubjectæ ratio & dictionum vicinitas, non obſcurè coarguat Vlp. forte ſcripſiſſe,*ſive ſuorũ nomine*; & quod poſteriores litteræ ſeu notæ, temporis antiquitate deletæ,vel obſcuratæ fuerint. Niſi lubeat Vlp. liberare omni vitio & exiſtimare eum ſatis propriè jus ſuitatis expreſſiſſe,verbis illis,*ſuo nomine*, id eſt jure ſuo proprio,& ex ſpeciali prærogativa ſuitatis potius,quam ſimplici jure hereditariæ ſucceſſionis. Etenim † prima cauſa acquirendæ hereditatis, conſiſtit in jure ſuitatis: & ſolidiſſima eſt ſucceſſio,quæ nomine ſuorum acquiritur: in ſuis enim heredibus evidenti' apparet continuationẽ dominij eo rẽ perducere, vt nulla videatur hereditas fuiſſe,quaſi olim hi domini eſſent, qui etiam vivo patre quodammodo domini exiſtimantur,& poſt mortem patris non hereditatem percipere videntur, ſed magis liberam bonorum poſſeſſionem conſequntur. l. in ſuis ff. de liber. & poſt. Ita vt magis jure ſuitatis & tanquam filijs quam heredibus bona acquirantur; quemadmodum operæ debitæ à liberto patrono, tranſeunt ad filium vt filium,& illi debẽtur, licet heres patris non ſit; l. ſi operarum. ff. de operis libertorum. & ſucceſſio libertorum tranſit ad liberos patroni, vt liberos,licet illius heredes non ſint,l. ſi patronus §. fin.de bonis libertorũ. Quod idem 6

Digitized by Google

idem eſt in jure ſepeliẽdi, in ſepulchro parẽtum, l. vel quod §. liberis. ff. de religio. & ſumpti. funerum. in tutela, item in dignitatibus, l. ſi quis in ſacro & l. vnicum §. 1. C. de ſacroſanctis eccleſijs. in regnis, ducatibus, & ſimilibus poteſtatibus, quę deferuntur non jure hereditario, ſed in vim conſuetudinis, ſeu jure primogenituræ. vocaturque ſucceſſio ſingularis, quæ in rem dicitur. l. etiam. ff. de jurejurando. vſque adeo quod pater nec teſtando, nec delinquẽdo ſuis heredibus, primogeinto, ſeu alij ſucceſſori ſingulari præiudicare poſſit,
7 d. l. cum ratio. Vnde † peruulgatum eſt parentem delinquentem, nihil auferre poſſe liberis, niſi ea quæ ab ipſo proveniũt ad eos, ſive illi ab inteſtato ſuccedãt ſive ex teſtamẽto. ea vero quæ nõ à patre, ſed à genere, vel civitate, vel à natura rerũ tribuuntur liberis, firma manẽt, nec per aliqua patris crimina amittuntur, l. 3. ff. de interdictis & relegatis. vt in eleganti ſpetie de ſucceſſione regnorum ducatuum & principatuũ deducunt Iohannes de Terra Nová, olim Galliæ advocatus celeberrimus, in tractatu ſuo de præeminentijs Delphini Franciæ. & Ludouicus de Molina, de hiſpanorum primogi. lib. 1. cap. 8. qui ſcienter adijciunt. quod cum omnium regnorum & principatuum non ſit eadem ratio & conditio, quæſtione oblatâ propriam cujuſque naturam, formam & conſuetudinem in ſuccedẽdo
8 ſpectandum eſſe. Et † huc pertinet celebratiſſima Feudiſtarum diſputatio an proximiori defuncti liceat omiſſa vel repudiata hæreditate feudum apprehẽdere. De quo pulchre ſcribit Caſtrenſis conſilio 401. circa finem. parte prima. Hieronimus Oratus conſil. 2. lib. 1. & Capiti° deciſione 97. & vlt. itẽ dd. in l. eũ qui. ff. de interdictis & rele- 9
gatis. Et † hæc de primâ ſpetie, ſeu caſu Vlp. In ſecundo & tertio laborandũ non videtur. Per ſe enim quis heres efficitur, qui ex ſimplici jure hereditario, ex teſtamento, vel ab inteſtato, ad ſucceſſionem admittitur, abſque ſpeciali ſuitatis vel alterius proprij juris prærogativa. Per † alios autem ſucce- 10
dimus, cum perſonam quæ in noſtrâ poteſtate eſt inſtitutam, puta filiũ vel ſervum, juſſerimus adire hæreditatem, & is adeat, aut actum aliquem gerat, ex quo ſequatur aditionis prẹſumptio. Nã quod Duaremus adfert de procuratore ſeu de curatore, prorſus ineptum eſt. Et hæc † de ſucceſſione ex jure veteri. No- 11
vo jure fiunt heredes omnes, qui ex Senatuſconſultis, puta Tertulliano, Orfitiano &c. aut ex conſtitutionibus ad hereditatem vocantur, d. l. 3. in fine. Rectè † autem ſcribit Cajus hereditatem prædictis modis ad nos pertinere: 12
præſupponit emim non tantum delatã, ſed & aditam eſſe hereditatẽ. qod requiritur vt quis heres fiat, & cũ effectu inſtituatur petitio hereditatis: quamuis vulgari more dicatur habere hereditatem cui ea delata eſt, & qui confeſtim eam, ſi velit adire poteſt. Alciatus in l. nihil aliud. de verbor. ſig. Neque † hic dici poteſt hereditatem, po- 13
ſteaquam eſt adita, confundi facultatibus adeuntis, l. ſed & ſi plures. §. vlt. de vulg. & pupil. ſubſtit. & deſinere eſſe hereditatem, atque incipere eſſe proprium patrimoniũ heredis qui adijt.

Digitized by Google

Nam in hoc judicio non principaliter contenditur de rebus ipſis, ſed de vniverſitate & jure hereditario, & rerum reſtitutio venit in conſequentiam ex officio judicis. ob quod hereditatis petitio rectè inſtitui poſſe videtur, etiam ſi nō tantum adita fuerit hereditas, verumetiam apprehenſa poſſeſſio rerum hereditariarum. Nec perdi aut vitiari ſignificationem hereditatis, aut hereditariæ ſucceſſionis, cum ſemper proſit heredi, & præſtet idoneum titulum dominij, quo jus ſuum tueatur, ſive ipſe agat, ſive ab alijs conveniatur.

SVMMARIA.

1. *Subſidiaria actio pupillis Prodigis &c. adverſus Magiſtratus prodita.*
2. *Eamque & heredi & in heredes concedi.*
3. *Adhibitâ tamen diſtinctione cum in heredes datur vtrum dolus an culpa intervenerit.*
3. *Eâdem diſtinctione retentâ, optionem concedi ei qui pupillus fuit quem ex magiſtratibus convenire velit, ſi modo omnes ſoluendo ſunt. & .6.7.*
5. *L. in Magiſtratus ff. de Magiſt. conuen. emendata.*
8. *Actio ſubſidiaria vltimum remedium.*
9. *Magiſtratus, ante excuſſum collegam tutoris quando conveniatur.*
10. *Subſidiariam actionem ſolis pupillis non etiam contutoribus competere.*
11. *Subſidiaria actio quando ceſſet. & 13.17.20.*
12. *Fideiuſſor idoneus pro adminiſtratione tutelæ quis dicatur.*
14. *L. ſi quis vxori. §. ſi fugitivum ff. de furt. emendata.*
15. *Indemnitatis promiſſio quomodo & quando iudici rectè fiat.*
16. *Subſidiariam actionem ex quaſi contractu profluere.*
18. *L. vlt. C. de Mag. conuen. emendata & explicata.*
19. *Zeno imperator qualis fuerit.*

CAPVT DECIMVM-QVARTVM.

1 NOn † ſolum in tutores vel curatores pupilli, adulti, furioſi, mente capti, ſed & in magiſtratus, qui tutores dederunt, actio eſt prodita, quippe vtilis tutelæ vel negotiorum geſtorum, quæ ſubſidiaria vocatur, & velut ſacra quædam anchora, vltimum præſidium auxiliumq́; minorib' adfert. Adeo enim intereſt reipublicæ, res pupillorum & minorum ſalvas fore, vt non ſolum tutores & curatores, eorumq́; heredes, & fideiuſſores teneantur ex adminiſtratione, verū etiam his excuſſis perueniri poſſit ad ipſos Magiſtratus, quibus imputatur, ſi vel moniti tutorem vel curatorem nō dederint, vel diutius quam par eſt, dare diſtulerint: vel tutorem quidem dederint, ſed non idoneum, aut ſi idoneum dederint non exegerint ſatiſdationem: vel ſi ſatiſdatio ab initio non fuerit exacta idonea, l. 1. §. Magiſtratus. l. ſi tu. & l. adverſus. C. de mag. con. quoties enim vitioſè cautum vel ſatiſdatū eſt, non videtur cautum vel ſatiſdatum. l. quoties ff. qui ſatiſdare cogantur. ſed & hoc nomine tenentur Magiſtratus ſi de facultatibus vel nominibus tutorū

malè

malè inſtruxerint prætorem vel præſidem, d.l.1. in prin. Nec † tantum pupilli ſed etiam ſucceſſores eorum ſubſidiariam exercere poſſunt. l. 1. §. non tantum ff. eod. et hoc non ſolum contra Magiſtratus, verum etiam contra heredes eorum, propter dolum ſcz aut culpam dolo proximam. In † quo eſt diverſa conditio magiſtratuum & heredum. Nam non ſimiliter tenentur heredes magiſtratuum vt ipſi tenentur. heres enim levis culpæ nomine nō tenetur; Magiſtrat' verò in omne periculum ſuccedit, atque etiam ex levi culpâ tenetur. l. non ſimiliter ff. eo. Et hoc eſt quod eleganter Alexander Imperator Paterno reſcripſit, in l. in heredes C. hoc tit. In heredes Magiſtrat', cujus non latâ culpâ idoneè cautū pupillo non eſt, non ſolere actionem dari. Et ex Diui Pij reſcripto confirmat Vlp. in l. quod ad hæredem ff. eo. dum ſcribit; in hæredem Magiſtratus, non niſi causâ cognitâ actionem dari, nec aliter eum inquietari, quam ſi evidenter Magiſtratus cum minus idoneis fideiuſſoribus contraxerit, ita quod dolo vel latâ culpâ ſit verſatus. Eademque † diſtinctio doli, latæ culpæ, & leuis culpæ plerumque in ipſis Magiſtratibus conueniendis adhibetur, & obſervatur quoad admittendum vel excludendum diviſionis beneficium, Gloſſ. & dd. in d.l. in hæredem, nam ſi ex levi culpâ tantum arguatur Magiſtratus, denegatur ei, qui pupillus fuit, optio, cum quo agere velit, & pro virili parte vnumquemque convenire debet. Quod ſi agatur de dolo, vel latâ culpâ eligere poteſt in quem velit actionem exercere in ſolidum. Quod probatur eleganti Celſi adoleſcentis reſponſo. in l. in magiſtrat' ff. eo. quo ita continetur; in Magiſtratus qui tutorem dederunt rogo reſcribas, vtrum pro virili portione actio danda ſit, an optio ſit ejus, qui pupillus fuit, cum quo potiſſimum agat; reſpondi, ſi dolo fecerunt Magiſtratus, vt minimè pupillo caveretur, in quem velit actio ei danda in ſolidum; ſed ſi neque culpa duntaxat eorum, neque dolo malo id factum eſt, æquius eſſe exiſtimo, pro portione in vnumquemque eorum actionē dari. Quæ † poſterior reſponſi pars, in omnib' communibus codicibus corruptè & ſine ſenſu legitur; *ſed ſi neq; culpa duntaxat.* Ideoq; emendari & reſtitui debet, hoc modo, *ſed ſi*; vel; *ſin culpa duntaxat eorum, neq; dolo malo id factum eſt.* Ita enim propriè ſtat, & particularem vim ſuam exercet adverſativa, totumque reſponſum, ipſaq; I C. diſtinctio eſt plena perfectaq; dum in priore parte, ob dolum Magiſtratus ſinguli tenentur in ſolidum: in poſteriore vero, quia de levi culpâ tantum agitur, pro virili portione, ſaluo manente diviſionis beneficio. Et † ad hunc modum accipiendum eſt reſponſum Imp. in l. ſi tu & collega tuus. C. h. t. quo permittitur magiſtratibus cōventis poſtulare, vt pro virili parte tantum actionem excipiant. id enim ſecundum Celſi diſtinctionem in d. l. in magiſtratus. accipere oportet, de Magiſtratibus ob ſolam levem culpam conventis: nam dolus aut lata culpa diviſionis benificium excludunt. Et vt † in hac parte Celſi diſtinctio lucem adfert Imp. reſcripto, in d. l. ſi. tu. ita è

Note: margin numbers 2, 3, 4 (left) and 5, 6, 7 (right) mark sections.

diuerſo in aliâ parte, Celſi diſtinctio collimanda eſt, ex eodem Imp. reſcripto: Nam quod Celſus generaliter reſpondet, magiſtratum ex culpa cõuentum, ſi velit, non teneri niſi pro virili parte, ex imp. illo reſcripto, reſtrictionē & limitationē accipit: vt videlicet ita demum proſit diviſionis beneficium, his, qui ex culpa tantum conueniuntur, ſi omnes ſolvēdo ſint, adminiſtrationis finito tempore. d. l. ſi. tu &
8 collega. Actio † autem ſubſidiaria a fine & effectu nomen habet, quia non datur, niſi ordine rerum ſervato, ad extremum ſubſidium, & cum omnia alia remedia deficiunt. Primo enim cõveniuntur tutores vel curatores, qui adminiſtrarunt, eorumq; fideiuſſores; tunc cæteri contutores ſeu collegæ, ad quorum periculum conſortium adminiſtrationis ſpectat, l. adverſus. hoc tit. id eſt, inter quos neque à judice, neque à teſtatore diviſa fuit tutela. Nam tutores quamuis non adminiſtraverint, atque eo amplius ipſi inter ſe tutelam diviſerunt, nihilominus deficientib' his qui adminiſtrarunt, indemnitatem inſolidum ei qui pupill' fuit, reliqui præſtare coguntur, excutiunturq; cum fideiuſſoribus ſuis, antequam ad magiſtratus perveniatur; d. l. adverſus & d. l. in magiſtratus C. hoc tit. l. duo & l. in magiſtratus ff. eo. adverſus quos, vtilis actio ita demum competit, ſi vniverſis bonis tutorum, ſeu curatorum, nec nō fideiuſſorum excuſſis indemnitati pupillorum non ſit inſolidum ſatisfactū.
9 Sanè † aliquando Magiſtrat' ante collegam tutoris convenitur, vt ſi teſtamentarius ſuperſtes cum dativo in alterius teſtamentarij defuncti locum, diuiſa tutelâ à iudice, ſeu teſtatore geſſerit, & is dativus rem non ex fide, aut alias perperam adminiſtravit; tū enim prius eos qui ſe per eo obligarunt, vel Magiſtratus ipſos, qui illum dederunt, convenire oportebit, quam ad contutorem eatur; quia tutelæ diviſio hîc impedit, quo minus conſortium adminiſtrationis ad periculum contutoris pertineat. Prodita † eſt autem ſubſidiaria actio, ad favorem pupilli, ideoque 10
tutori non datur, niſi cum ignoravit contutorem qui adminiſtravit, non ſatiſdediſſe culpa Magiſtratus, l. proponebatur cum ſeq. ff. eo. Præterea † hæc 11
actio, etiamſi indemnitati pupilli non ſatis ſit proſpectum, non ſemper datur in Magiſtratum, ſed ita demum ſi ſatiſdationem idoneam non acceperit; vt liberari videatur Magiſtratus, ſi tempore decretæ adminiſtrationis, tutores ſeu curatores aut fidejuſſores eorum ſint idonei, & ſolvendo, vt quidam volunt. Damhauderius de tut. Quod non videtur admittendum: quia non ſufficit, eos tempore quo conſtituuntur fuiſſe idoneos, vt periculo eximantur Magiſtratus, ſed eo amplius, ſatiſdatio cautioque idonea exigenda eſt. vt eleganter expreſſit Vlp. his verbis, ſi Magiſtratus ab initio tutorem idoneum dederit, ac ſatis non exegit, non ſufficit: quod ſi ſatis exegit, & idoneum exegit, (ſeu rectius) elegit, quamuis poſtea lapſi ſint facultatibus tutores, vel fidejuſſores, nihil eſt quod ei qui dedit imputetur: non enim debent Magiſtratus futuros caſus & fortunam præſtare. Sed etſi ſatis non exegit, idoneus tamen tu-

tor

tor eo tempore fuit, quo tutelæ agi poteſt, ſufficit, Magiſtratus enim non niſi in ſubſidium tenetur, quando neque à tutore, neque fidejuſſore ejus, ſolidum ſervari poteſt pupillo, quod facilè poteſt, ſi tutor eo tempore quo tutelæ agi poteſt, ſoluendo ſit, id eſt adminiſtrationis finito tempore ſufficientes facultates habeat, ex quibus quondam pupillo ſatisfiat, vt reſpōdit Vlp. in d. §. in magiſtratus & probant Diocle. & Maximianus, in l. in magiſtrat⁹. C. eo. tit. Probatio autem non incumbit pupillo, vt probet fidejuſſores ſolvendo non fuiſſe; ſed Magiſtratui; vt doceat eos ſolvendo fuiſſe. in d. §. in magiſtra-
12 tus. Vnde † rectè quæritur, quantum habere debeat fidejuſſor, & qualis cautio eſſe debeat, vt idonea judicetur. Et quidam requirunt tantum in bonis fidejuſſoris, quantum eſt in patrimonio pupilli: quorum ſententia ex eo dubia redditur, quod tutores pupillorum valde divitum, puta Regum aut principū, non invenirent fidejuſſores; & rurſus, quod fidejuſſor æquales opes patrimonio pupilli poſſidens, poſſit eſſe rixoſus, vel in longinquo habitans, eaque ratione inidoneus. Bart. in l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. de verb. obligat. Romanus in l. fin. ff. ſi certum petat. Alij itaque, & rectius idoneam ſatiſdationem æſtimari voluerunt ex facultatibus, nec non ratione loci, & morū, totamque hanc rem permiſerunt judicis arbitrio, vt is æſtimaret pro negotij & perſonarum qualitate, idonea vel inidonea eſſet, cautio, vt multis probat Damhouderius. in tractatu de tutelis.
13 Sed † cum arbitrando judex labi poſſit, & fidejuſſorem idoneum approbare, qui revera eſt inidoneus; poteſt judex ſeu Magiſtratus. ſibi conſulere, & ſecuritati ſuæ proſpicere per ſtipulationem indemnitatis, & fidejuſſionem eo nomine poſtulandam à tutoribus, vel curatoribus, vt diſerte reſcripſit Antoninus. hic in l. 1. Et in ſimili negotio probat Vlp. in l. ſi quis vxori. §. ſi fugitiuum. ff. de furt. ſi fugitiuum meum, quis quaſi ſuum, à duumuiris vel alijs, qui poteſtatem habent de carcere vel cuſtodia dimittere, acceperit, an is furti teneatur, & placet; ſi fidejuſſores dederit, in eos domino actionem dandā, vt hi mihi ſuas actiones mandent; Se-
cundum † communem lectionē, quæ 14
duob⁹ locis eſt depravata. priore in verbis *dimittere acceperit*; pro quibus æque malè Florentiæ legitur, per ſolam dictionem *dimitteret*; cum ex Norico libro legere oporteat *dimittendi acceperit*, hoc modo. *Si fugitium meum quis quaſi ſuum à Duumuiris, vel alijs, qui poteſtatem habent de carcere, dimittendi, acceperit &c.* poſteriore verò, in verbis, *domino actionem dandam*, quæ etſi eodem modo in Pandectis Florentinis legantur, tamen ſunt adulterina, non cohęrentia ſequētibus, & ſine ſenſu: ideoq; licet deſtituamur authoritate, expungemus dictionem *(domino)* & reponemus *Duumviris*; vt hoc modo legatur, *ſi fideiuſſores dederit, in eos Duumuiris actionem dādam. vt hi*, id eſt, *Duumiuri, mihi ſuas actiones mandent*. Nam hoc modo elegans eſt orationis cohærentia, & conſequentia. Et ſententia Vlp. manifeſta; quod ſi is qui fugitiuum meum quaſi ſuum, à Duūuiris relaxari obtinuit, datâ fide-

juſſione indẽnitatis, Duumuiris in fideiuſſores actionem dari, eamq; ab illis cedi poſſe domino fugitivi, poſtea requirenti, conquęrentique de damno
15 illato ſibi per relaxationem. Et ad † hunc modum interpretes accipientes reſponſum illud, quamuis depravatũ, notarũt valere indẽnitatis promiſſionẽ, judici vel Magiſtratui factã. Bart. in d. §. ſi fugituum. quia non corrumpit judicem, inquit Baldus, hic in l. 1. qui ei indemnitatẽ alicujus facti promittit; quod verum eſt, cum non apparet judicem evidenter injuſtitiam facere. Sed eſt dubium, & ſcrupulus, adverſus quem, vt judex ſecur⁹ ſit & periculo liberetur accipiat indẽnitatis promiſſionẽ. Quod à Bartholo & Angelo locis citatis. Bald. ad d. §. ſi fugitiuũ. Caſtr. in l. ſi à reo. §. fin. De fidejuſ traditur. Cujus rei, in vſu & praxi frequens eſt quæſtio, ſive ipſẽ judex ſibi proſpiciat, ne in ſyndicatu teneatur, ſive prætor, aut præfectus, ſive executor ſententiæ; ne ſi executio arreſtatio, incarceratio, relaxatio inveniatur malefacta, diſpendium expenſarum damnorum & intereſſe ad ipſos redundet, ſed à parte ad cujus inſtantiam quid factum eſt, reſarciatur. Id quod propriè ad Antonini reſcriptum pertinet, hic in l. 1. A
16 quo † priuſquam digrediamur, ſciendum eſt, ſubſidiariam actionem, quam Antoninus vtilẽ vocat, hic in l. 1. eſſe tutelæ, vel negotiorum geſtorum, & ita non ex dolo vel delicto, ſed ex quaſi contractu profluere, ideoq; & ad heredem tranſire, & non ſolum ſortem, verumetiam vſuras per eam peti poſſe. l. in heredes hoc tit. l. vlt. ff. eo. quod aliter ſe haberet, ſi ex delicto naſceretur, & pœnalis eſſet, & nõ rei perſecutoria; quia actiones ex delicto non tanſeunt contra heredes, tot. tit. C. ex delict. defuncti. & pœnarum vſurę peti, non poſſunt. d. l. f. ff. eo. Illud † quoque, ad 17
avertendam ſubſidiariam actionem, liberandumque magiſtratum conſiderant interpretes, ſi vitio ſcribæ minus idonea ſatiſdatio accepta ſit quia tunc non culpa judicis, ſed ſcribæ arguitur, qui tanquam non amplius ducentis libris auri patrimonium valeret, fidejuſſorem acceperat; Nam hoc caſu, ſi qua læſio rebus minoris illata fuiſſe probetur, non judex qui curatorem dedit, ſed ſcriba cujus negligentiã, vel dolo veræ ſubſtantiæ taxatio occultata eſt, convenietur, ex imp. Zenonis reſcripto, ſecũdum communẽ ſententiam interpretum. Quam † probare non poſſum, 18
quia in reſcripto Zenonis, non agitur de curatore à minore Magiſtratu dato, neque de ſententiâ & decreto prætoris, ſuper inventarij confectione (vt vulgus doctorum interpretatur) interpoſito, ſed de curatore ab ipſo prætore dato, & conſtituto, & cui ſententia & decreto prætoris, generalis adminiſtratio mandata & confirmata eſt; vt apertè indicant prima verba reſcripti, ſic vt nihil quæratur apud Zenonem, de actione ſubſidiaria, nullæque fuerint partes inferioris Magiſtrat⁹, niſi fortè in inſtruendo vel renuntiando prætori, de nominibus, de facultatib⁹ tutoris, ex quo non tenetur, niſi dolo vel lata culpa verſatus ſit, l. 1. poſt. prin. ff. eo. De quo Zeno non agit, ſed totam dubitationẽ in eo conſtituit, an nulla & invalida ſit

curato-

Digitized by Google

curatoris datio, propter vitium ſcribæ, & erratum in taxatione, ſeu æſtimatione rerũ admiſſum. Quod negat Zeno imp. propter authoritatem & ſententiã prætoris, qui ſubſidiaria non tenetur, & cujus ſententia jus facit. Si tamen ex vitio æſtimationis damnum rebus minoris illatum ſit, datur in factum actio, adverſus ſcribam, qui doloſe vel negligenter verſatus eſt, in æſtimatione faciendâ & fidejuſſione accipiendâ. Quæ vera eſt ſententia ejus, quod à Zenone reſcriptum eſt, & alijs IC. reſponſis comprobatur. l. Imperator. ff. de ſtatu hominum. l. librarius ff. de reg. jur. l. fin. ff. ſi menſor falſum modũ dixerit. Bald. conſ. 107. incip. magnificus. lib. 1. Et ſequendo hanc ſententiam quæ vera eſt, facile intelligitur, poſteriorẽ reſcripti partem in pleriſque libris corruptam depravatamque eſſe, in verbis *nõ curatoris erit ratio reprehendẽda*. Quoniam Zeno imp. non vult excuſari ipſum curatorem, aut rationes illius extra reprehenſionem eſſe, quia ipſe fidejuſſorem dedit, & primo loco etiã ante fidejuſſorem & ſcribam conveniri, & excuti debet, ſecundum notiſſimas juris regulas, quas etiam ipſe Accurſius & alij, miſerè variantes, hic admittunt. Sed Zenonis ſcop' & intentio eſt, quod propter ſubſtantiæ taxationem perperam factam à ſcribâ, non debeat vacillare, aut inualida cenſeri ipſa curatoris datio, quam ipſe prętor tanta ſolemnitate fecit: ſed ſi damnum rebus minoris illatum neque à curatore, neque à fidejuſſore recuperari poſſit, ad ſcribam perveniri poſſe. Caſtiganda eſt itaq; lectio, legendumq; non *ratio*, ſed *datio*. qui error facile irrepere potuit mutatione vnius literæ; vel etiam innovandi ſtudio alicujus ſcioli, non tã ad legum diſpoſitionem, quam ad ſermonis elegantiam reſpicientis. vt vitaretur ſcz in eodem reſcripto ejuſdem dictionis geminatio. à Zenone admiſſa, † qui vt ſcribit Baptiſta Egnatius, 19
lib. 2. Romanorum principum. vir fuit obſcuriſſimi ſanguinis, & cum facie deformis, tum moribus plane tyrannicis, vt Iſaurum & barbarum agnoſcas. De- 20
nique ſciendum eſt actionem ſubſidiariam, neque ad prætorẽ neque ad præfectum vrbis, neque ad præſidem provintiæ, neque ad quenquam aliũ pertinere, cui ad inſtar prȩſidis, tutores dandi jus eſt, cujuſmodi ſunt procõſules, præfectus Ægipti, legatus proconſulis; ſed ad eos tantum, qui minorẽ Magiſtratum gerunt, quales ſunt defenſores civitatum, juridicus Alexandriæ, & municipales Magiſtratus: §. neque autem. inſtit. de ſatiſdat. tut. his enim imputatur, quod ſatiſdationem non exegerint, cum poſſent recuſantes tutores aut curatores veluti ſuſpectos removere, vel pignoribus captis, ad ſatiſdationẽ compellere, d. §. neque autem.

SVMMARIA.

1. *Pandectarum Florentinarum notabilis emendatio ad legem. ſi heres vnus. 7. ff. familie herciſcunde. & 3.*
2. *Victoria heredis, quomodo ei, qui poſtea apparuit coheres, proſit. & 4.*

P 2

CAPVT DECIMVM-QVINTVM.

QVamuis pandectarum Florẽtinarum exemplar antiquiſſimum & ob ſinceritatem & fidem ſcripturæ in ſumma veneratione ab omnibus habeatur, plurima tamen in eo ocurrunt, ſuperiorum temporum calamitate & ignoratione, adeo conturbata & imperfecta, vt non ſolũ non defendi, ſed nec tolerari poſſint aut debeãt. Extat Venulei reſponſum, in l. ſi hæres vnus. ff. famil. herciſcũdę. quod Florentiæ ita legitur; *Si heres unus cum ſub conditione adiectum coheredem, aut apud hoſtes adiectum* [*eo*] *haberet, dixerit ſe heredem eſſe; & actione expertus vicerit; deinde conditio heredis extiterit, vel poſtliminio redierit, an victoriæ commodum debeat eum eo communicari? nam indubitatè iudicati actio ei in ſolidũ competit, & electionem coheredi dandam, id eſt, aut communicandam eam; aut experiundi faciendã poteſtatem huic.* In quibus non ſolum dictio *adiectum* perperam geminatur, ſed hoc amplius dictio, *eo* notis incluſa, prorſus ſupervacanea eſt; & verba illa, *nam indubitatè iudicati actio ei in ſolidum competit*, præcedentem dubitationem & interrogationem ineptam atque inutilem conſtituunt; & cum ſequenti reſponſione & deciſione Venulei ex diametro pugnant. Etenim ſi hæredi qui vicit, indubitatè actio judicati inſolidum competit, malè dubitatur an victoriæ commodũ communicari debeat ei, qui poſtea hæres factus eſt, & valdè incongrua eſt ſubjecta reſponſio atque deciſio, per quam is, qui ſententiam obtinuit, commodum victoriæ communicare cogitur, aut experiundi poteſtatem facere ei, qui poſt victoriã coheres factus eſt. Quoniam ſi ei qui vicit, judubitatè actio judicati in ſolidũ competit, nihil eſt quod acceſſionem coheredis timeat, & fruſtra quæritur, dubitatur & reſpondetur de neceſſitate communicandi commodum victoriæ; ſiquidem verba illa *nam indubitatè iudicati actio ei in ſolidum competit*, certum ſecurumq; eum, qui vicit, conſtituũt, & omni dubitatione & metu reſtituendi, communicandi, compenſandique liberant, propter poteſtatem adverbij indubitatè, id eſt, indubitanter, certò, atque omni ſcrupulo & dubitatione remotâ. Plinius lib. 9. c. 4. in verbis indubitatum exemplum. & lib. 31. c. 3. in verbis indubitata ſpes & in l. quod ſi velit verſ. ancilla. in verb. indubitate hoc quoque reſtituetur. ff. de ædilitio edicto Ob quod non ſolum conſenſus meliorum codicum, verumetiam ipſa Venulei ſententia dictionem cauſalẽ *nam* repudiant, & interrogativam particulam *an* poſtulant, ſecundum lectionem Noricam, in quâ eleganter geminatâ interrogandi particulâ, ita ſcribitur, *Si heres vnus, cum ſub conditione aut apud hoſtes adiectum coheredem haberet, dixerit ſe heredem eſſe, & actione expertus vicerit; deinde conditio heredis extiterit, vel poſtliminio redierit, an victoriæ cõmodum debeat cum eo communicari, an indubitate indicati actio ei in ſolidum competat.* Quæ interrogandi particula etiam in communibus libris deſideratur, cũ tamen omnino ſit neceſſaria, vt hæc ſit Venulei ſententia; Si hæres vnus cum ſub conditione aut apud hoſtes

ſtes adjectum cohæredem haberet, dixerit ſe hæredem eſſe, & actione expertus vicerit; denide conditio hæredis extiterit, vel poſtliminio redierit, quæritur an victoriæ commodum debeat cum eo communicari, an indubitatè judicati actio ei in ſolidum competat, vt ſcz principaliter de eo quæratur an commodum judicati, excluſo coherede poſta facto, in ſolidum manere debeat penes eum qui ſententiam obtinuit. Quod prima facie videri poterat, propter præventionem & diligētiam ab eo præſtitam, & ſententiā pendente conditione obtentam, quæ ſtricti juris eſt, nec perſonam eam obtinentis egreditur. Sed † re penitus intro-
2 ſpectâ, examinatâq;, Venuleo, aliud viſum eſt, ob id quod heredi ſub conditione inſtituto, aut apud hoſtes exiſtēti, item poſthumo, ſilentium imputari non debeat, ſi ad hæreditatem poſt victoriam coheredis peruenerit; tex. in d. l. ſi hæres. adeo quod pendente conditione leges præcipiant inter coheredes omnia integra manere, in id temp⁹, quo eveniet alterius portionis conditio. l. ſi ſolus. ff. de acquirenda hereditate. l. 1. in prin. ff. de bonorū poſſeſ. contra tab. Et quod ex re vel ob rem communem ad vnum ex coheredibus pervenit, id alteri vel familiæ hærciſcundę vel communi dividundo judicio communicare teneatur, l. ſi in re communi. ff. de noxa. act. etiamſi pendēte cōditione alterius coheredis alteri quid acquiſitum ſit; & hoc ſive agatur de fructibus ab vno heredum ex rebus hęreditarijs perceptis, ſive de ſumptibus in ijs factis, ſive de ipſis rebus & nominibus hereditarijs vni adjudicatis, ſeu aliter acquiſitis, priuſquam alij ad hereditatem pervenirent. d. l. ſi heres vn⁹ & d. l. ſi ſolus. & l. idem & ſi apud vnū. §. ſi mihi. ff. de vſufructu accreſcend. Cæterum quia apud Venuleum in d. l. ſi heres vnus. purè inſtitutus, qui pendente conditione alterius, victoriam obtinuit, majore honore à defūnctô adfectus fuit, & diligentiæ laudem habet in obtinendâ victoriâ, quæ poſtea etiā alteri prodeſt, licet non habeat, nec retineat indubitate judicati actionem in ſolidum, nec præciſe liberetur à communicatione emolumenti obtenti; ex benignitate tamen, & beneficio legis eum favorem conſequitur, vt electionem habeat, aut communicādi actionem iudicati, aut experiundi poteſtatē faciendi huic, qui poſt victoriam coheres effectus eſt, ceſſa illi actione judicati pro parte ſua, vt pulchrè facta ſuppletione verbi *puto*, ex Norico lib. ad conſtituendum decidendi principium, reſpondit Venuleus, in d. l. ſi heres vnus. hoc modo; *& puto electionem coheredi dandam.* Vt † recte interpretatur Ac- 3
curſius, hic. licet Fulgoſius reclamare videatur: Nam durum & iniquum foret, ei qui vicit actionem judicati præciſe & abſolutè auferri. Et † quod dicitur de eo qui poſt ſententiam obtentā ab vno coheredum, ad hereditatē pervenit, non malè extendit Accurſius ad eum qui poſt litis conteſtationem & ante pronuntiationem ſententię coheres efficitur. Nam licet ante ſententiam heres ſit, non tamen ſtatim intelligitur præſens eſſe, aut conſentire in hoc, quod coheres in ſolidū & pro toto

P 3

Digitized by Google

debito ſolus agat. Pręterea cùm litiſcōteſtatio à purè inſtituto facta ſit, antequam alius heres fieret, non videtur ratio quare heres poſtea factus actionē ab altero in ſolidum propoſitam poſſit impedire, niſi adverſus ipſum cohæredem inſtet & vrgeat, pro conſequenda communione ex legis beneficio. d. l. ſi heres vnus.

SVMMARIA.

1. *L. 4 ff. de decret. ab ord. faciend. emendata & explicata. & nu. 6.*
2. *Debitorem reipublicæ dimittere aut ambitioſas largitiones facere decurionibus vetitam.*
3. *Si tamen ante viginti annos facta ſint retractari non debent.*
4. *Rationes adminiſtrationis publicæ poſt quæ tempora non retractentur.*
5. *Ambitioſa decreta, itemque ambitioſæ ſententiæ quæ dicantur.*
7. *Decuriones donare quibus caſibus poſſint.*

CAPVT DECIMVM-SEXTVM.

1 MVlta ac varia Gloſſemata ab Irnerio fortè Pandectis interpoſita commemorat Iacobus Cuiatius, obſervat. lib. 21. ca. 24. & 25. Quibus † adyci poteſt quod Vlpianus reſpondit lib. ſingulari de officio curatoris reip. in l. 4. ff. de decretis ab ordine faciendis. his verbis: *ambitioſa decreta decurionum reſcindi debent, ſive aliquem debitorem dimiſerint, ſive largiti ſunt, proindè (vt ſolent) ſive decreverint de publico alicuius vel prædia, vel ædes, vel certā quantitatem præſtari: nihil valebit huiuſmodi decretum*: Quæ nō ſatis cohærent, nec idoneum ſenſum habent, & à conſuetudine latinè loquendi aliena ſunt: nam dictiones illæ *proinde vt ſolent*, inconcinnè medio reſponſo inſeruntur, & filum continuæ orationis abrumpunt, impediuntque continuationem conjunctionum, quam dictio illa *ſive* expoſtulat. Iacobus Reyvardus, de ambiguitatibus juris. lib. 5. c. 6. æſtuans laboranſque quonam pacto rem explicet, primo tentat difficultatem tollere per interpretationē vocabuli, vt *proinde* accipiatur pro *propterea ſi.* perinde ac ſi dictum eſſet, propter dimiſſionem debitoris. ſed quia hoc durum eſt, vt verè durum eſt, nec ſufficit ad integritatem loci reſtituendam, arbitratur ipſe levi correctione adhibitâ, difficultatē tolli poſſe: vt videlicet omiſsâ dictione *proinde* hunc in modum legatur, *ſive largiti ſint pro indemnitate, vt ſolent.* idq; Tri bonianū nō cōſideraſſe, qui cū *pro indemnitate* ſcribere debuiſſet, errāter *proinde* repoſuiſſe videtur. Quod magis durum eſt & graviore vulnere reſponſum Vlpiani afficit. nam hac ratione ſequentia verba: *nihil valebit huiuſmodi decretum*, eſſent inutilia, nec poſſent cum primis reſponſi verbis, *ambitioſa decreta decurionum reſcindi debent*, conſiſtere, & ſimul determinationi mediorū congruere, quia vtraque eandem ſentētiam habent nec poſſunt ad ejuſdem orationis abſolutionem cumulari vel accommodari. Mihi itaque videtur adverbium *proinde*, retinendū

in

in eâ ſignificatione, vt accipiatur pro propterea, propter hoc, quapropter, ſeu ideo, ideoque; ſed loco ſuo movendũ, referendumque ad reſponſi principiũ, vt dependeat ex ſuperiore ſententiâ, hoc modo: *ambitioſi decreta decurionũ reſcindi debent, proinde ſive aliquem debitorem dimiſerint, ſive largiti ſint, vt ſolent, ſive decreverint de publico alicui vel prædia, vel ædes, vel certam quantitatem præſtari, nihil valebit huiuſmodi decretum.* Quæ elegans eſt orationis connexio, elegantem ſententiam & determinationem habens, omnibus in rectâ ſerie & propriâ ſede collocatis, quæ trãſpoſita orationem reddebant duram, inſuavem & ineptam cum ſententiæ perturbatione, quæ nunc clara & manifeſta eſt. Nam à principio Vlpianus pro regula generali proponit, ambitioſa decreta decurionũ reſcindi debere, cui regulæ per illationem ſubijcit; proinde ſive aliquem dimiſerint, ſive largiti ſint, vt ſolent, ſive decreverint de publico alicui vel prædia, vel ædes, vel certam quantitatem præſtari, nihil va-
2 lebit hujuſmodi decretũ. Non † enim in poteſtate decurionum eſt aliquem reip. debitorem dimittere, vel alicui prædia, aut certam qna[illegible]tatem decernere, vt ex verbis Traiani conſtat apud Plinium: lib. 10. epiſtolarũ. *Sicut largitiones*; inquit; *ex publico fieri mandata prohibent, ita ne multorum ſecuritas ſubruatur, factas ante aliquantulum temporis retractari, atque in irritum vindicari*
3 *non oportet.* Etenim † Iulio Piſoni, Cõmune Amiſenorum, publice & ante vigniti annos cum omnium Decreto quadraginta millia de publico dederat. Actor municipum hanc pecuniam cõdicebat à Piſone; Nam largitiones de publico fieri, ſeu ædes, ſeu prædia, ſeu quantitas præſtetur, aut debitori pecunia remittatur, Principum mandatis prohiberi, & irrita eſſe illa omnia decreta, vt ambitioſa: Ex adverſo, Iulius Piſo allegabat, ſua plurima & maxima in Remp. beneficia, eò propè omnes ſuas facultates erogaſſe. Addebat etiam temporis ſpatium, & poſtulabat, ne id quod pro multis ſuis beneficijs, & longo jam intervallo accepiſſet, cum everſione reliquæ ſuæ dignitatis reſtituere cogeretur. Si largitiones omnes nulla temporis prærogativa retractari atque in irritũ vindicari placeat, fore vt multorum ſecuritas ſubuertatur, nihilque certo & optimo jure quiſque poſſideat. Hic non tam largitionem fuiſſe, quã ſalarium; quam remunerationem. Itaque Plinius, apud quem de controverſia illa agebatur pronuntiauit ex reſcripto Traiani Imp. *Quæ ante viginti annos acta, & tranſacta eſſent, reſcindi nõ oportere.* Quo † reſpexiſſe videtur Her- 4
mogenianus in l. in omnibus. de diver. & temp. præſ. dum reſpondit. *reipub. rationes ſubſcriptas & expunctas, adverſus eum quidem qui adminiſtraverit vltra viginti, adverſus vero heredem vltra decem annos retractari non poſſe.* Secundũ quæ accipere oportet quod Modeſtin⁹ ſcribit. in l. calculi. de ad. rer. ad. ciuitat. per. calculi quidem erroris retractationem etiam poſt decennij & vicennij tempora admitti, ſed ſi gratioſè expunctæ dicantur rationes retractari nõ debere. ſcilicet poſt decennij & vicennij tempora, intra quæ vt cætera ambitioſa

Digitized by Google

decreta retractationi ſubyciuntur. arg. d.l.in omnibus ff.De ambitioſis decretis.Plura de ambitioſis decretis tractat
5 Reyvardus, Loco citato. Rectè † aſſerens ambitioſa decreta dici, quæ vel gratis, vel acceptâ mercede contra jus & æquum in alicujus favorem à judicibus interponuntur. quomodo ambitioſas ſententias dixit Suetonius.in Domitiano *ambitioſas* inquit *cẽtumvirorũ ſentẽtias reſcidit:* Quod tamẽ juri civili nõ ſatis cõgruit nã vt Metianꝰ ſcribit. in l. ſervo inuito. §. cum prætor. ff. ad S C. Trebellianum. *cum prætor cognitâ causâ per errorem, vel etiam ambitioſè, juberet hereditatẽ vt ex fideicõmiſſo reſtitui, etiam publicè intereſt reſtitui propter rerum iudicatarum autoritatem.* & codẽ ſenſu ambitioſa decurionum decreta accepit Vlp.in d.l. ambitioſa. eademq; ratione idem Vlp. agens de decretis, minoribus rerum ſuarum adminiſtrationem permittentibus,in l. 3. in prin. ff.de minoribus.ſcribit in hunc modũ, *Divus Severus, & imp.noſter, huiuſmodi conſulum vel præſidum decreta quaſi ambitioſa eſſe interpretati ſunt.* Antequam
6 † ab Vlp.reſponſo in d.l.ambitioſa.diſcedamus,admonendi ſumus poſteriorem partem ejuſdem reſponſi in §. ſed & ſi ſalarium. non ſolum ſuſpectã eſſe propter orationis duritiem, in verbis *nonnunquam vllius erit momenti* ,verũ etiam ſuperfluo gloſſemate onerari in dictione *decuriones*,quæ abundat.atque inſuper malè per conjunctionem, *ſed & ſi,* fieri principium §. qui adverſativam; *ſed ſi*; deſiderat; propterea quod & facti propoſitio, & juris deciſio,in eo non proportionem & convenientiam,ſed oppoſitionem & contrariam diſpoſitionem ſuperioribus contineat.Ob quod rectè Græci poſteriorẽ partem reſponſi legerunt per exceptivã particulam *niſi*, hoc modo *niſi ſalarium conſtituendum. &c.* Et licet in verbis illis; *vllius erit momenti* durities inveniatur,non tamẽ reprehendo, niſi quis ſublata dictione *Vllius* malit legere *nonnunquam alicuius erit momenti.* Quod † 7
propius accedit ad Græcorum lectionẽ & juris ratione ſuſtinetur. Licet enim regulariter decuriones ſeu adminiſtratores reip.prædia donare, aut ſalaria de publico conſtituere prohibeãtur Bart. Bald.& Platea. in l. 1. C. de præbendo ſalar.lib.10. ne ſequatur leſio reip. ſi tamen causæ prædiorum à jure ſint approbatæ,l.decurionibus.ff.de decurionibus.puta ſi decuriones muneris occaſione pro patriâ ſuas erogaverint fortunas,ex reip. bonis alimenta conſequũtur. Ruſus medicis,arteſq; liberales edocentibus, decuriones ſalaria rectè conſtituunt. & donare poſſunt legatis & oratoribus Principum ad eorum civitatem accedentibus, pro perſonarum & civitatis qualitate, l. iubemus §. ſcientes de ſacroſ.eccleſ. Menoch.de arbitrarijs iudicũ.lib.1.queſt. 46.

SVMMARIA.

1. *L. actus legitimi.ff.de reg.iur.& c. actus legitimi eod.tit. in 6. nova & vera conciliatio atque interpretatio.& 6.*

Conſti-

2. *Conſtitutiones iuris Canonici, iuri Civili lucem & interpretationem ſæpiſſimè afferre.*
3. *Actus legitimi propriè qui dicantur, & quomodo ab ijs dies conditioque reyciantur.*
4. *Contractus ex authoritate legis deſcendentes quomodo vocentur legitimi.*
5. *Gloſſa. Decij & aliorum ſententia reprobrata.*
7. *Optionem ſervi aliarumque rerum actum legitimum vocari. & lectio l. apud Aufidium ff. de opt. leg. indicata. & 8. 9.*
10. *Adoptio, tutoris datio, hæreditatis aditio, ſacerdotij collatio, quomodo conditionem recipiant. & 11. 12.*
11. *Actus legitimos conditionem non recipere quatenus facti ſunt, quatenus iuris ſecus.*

CAPVT DECIMVM-SEPTIMVM.

1 IN conciliatione † & intellectu l. actus legitimi. ff. de reg. jur. & c. actus legitimi. eo. tit. in 6. variæ & multiplices ſunt interpretum ſententiæ. teſtaturque Bartholus in l. cū quid. ff. ſi certum petatur. ſe nunquam vidiſſe articulū juris ad quem difficilius ſit aſſignare rationem. Communior autē interpretum ſententia eſt, à I C. in d. l. actus legitimi. tradi non regulam, ſed exceptionem à generali regulâ: Generaliter enim, inquiunt, omnes actus diem & conditionem recipiunt, id eſt in diem & ſub conditione, ſicut pure fieri poſſunt. l. 2. ff. de in diem addict. l. ſub conditione. & l. quod in diem ff. de act. & oblig. § omnis ſtipulatio inſt. de verborum oblig. Ideoque I C. reſponſum. in d. l. actus legitimi. non loqui abſolutè de quibuſcunque actibus legitimis, ſed duntaxat de certis & expreſſis, qui ſpeciali ratione debent eſſe puri & à conditione liberi, propter virtutē dictionis relativæ. quæ I C. reſponſo eſt addita, atque eam naturam & poteſtatem habet, vt diſpoſitionis cui additur inducat reſtrictionem. l omnes populi. ff. de juſtitia & jure. l. 1. C. de ſummâ trinitate & fide catholica. Et hæc ſententia Decio & alijs adeo plauſibilis videtur, vt Pontificis conſtitutionem, in d. c. actus legitimi. improuidè conceptam, & non niſi per ſubauditionem relativi ſuſtineri poſſe arbitrētur. opinantes regulariter diem vel conditionē in actibus legitimis non reyci, ſed in his tantū in quibus ſpecialis ratio, diei vel conditionis adjectioni refragatur. Et hanc ſententiam crebriore calculo probant interpretes exiſtimantes plures eſſe act' & contract' legitimos, qui tamen recipiunt conditionem. Quam opinionem noviſſimè confirmat Alciatus, parergon lib. 3. cap. 5. 6. 7. & 8. & Ioannes Coraſius, in l. ſervitutes. ff. de ſervitutibus. tantâ aſſeverationis cōſtantiâ, vt religioſum judicarem ab ea recedere, niſi in contrarium ſtaret, evidens ratio, & aperta veritas, quę opinioni quantumlibet communi (quæ ſæpè à prima alicujus interpretis ſententia parum diſcuſſa procedit) præferēda eſt. Et proinde, impetrata aliorum interpretum venia, veritatem ſequendo tenebimus, & à I C. in d. l. actus. & à Pontifice, in d. c. actus. non exceptionem, ſed regulam generalem proponi, ſecūdum quam in vniverſum omnes actus

Digitized by Google

legitimi conditionem vel diem nõ re-
cipiunt quoniam actus legittimi dun-
taxat ex legis ſeu juris authoritate &
diſpoſitione procedũt,& ex legis autho
ritate certam & expreſſam formam,ſo-
lemnitatem & perfectionem accipiũt,
adeo quod in totum regulentur ſecun-
dum legis ordinationẽ, ex qua imme-
diatè procedunt,& ad quam eorum di-
ſpoſitio,& non ad hominem refertur,
ita quod nullũ in illis, ſit hominis aut
partium arbitrium; ſed ſicut actus ho-
minis regulantur ſecundum intentio-
nem & affectionem hominis,l.nõ om-
nis ff. ſi certum petatur.l.1.ff.de pactis.
ſic actus legis regulantur ſecundum le-
gis ordinationem & certitudinem.l.le-
gitima. ff. de pactis. Cujus rei confir-
matio inde fit manifeſtior,quod lex at-
que omnis actus legis ſeu diſpoſitio ju-
ris,ex naturâ ſuâ ſemper debeat eſſe cer-
ta,nec admittat incertitudinẽ, l.in om-
ni parte ff. de juris & facti ignorantia.
quæ per conditiones ex varijs & diffor-
mibus hominum affectibus adjectas,
induceretur contra eſſentiam legis &
actuum legitimorũ. d.l. in omni par-
te.ff. de juris & facti ignorantia.l. mul-
tum intereſt. ff. de condit. & demon-
ſtrat.Quod verba Pontificis manifeſtè
coarguunt, quæ generaliter abſque vlla
adjectione relativa (vnde communiũ
interpretũ diſputatio initium habuit)
concepta ſunt,ac ſuppletionibus Dini,
Decij,& aliorũ apertè repugnant. æſti-
mandumque eſt non per impruden-
tiam,ſed cõſultò ac cum myſterio, abſ-
que relativi repetitione,regulam à Põ-
tifice propoſitam eſſe. in d. c. actus. ad
tollendam ſcilicet interpretum diſpu-
tationem & dubitationem,ex varia na-
tura,& ſignificatione dictionis relativę
coortam. in d.l.actus legittimi.Quem-
admodum † multa alia in poſterioribꝰ 2
Pontificum conſtitutionibus prodita
videmus,quæ veterum I C. & Pontifi-
cum reſponſis reſcriptiſque obſcuris
lucem,dubijs & inter noſtros interpre-
tes controverſis fidem & certitudinem
adferunt. Quod memorabili exemplo
confirmat Guido Papæ dum ſcribit cõ-
ſil. 35.parte 1.Clementinam vltimam
de teſtibus fuiſſe compoſitam ad deci-
dendum varias opiniones, legiſtarum
& canoniſtarum, in l. per hanc, C. de
tẽporibus appellationũ & in authẽt.
qui ſemel C. de probat. generaliter
ſubyciẽs,quod vbi ſunt diverſæ opinio-
nes inter doctores juris civilis, in caſu
jure Canonico deciſo ſtari debere de-
ciſioni juris Canonici. quod magni fa-
ciendum eſt. Et quod ad rem pręſentẽ
attinet. ex ipſa tituli ſeu Rubricæ ma-
teriâ intelligitur,nõ exceptionem, ſed
regulam à I C. & Pontifice conſtitui.
cum non niſi regulis rubrica, ſeu titu-
lus conveniat. Cæterum † intelligimꝰ 3
prædicta procedere duntaxat in actibꝰ,
qui verè & propriè ſunt legitimi,id eſt,
qui non ſolum ex authoritate legis ſeu
juris procedunt, ſed hoc amplius im-
mediate tanquam proxima efficiente
causâ,ex lege ſeu jure fiũt,vt ſunt adop-
tio,hęreditatis aditio,tutoris datio à ju-
dice,quæ tota eſt legis actio, & ex legis
præſcripto pendet; ita quod judex ni-
hil præſtet quam executionem, & nu-
dum miniſterium ejus, quod lex præ-
cepit.vti etiam obſervatur in omnibus
alijs actibus legitimis, quorum effectꝰ,

& totus

totus actus pendet ex lege,ita quod nihil niſi facti executio arbitrio hominis relinquatur. . Eodem modo quo fit in delictorum pœnis, que ex legis poteſtate exercentur. Nam vt Vlpianus reſpōdit,d.l.1.§.1.ff. ad Turpil.facti quidem quæſtionem ad judicis cognitionem pertinere,pœnæ vero perſecutionem non ejus voluntati permitti, ſed legis authoritati reſervari. adeo vt veræ germanæq; legitimorum actuū. ſint proprietates,quod vt plurimum exerceantur apud eos,quibus legib' ſpecialibus hoc indultū eſt, & qui legis actionem habent.l. 2. in prin. C. de manumiſſ. Paul' lib.2. ſententiarum. ac per certa ac ſolemnia verba ſeu modo à lege ſeu jure præſcripto .l. manumiſſ. ff. de manumiſſ. vindict. l. ſi matri. ff. de vulg.& pupil. ſubſtit.l. extraneum. C. de hered.inſtit. Et puram certamq; rei geſtæ explicationem comprehendentes. Quod aliter ſe habet † in his, quæ
4 duntaxat ex authoritate legis ſeu juris originem habent, vt ſunt omnes contractus, qui generali ſignificatione ſeu appellatione, & non ſimpliciter; ſed ſecundum quid,id eſt propter originē, quam à lege traxerunt, vocantur legitimi. Quoniam contract' quamuis ex legis authoritate ortum habeant & ſuſtineantur, tamen partium conventioni & arbitrio ſubiacent,& non ex lege, ſed immediatè ex facto, conventione, & pactione hominum, velut ex cauſâ ſuâ efficiente,naſcuntur & fiunt. l. prima.ff.de pactis. Ideoque hominū voluntati ſubyciuntnr, & ex eorum arbitrio & affectu conditionem recipiunt.
5 Vnde † ſequitur nō benè ſentire Gloſſam,Deciū, & alios,in d.l. actus legitimi.actus legittimos eos dici, qui inventi & approbati ſunt à lege, ſeu alia quacunque parte juris. Quoniam regula hæc non loquitur generaliter de omnibus actibus ſeu contractibus authoritate legis ſeu juris approbatis, ſed de his tantum,qui ex authoritate & diſpoſitione legis immediatè profluunt, formam ſuam accipiunt, & omninò ac verè legitimi ſunt; adeò quod factum conventioque partium in his nihil poſſit,niſi ſecundum formam ſolemnitatis à lege introductæ. Vt clariſſimè † 6
oſtendunt exempla à I C.relata, in d.l. actus legitimi.non ad enumerationem certarum ſpecierum,in quibus dies vel conditio reycitur (vt communiter interpretes opinantur) ſed declarationem ipſius regulæ, per propoſitionē exemplorum & demonſtrationem actuum verè legitimorum, in quibus vſus regulæ verſatur, & ad ſignificandum ipſam regulam procedere non in quibuſlibet contractibus qui authoritate legis ſuſtinentur, ſed in his tantū, qui ex authoritate legis introducuntur, fiunt, & formā ſuam atque perfectionē accipiunt vt eſt emancipatio, adoptio, manumiſſio, acceptilatio, hereditatis aditio &c. Quarum naturam diem & conditionem reijcere, non dubitatur.
Sed † controvertūt multi, ſervi optio- 7
nem,ob id quod optionis datio ſeu legatum non vitietur adjectione temporis,vt Paulus indicat. l. alienationis. §. penult. ff. de verb. ſignificatione. & quod non appareat ratio cur potius in ſervi quā aliarū rerū optione dies vel cōditio adjici nō poſſit. adeo vt pleriq;

Digitized by Google

hac difficultate commoti, vocem ſervi
expungendam,& *optionis* dictionem ad
tutelam referendam exiſtimarint, le-
gendo : *Hæreditatis aditio,optio,datio tu-
toris*. ſed mutatio periculoſa eſt, ideoq;
retinenda eſt vetus lectio , in quâ apud
Pap.de ſervi optione agitur. Sed ita ac-
cipiẽda , vt quod de ſervi optione dici-
tur,exẽpli causâ,intelligam' traditum :
quia plerumque ſervorum potius quã
aliarum rerum optio & electio legare-
tur,deque mancipiorum ſæpius quam
aliarum rerum optione I C.conſulerẽ-
tur & ſcribérent : vt ex ipſa tituli lectio-
ne manifeſtè apparet. Ideoque hoc Pa-
piniani verbum,de ſervi optione, ad a-
lias quoque res producatur ; vt neque
ſervi,neque aliarum rerum optio , ſub
conditione,vel in diem,vel ex die fieri
poſſit,vt Petrus Faber ſcribit , in com-
mentarijs,ad d. l. actus legitimi. addita
ratione; quia (vt ipſe ait) omne jus le-
gati primâ teſtatione conſumitur , abſ-
que varietate. l. apud Aufidium ff. de
optione legat. Adeo vt res legatarij fi-
at *ſimul ac ſi*,vt Florentinus, vel rectius
ſimul ac(vt alij libri habent)*dixerit eum*
8 *ſe ſumere*. Quæ † vera quidẽ eſt ratio,
ſed perobſcura,illuſtrandaque ex Pon-
tificijs conſtitutionibus , quibus perfe-
ctius, diſponitur ;in optionibus, ele-
ctionibus,poſtulationib',ac ſcrutinijs,
ex quibus jus oritur eligendi,vota con-
ditionalia,alternativa vel incerta peni-
tus reprobari,c.in electionib' de electi.
in 6. propter formam eligendi à jure
præſcriptam, & ne is qui optat vel eligit
cum alterius diſcrimine in incerto va-
getur.c.vt quis duas eo. tit. de electio-
nibus.in 6.Quæ vera eſt ratio,cur apud
Labeonem,in d.l.apud Aufidium.pri-
ma teſtatione jus eligẽdi conſumatur ;
Illud † recte obſervavit Petrus Faber, 9
quod de optione ſervi Papinian' dixit,
referendum eſſe ad ipſam optionem,
ſeu electionis actum , non ad optionis
dationem ſeu legatum ; licet enim op-
tio ſive ſervi,ſive aliarum rerum , neq;
ſub cõditione, neque in diem fieri po-
ſſit : tamẽ teſtamento legari,dari,& re-
linqui poteſt,non minus ſub conditio-
ne & in diem certum incertumue, quã
purè. Quemadmodum quod in diem,
vel ſub conditione debetur, acceptila-
tione tolli poteſt.l.quod in diem. ff. de
acceptilationibus. adeo vt ipſa datio
poſſit eſſe incerta, alternativa, atq; etiã
in futurum , iterandæ ſeu innovandæ
voluntatis facultatem continere. l. ſi
quis ſtipulatus ſit Stichum. ff. de ver-
borum obligat.d.l.cum ita.§.1. verſic.
ſicuti conſtat.ff.de optione legat. De-
nique † cum conſtet Principem legib' 10
ſolutum eſſe, Adrianus Imperator An-
toninum Pium ea lege, conditione, &
modo adoptavit, vt ipſe ſibi Marcum
& verũ Antoninos,adoptaret, vt Spar-
tianus in Elio Vero,Capitolin' in An-
tonino Pio & Marco Antonino, & ex
Dione Xiphilinus in Adriano ad finẽ
referunt. Illud † prætermittendum nõ 11
eſt,regulam conditionem & diem rey-
cere,quatenus facti ſunt , non juris, id
eſt,in conditione ex affectu & arbitrio
hominis appoſitâ , non eâ quæ ex juris
ſeu legis neceſſitate ineſt. vt in tutoris
datione,quæ licet conditionem nõ ad-
mittat,valet tamen ita facta:do Titium
tutorẽ ſi ſatiſdederit. l. muto §.1.ff. de
tutor. vel curator. datis ab his. vnde &

hered

Digitized by Google

hereditatis aditio valet ſub hac conditione, ſi de jure poſſum. Et hac ratione accipiendum eſt quod Vlp. libro. 43. ad edictum, ita reſpondit. l. ſi duo neceſſarij. 38. de acquirenda hereditate. *Si duo ſint heredes neceſſarij inſtituti, quorum alter ſe abſtinuit; alter, poſtea quam prior abſtinuit, ſe immiſcuit dicendum, hunc non poſſe recuſare quo minus tota onera hereditaria ſubeat. Qui enim ſcit, aut ſcire potuit illo, abſtinente, ſe oneribus fore implicitum; ea conditione adire videtur.* quia conditio hæc eſt tacita, & ex legis diſpoſitione, & potẽtia juris vniverſalis procedit, & non facti ſed juris eſt, quæ non reycitur. Bald. in l. extraneum. colum. 4. C. de heredibus inſtituendis. Et hoc † modo collatio ſacerdotij valet jure Pontificio, licet adjectam habeat conditionem, ſi is cui fit collatio ſit capax. 12
gloſſ. & dd. in d. c. in elect. de elect; in 6. quæ conditio juris, eſt ſemper certa, nec inducit ſuſpenſionem actus. l. multum intereſt. & l. conditiones extrinſec⁹. ff. de conditionib⁹ & demonſt. Ex quib⁹, vti ſpero, ingenioſus lector fructum capiet, intelligetque, quomodo accipienda ſint quæ noviſſime Barnabas Briſſonius, vir & antiquitatis & juris peritiſſimus tradidit antiquitatũ lib. ſingulari. cap. 1.

SVMMARIA.

1. *Ruſticorum prædiorum ſervitutem medius fundus qui liber eſt impedit, vrbanorum non item & 2. fallit tamen vt nu 9.*
3. *Renati Choppini de iure Protimiſeos ſententia notata.*
4. *Vrbana ſervitus conſpectum prædij ſervientis requirit, ruſtica non item.*
5. *Flumen publicũ intermedium omnem ſervitutem impedit, & quod dicatur flumen publicum. & 7.*
6. *Pontones quid ſint.*
8. *Flumen intermedium quando ſervitutem non impediat.*

CAPVT DECIMVM-OCTAVVM.

1 IN ruſticis prædijs fundus medius, qui non eſt ejus, cui ſervitus debetur, ſervitutẽ impedit. l. ſi cum ſervitus. 15. ff. quemadmodũ ſervi. amittãtur. l. qui ſella. in fin. ff. ruſtico. prædiorum. quia nec iter, nec act⁹, nec via, nec aquęductus, mio pędio ex ſummo vtilis eſſe poteſt, niſi in explicandã ſervitute per medium fundum aliquid fiat, puta eatur, agatur, vel ducatur. l. tria prædia. ff. ruſtico. prædiorum. l. in tradendis. 16. §. fina. ff. communia prę. ſi quod non eſt ſemper in vrbanis ſervitutibus, quæ plerũq; explicari poſſunt, etiamſi per mediũ vel interpoſitas ędes nihil fiat, vt in ſervitute altius tollendi, luminum & proſpectus. Vnde rectè ab Vlpiano reſponſum eſt, ſervitutem altius tollendi & ei deberi poſſe, qui vlteriores ædes habet. l. loci. §. fin. ff. ſi ſervitus vẽdicetur. Quod eleganter cõfirmãs Paul⁹ in l. & ideo. ff ſi ſeru. vẽd.

Digitized by Google

ita ſcribit: *Et ideo ſi inter meas & Titij ædes tuæ intercedãt poſſum ædibus Titij ſervitutem imponere, ne liceat ei altius tollere, licet tuis non imponatur, quia donec tu non extollis, eſt vtilis ſervitus*, ſeu (vt in libro Florentino legitur) *vtilitas ſervitutis*.
2 Ex † quibus intelligitur verã eſſe communem Accurſij & Angeli ſentẽtiam, d. l. in tradendis, §. fin. quamuis Bartol⁹ & alij pleriq; repugnent. Quod videlicet vrbanæ ſervitutes à ruſticis in eo differant, quod medium prædium liberum, ruſticam ſervitutem impediat, non etiam vrbanum. quæ ab initio conſiſtit & vtilis eſt. d. l. & ideo, cum ſequenti. cum ruſtica ſervitus ita demũ convaleſcat, ſi medijs prædijs ſeu ædib⁹ ſervitus poſtea impoſita fuerit. d. l. in tradẽdis, § interpoſitis Atq; ita Papinianus reſpondit, l. prędijs, §. vlt. De legat. 3. appellatione ædium, inſulam quoq; vicinam ædibus venire, quamuis inſula ſic adhærere non poſſit, vt nihil omnino ſit interpoſitum, quaſi quod in medio poſitum eſt, non prohibeat cõiunctionem.
3 In † quo labi videtur Renatus Choppinus de juriſdictio. Andegavenſium, cap. 33. nu. 4. dum confuſè diſſerens de vrbanis & ruſticis ſervitutibus, inde confirmari arbitratur conſuetudinẽ Prothimiſeos qui vicini fũdi redhibitionem vicino permittit, & in hunc etiam caſum porrigi, quo medi⁹ inter vtrumque prædium locus eſſet conſtitutus. Id enim contingit, vt rectè, Corneus reſpondit, conſil. 29. volũ. 9. nõ jure aliquo ſervitutis realis, ſed quia conſtabat vtrumque fundum eodem contractu ac pretio fuiſſe venditum, d. l. prædijs. §. vlti. confuſè vniverſis prędijs conſtituto pretio: vel quia apparet, contrahentes non empturos aut vendituros fuiſſe, niſi ſimul omnes fundos. l. cum ejuſdem. l. plerumq;, l. ſi plura, ff. de ædilitio edicto. Deci⁹ conſil. 421. incipiente, planè & ſubtiliter: columna 2. pulchrè Nicola⁹ Boeri⁹. Deciſio. 251. Ceterùm † quod dicimus, mediũ prędium liberum non impedire ſervitutem vrbanam, intelligendum eſt, niſi vrbana prædia tam late ab inuicem diſtent, vt proſpici non poſſint, aut medius mons aut flumen eorum conſpectum auferat, l. ſi ædes. vrbanor. prędio. nemo enim proprijs ædificijs ſervitutẽ imponere poteſt niſi & is qui cedit; & is cui ceditur in conſpectu habeãt ędificia, & officere alterum alteri poſſit. l. nemo. vrbano. præd. quod ſecus eſt, in ruſticis ſervitutibus, in quibus prædia in conſpectu eſſe nihil eſt neceſſe. d. l. ſi quis duas ædes. verſic. paruique refert & ibi Accur. & alij. 4
5 Et † quemadmodũ medium prædium in ruſticis ſervitutẽ impedit, ita in omnibus ſervitutibus impedimentum præſtat flumen publicum, quod non vado vel ponte traijcitur ſed põtonibus. l. fin. ruſtic. præd.
6 Sunt † autem pontones naves trayciendis hominibus idoneæ, quarum meninit Cæſar, l. 3. de bello civili. Gellius; & Apuleius, in aſino aureo. ſic inquiens, vbi vado non poterant, pontonib⁹ tranſibant. Alij navigium tabularum intelligunt coniunctum duobus lintribus. Et plura de huius vocabuli ſignificatione ſcribunt Girald⁹, in libro ſuo de navigijs & Lazar⁹ Baifius. de re navali.
7 Et prædicta † intelligũtur, *ſi propter* ſeu *per* (vt liber Florent. habet) ſeu

verius

verius *præter*.1.juxta vnius prædia flumen currat, ita vt illa attingat. Alioqui
8 † ſi tua prædia mihi vicina ſunt, deindè flumen, deindè Titij prædia, demum via publica, in quam mihi iter acquiri volo; nihil vetat à te mihi viam dari, vſque ad flumen, deinde à Titio vſquè ad viam publicam d.l.fin.ruſtic. pręd. Idem juris eſt ſi tu eorum prædiorum dominus ſis, quæ trans flumen intercedunt, quia conſummari, id eſt, terminari ſolet viæ ſervitus vel ciuitate ten⁹ (vt habet liber Florent.) in d. l. fin. vel vſque ad viam publicam: vel vſque ad flumen, quod Pontonibus traycitur; vel ad proximum aliud eiuſdem domini prædium, d. l. finali. Inchoari quidem viæ ſervitutem non poſſe conſtat ſi flumen publicum attingat noſtrū prædium, nullo alio interpoſito: inchoatā autem per prędium interpoſitum non interrumpi, etiam intercedēte flumine publico, quod pontonib⁹ traycitur: ſive prædia ab vtraque parte fluminis ſint ejuſdem domini; ſive diverſorum: Quia habet fundamentum principij ſervitutis. Eaque eſt vera declaratio ejus quod à I C. reſpōſum eſt, de intercedente Flumine publico. in d.l.finali. & in l. ſervitutes 4. §. fin. ff. hoc titulo. Limitantur prædicta primo non procedere † ſi prædium medium 9
ſit eius cui ſervitus debetur: Nam inde ſervituti impedimentum aut præiudicium non inducitur. Secundò ſi intercedit ſolum, aut via publica, ea enim neque vrbanam, neque ruſticam ſervitutem impedit, vt viæ, itineris. &c. niſi agatur de ſervitute immittendi, protegendi vel proyciendi, vel aliâ in cuius vſu vel explicatione, vel cœlum quod ſupra ſolum eſt occupatur, d. l. finali. vel in ſolo aliquid agendum eſt, vt in aquæ ductu, in quo canalibus opus eſt, & locus publicus aliquo modo occupatur, d. §. publico loco. quod fieri non poteſt ſine licentia Principis, d. §. Publico. à quo obtinendum eſt jus per locum publicum, non etiam per locum ſacrum, aut religioſum; quia per illa loca nec ſervitus deberi, nec iri poteſt.

SVMMARIA.

1. *Mandata iuriſdictio, quomodo à delegatâ differat & nu. 2. 3.*
4. *Delegatus an & quando ſubdelegare poſſit.*
5. *Mandata iuriſdictione etiam iudicis dandi facultas conceſſa videtur. & 6. 7.*
6. *L. cum Prætor ff de iudic. explicata.*
8. *Legatum Proconſulis mandatam non propriam iuriſdictionem habere. Et l. legati. de off. Proconſ. cum l. 1. & l. cognitio. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. explicata. & nu. 9. 10. 11. 13. 14. 16.*
12. *L. obſervare. ff. de off. Procons. emendata.*
15. *L. 2 ff. quis & à quo appell. vera lectio.*
17. *Gilloti opinio reprobata.*
18. *Tutoris & iudicis dandi poteſtatem non eodem modo competere. reiectâ Fulgoſij ſententiâ.*
19. *Iudicem dari non poſſe de cauſa ad delegantis iuriſdictionem non pertinente.*
20. *Merum imperium non mandari.*

Digitized by Google

CAPVT DECIMVM-DECIMVM.

1 QVamuis † promiſcvè I C. his vocibus, *mandare & delegare* vtãtur, quoad ſignificandi potentiam, ratione tamen ſubjectæ materiæ & adjuncti, magna eſt differentia: Quia mandatur vniverſa juriſdictio, delegatur certæ cauſæ cognitio. Et is cui delegatio cauſæ eſt facta, datus ſeu delegatus judex appellatur: & notionem; nõ juriſdictionẽ habet. l. vnica. ff. Qui pro ſua juriſdictio. l. 1. & 2. C. de
2 peda. jud. Ideoque † prorogatio de perſona ad perſonam coram eo fieri non poteſt. l. conſenſiſſe. 2. ff. de judicijs. Quod fit coram eo, cui mandata eſt juriſdictio, qui veram juriſdictionẽ accipit. vt ſunt legati Proconſulum, Vicarij Principum & Epiſcoporum, atque officiales eorum generales. Item
3 † à Delegato provocand' eſt delegans, dũmodò aliquid priſtinæ juriſdictionis retinuerit. c. ſupra quæſtionũ, §. porro, De officio delega. l. 1. & 2. ff. Quis & à quo apell. Ab eo verò, cui mandata eſt juriſdictio, appellatur ad eum, qui provocaretur à mandante. d. l. 1. ff.
4 Quis & à quo appe. Præterea † quamuis delegatus, ſive à Principe, ſive ab alio ordinario datus, jus exequendæ ſententiæ habeat, cap. ſignificaſti. c. literis. c. quærenti. De officio delegati. c. 3. de eo qui mittitur in poſſeſſio. tamen omnes ſubdelegare aut alium vice ſua judicẽ aut cognitorem dare non poſſunt, etiã poſt litem conteſtatam: quia juriſdictionem non habent, ſed tantũ munere judiciario funguntur: l. à judice. C. de judic. Niſi agatur de delegato, à Pontifice vel Principe, qui in cauſa ſibi commiſſa quolibet ordinario eſt dignior & maior: ca. ſanè. De officio delegati. Alciatus parerg. lib. 2. cap. 12. aut de eo, qui cum poteſtate ſubdele-
gandi datus eſt. Sed † is cui mandata eſt 5
juriſdictio etiam ab inferiore ordinario, judicem dare poteſt: quia judicis dandi facultas cohæret juriſdictioni, & mandata juriſdictio etiam judicis dandi licentiã complectitur, quamuis nominatim in mandata juriſdictione hęc facultas conceſſa non inveniatur: quia mandata juriſdictione totum officium juris dicendi tranſit. l. 1. §. domus. verſic. an ante. ff. de ſuſpecto tutore. cujus præcipua pars verſatur in conſtituendis judicibus, ad expediendum litigantium cauſas. l. 1. in fine. ff. de juriſdictione omnium judicum. Adeò quod Vlpianus in. l. imperium. in fine d. titulo. in ipſa definitione imperij & juriſdictionis hæc verba adiecerit: *Iuriſdictio eſt etiã iudicis dandi licentia.* quæ referri videntur, non ſolum ad eos qui proprio nomine & jure magiſtratus juriſdictionem habent; verùm etiam ad eos, quibus ea mandata eſt. Nam quamuis ipſi, qui ex alieno mandato juriſdictionem habeant, eam ipſam vlterius mandare nequeant, l. fin. De officio ejus cui mand. eſt juriſd. tamen ſpecialem cauſæ ad ſuam juriſdictionẽ pertinentis cognitionem & deciſionẽ alij committere poſſunt: in quo plus facti quam juris conſiſtere videtur: Cũ dati Iudices non alia de re, quam quæ præſcripta formula continetur, cogno-

ſcant,

ſcant, vt oſtendunt veteris ſolemnitatis inſignia exempla apud Ciceronem, in oratione frumentaria contra Verrē, & in oratione pro Cecinna. l. cum fideicommiſſum in fine. De confeſſ. Et teſtatur recens & quotidiana praxis & experientia formularum, quibus cauſæ committuntur & delegātur. l. ſolent in prin. De officio proconſulis. c. cū plures, & ibi Gloſſa de officio delegati. in
6 ſexto. & toto tit. de off. delegati. Et † ne dubitatio remaneat, quin mandatam juriſdictionem habentes, cauſarū delegationes facere poſſint, extat apertū Pauli reſponſum. l. cum prætor ff. de iudicijs. Quo poſteaquam generaliter conſtituerat, judicem dare poſſe eos quibus lege, conſtitutione vel S C. cōceditur, per conjunctionem hæc verba ſubijciuntur: *Is quoq; cui mandata eſt juriſdictio judicem dare poteſt*. Quibus ſuperiora evidenter confirmantur, addito exemplo de legato procōſulis, quo præcedentia non reſtringuntur, ſed demonſtrantur declarantur & illuſtrantur. l. finali, §. fin. ff. de juris & facti ig-
7 noran. Et quamquam † interpretatio hæc ſit veriſſima, non deſunt tamē, qui eam magno conatu impugnare laborent; Ioannes Gillotus de imperio & juriſdictione libro. 2. cap. 22. & ſequēt. poſt alios Neotericos. vide Nicolaum Bellonum libro. 3. ſupput. cap. 10. aſſerentes non omnes, quibus mandata eſt juriſdictio, judicem dare poſſe: ſed eos demum, quibus id ſpecialiter à lege cōceſſum eſt. Ita quod duo ſimul ſint neceſſaria priuſquā judex delegare quidquam poſſit: prius, vt id ei ſpecialiter à lege conceſſum ſit: alterum vt jure ſuo ac propriam juriſdictionem habeat. Et
† quod hic dicitur de legato proconſu- 8
lis, accipiendū arbitrantur non de quocunque legato, ſed de eo demum cui ſpecialiter conceſſum eſt vt judicē dare poſſit: id eſt de legato proconſulis, cui ſpeciali lege hoc permittitur. l. legati. de officio proconſulis. Eâ ratione, quia vt ipſi putant, legatus proconſulis non mandatam, ſed legalem, ordinariam, & propriam juriſdictionem habet. Quod duplici reſponſo confirmant.
Prius † eſt Pomponij, cujus hæc ſunt 9
verba; *legati Proconſulis nihil proprium habent, niſi à proconſule eis mandata ſit iuriſdictio*. Quaſi à contrario ſenſu, mandata juriſdictione propriam eam habeat, delatam decretamque ab ipſo populo ſeu Principe, à quo legatus cū Procōſule mitebatur in provinciam; ita vt quamuis Procōſul pro arbitrio ſuo juriſdictionem ſuam mandare vel non mandare poſſit, tamen ſi eam mandare velit alij, neceſſe habeat eam mandare legato, qui hoc ipſo propriam legalem & ab ipſo Principe potius, quam Proconſulis beneficio juriſdictionem habere videtur. Alterum † reſponſum 10
eſt Macri I C. in l. cognitio. de offic. ejus cui manda. eſt juriſdictio. ex epiſtola imp. Severi & Antonini ita reſpondentis: *cum propriam iuriſdictionem legatis tuis dederis: conſequens, vt etiam de ſuſpectis tutoribus poſſint cognoſcere*. quibus verbis eum ſenſum attribuunt, vt legatorum propria juriſdictio fiat. Quæ
† tametſi authoribus ſuis ſpecioſa vide- 11
antur, à vero tamen maximè aliena ſunt nec à legib' noſtris admittuntur; quia licet verum ſit, legatum à populo

Digitized by Google

vel Principe mitti ſolere in provinciã cum proconſule, & proconſulem alij quam legato juriſdictionem ſuam non mandaſſe, inde tamen nõ ſequitur mãdatam juriſdictionẽ legato fuiſſe propriam, & quodammodò ab ipſo populo vel principe potius, quam proconſulis beneficio acceptam cum liberũ ſit Proconſuli mandare vel non mandare poteſtatem ſuam, l. ſolent. de offic. proconſulis. Et ſicut mandare vel non mandare juriſdictionem eſt in arbitrio procõſulis, ita mandatam adimere poteſt, licet ex honeſtate Principem de eo cõſulere debeat. d.l. ſolent. & ibi gloſſ. & dd. Quod alienum eſt à legali & ordinariâ juriſdictione, & propriè convenit mandatæ juriſdictioni, quam legatus accipit efficaciter, & immediatè, nõ ex decreto aut conſtitutione populi vel principis, ſed ex mandato & juſſu proconſulis. Et deſtinatio legati, adjunctioque ejus à Principe facta, coarctat quidem Proconſulem, ne alij quam legato ſuam poteſtatem mandare poſſit; ſed juriſdictionem legato non attribuit, nec confirmat; cum ex mandato pro-
12 cõſulis ſit valida. Quod † apertè probat Vlpianus. in l. obſervare. in fin. ff. de officio proconſulis. His verbis, *eſt enim perquam abſurdum, antequam ipſe juriſdictionem nanciſcatur (neque enim prius ei competit quam in provinciam venerit) alij cauſam mandare, quam non habet*; Quę poſtrema verba corrupta ſunt, & omiſſâ dictione *cauſam*, ex æditione Florentinâ & Noricâ ita reſtitui debent; *alij*
13 *eam mandare quam non habet*. Et † adeo indubitatum fuit I C. veteribus legatũ vti mandatâ, nõ propriâ juriſdictione, vt quoties de proponendo exemplo mandatæ juriſdictionis ageretur, nullũ expeditius aut illuſtrius habuerint, quã de legato Proconſulis, vt probat Paul⁹. in d.l. cum prætor. de judic. qui propoſita theſi generali, quod is cui mandata eſt juriſdictio judicem dare poſſit; exemplum ſubycit de legato proconſulis. Papinianus † quoque, in l. 1. §. qui 14
mandatam ff. de off. eius cui mand. eſt juriſd. in ipſo tractatu mandatæ juriſdictionis, poteſtatem ejus expendit ad limites mandatæ juriſdictionis, non propriæ & ordinariæ; nam poſtquam generali definitione tradiderat, mandata juriſdictione imperium, quod lege datur, non transferri, ſubycit per illationem, & retento eodem themate, animaduerſionem legatum Proconſulis non habere, mandatâ juriſdictione. Ita vt inficias nemo ire poſſit, quin Papinianus exemplum mandatæ juriſdictionis in legato proconſulis conſtituat, verè mandatam, non propriam juriſdictionem ei attribuens: quam deſtinatio populi vel principis in nullo variat; cum etiam ex approbatione & nominatione Principis, ab aliquo Magiſtratu delegatus judex, dicatur vere datus à Magiſtratu, & non à Principe. l. vltima. quis & à quo appell. Et quod Pomponi⁹ ait. in d.l. legati. legatos proconſulis, nihil proprium habere, niſi à proconſule eis mandata ſit juriſdictio; non refertur ad ordinariam & proprio jure competentem poteſtatem, ſed cõvenit cum reſponſo Papiniani, in d. §. qui mandatam. dum ſcribit: Quamuis is, cui mandata eſt juriſdictio, vtatur juriſdictione ejus qui mandavit, nec

qui-

Digitized by Google

quidquam ex ſeipſo habeat: veri⁹ tamē eſſe more maiorum juriſdictionē quidem transferri, ſed non merum imperium. ita quod quamuis ab alio mandetur juriſdictio, in veritate tamen juriſdictio tranſeat & accipiatur, quæ propria dici poteſt; vel propter vim ſuam internam, ad differentiā notionis, quæ delegato competit; vel ſaltem propter vſum & exercitium; id enim cujuſque eſt propriū, quo quiſque vtitur & fruitur, etiamſi aliunde acceperit. Briſſonius lib. 14. de verb. ſigni. Cui accedit ex Pomponij reſponſo rectè accepto, neque directo neque per argumentationem à contrario, intelligi mandatā juriſdictionem à procōſule, legato fieri propriam: cum hæc verbis reſponſi non contineantur; nec valeat argumentum ex negativa oratione ſumptū à contrario ſenſu, Bald. in l. 2. C. de cōditionib. inſer. Præterea dictio niſi quę eſt exceptiva in oratione negativâ (que legitur in illo Pomponij reſponſo) valdè intenſa eſt, & ex propriâ vi & naturâ negativæ exceptionem inducit, niſi aliquid extrinſecus affirmativè additum fuerit, aut ſubintellectum ex ſubjectâ materiâ, Alciatus lib. 3. paradox. c. 4. Couvarruias in epitō. 4. lib. decretaliū in 2. parte c. 4. nu. 6. & ſeqq. quale hic nihil eſt, ex quo colligi poſſit, quod propria juriſdictio, id eſt, ordinaria quæ proprio nomine exercetur, legato cōpetat. Et quod I C. ſcribit. l. cognitio de off. eius cui mand. eſt juriſd. propriam juriſdictionem à proconſule datam legatis ſuis, nihil ad hanc rem pertinet: Quia I C. propriam juriſdictionē datam legato intelligit, reſpectu Proconſulis, qui eam dedit ſeu mandavit, & ad quem verba illa *propriam iuriſdictionē dederit*, referuntur, quæ etiā nō incommodè hoc ſenſu accipi poſſunt, vt denotent, Proconſulem mandaſſe juriſdictionem, id eſt, veram & propriè acceptam juriſdictionem, non ſimplicem notionem cauſæ; in vim cujus, cognitio de ſuſpectis tutoribus nō trāſiret, & à legato appellaretur ad ipſum proconſulem quod non fit. Obſervandumque † eſt perperam legi Florentiæ. in l. 2. quis & à quo app. *Appellari à legato Proconſul poteſt.* pro quo ex cōmunibus libris reponendum eſt *Appellari à Legato proconſulis poteſt.* Ita† quod 15 16
inde ſententia aliter ſentientiū non juvetur. Et quod ſupradictum I C. reſpōſum in d. l. cognitio non ſignificet ordinariam legati juriſdictionē, ſed mandatam, non ſolum coarguit ipſe titulus, ſub quo collocatur, verumetiam tota illius ſententia & diſpoſitio; quia proponitur generalis regula, quod mandata juriſdictione ſimpliciter, tranſeat cognitio de ſuſpectis tutoribus, etiam ſi illa nominatim non ſit commiſſa. Et ad confirmationē hujus regulæ recitat I C. reſponſum Imp. ad proconſulem Africæ, quod loquitur in mandata juriſdictione legato; ſic quod reſcriptum illud de legato proconſulis, pro ratione ac confirmatione regulæ prius poſitæ, non poſſit de alia juriſdictione accipi, quam de mandata, de qua agitur in regula propoſita. Id quod evidentiſſimè oſtēdit Vlpiani reſpōſum, in l. 1. §. domus. de ſuſpectis tutoribus. quo rurſus eadem regula proponitur de mandata juriſdictione, & ad probationem

ejus idem reſcriptum de legato procõ-
ſulis adducitur: addita illatione & ar-
gumentatione, quo ſignificat Vlp. plus
dubij fuiſſe in mandata juriſdictione
legato Proconſulis, quam in alijs qui-
bus in vrbe mandatur juriſdictio, à Ro-
mano magiſtratu, his verbis: *ergo &
ſi Prætor mandet iuriſdictionem, ſimili
modo dicendum eſt, ſuſpectum apud eum
poſſe poſtulari; cum enim in provincia ſit
hoc reſcriptum, conſequens erit dicere,
etiam eum cui à prætore mandata eſt iu-
riſdictio, poſſe de ſuſpecto cognoſcere.* Qui-
bus Vlp. per argumentationem à mi-
nori ad maius, evidenter oſtendit, juriſ-
dictionem legato Proconſulis compe-
tentem, ſimpliciter mandatam eſſe, nõ
ordinariam aut propriam: & conſe-
quenter ſecundum regulam hic tradi-
tam, eum cui mandata eſt juriſdictio,
17 judicem dare poſſe. Vndè † infertur
non ſubſiſtere quod Gillotus ſcribit,
duo requiri vt judicem quis dare po-
ſſit. primò quod juriſdictionem pro-
prio jure habeat. deinde quod ſpecia-
liter facultas dandi judicis conceſſa ſit:
Nam ſufficit ſimpliciter mandatam
eſſe juriſdictionẽ, vt iudex dari poſſit:
cum judicis dandi licentia juriſdictio-
ni cohæreat. l. 1. in fin. l. imperium. de
juriſdict. omnium judicum. Nec ve-
rum eſt requiri quod ſpecialiter, nomi-
natim, & in individuo hæc facultas
dandi judicis concedatur; cum ſatis ſit
eam generaliter à lege permitti, ex vi
& in conſequentiam juriſdictionis ali-
cui competentis; licet ſpecialiter po-
ſſit etiam concedi hæc poteſtas ei qui
juriſdictionem non habet. Notandum
que eſt in textu noſtro non addi di-
ctionem *ſpecialiter* vel *nominatim*, que-
madmodum fit ijs locis, in quibus agi-
tur de illis, quæ juriſdictioni non co-
hærent, nec abſque ſpeciali conceſſio-
ne tranſeunt, d. l. 1. in prin. de off. ejus
cui mandata eſt juriſdictio. Ita quod
ſententia hujus loci ea ſit; judicẽ dare
poſſe eos, quibus hoc lege, S C. aut
conſtitutione ſpecialiter vel genera-
liter, & in conſequentiam juriſdictio-
nis conceditur. Ex quo rurſus † infer- 18
tur non rectè Fulgoſium in d. l. ſolet.
poſt. prin. arbitrari, ſimilè eſſe, id quod
dicitur de dando judice, ei, quod de dã-
do tutore alio loco dicitur. in d. l. inui-
to. Nempe, quod datio tutoris neque
ſit imperij, neque juriſdictionis; id eſt
neutrius regulis perpetuò adhæreat:
& neque juriſdictionis nomine, ne-
que in vim imperij tranſeat; ſed ei ſoli
competat cui nominatim hoc dederit,
vel lex, vel S C. vel Princeps: Nam
hoc verum quidem eſt, in tutoris da-
tione, ſed in judicis datione aliud
ſervatur; quoniam venit ſub nomine
juriſdictionis ordinariæ, vel mandatæ;
etiamſi nominatim in concedenda
juriſdictione illius nulla facta ſit men-
tio. hic. in d. l. cognitio. Denique præ-
termitendum † non eſt, ita demum 19
judicis dationem tenere, ſi fiat de cauſa
ad delegantem ſeu juriſdictionem ejus
pertinente; l. vnica. C. qui pro ſua ju-
riſdictio. Et proinde procurator Cæſa-
ris qui in lite privatorum idoneus cõ-
petenſque iudex non eſt, l. 1. C. de ju-
riſdict. omnium judicum. in cauſa pri-
vatorum judicem dare non poteſt, l. ex
conſenſu. §. 1. de appel. l. 1. C. de peda.
judi. niſi cum partibus præſidis fungi-
tur.

tur. l. 3. C. vbi cau. fiſca. Additur † in textu Prefectum vrbi judicem dare poſſe. quod quomodo fiat dubitatur; propterea quod præfectus vrbi criminalium cauſarum cognitionem habeat. l. 1. in prin. de off. præfect. vrb. quæ mandari non poſſunt; cum gladij poteſtas non transferatur l. 1. de officio ejus cui mand. eſt. juriſ. Et quidem multa adferuntur à Gilloto quibus oſtendere conatur, etiam ea que ſunt meri imperij transferri, ſi non reſpiciant publicorum judiciorum exercitationem. Sed rationes illius ſunt dubiæ, ita quod eas ſequi non auſim. & proindè potius dicemus quod quamuis mādari non poſſit gladij poteſtas, ita quod in veritate ad alium tranſeat, d. l. 1. de off. ejus cui mandata eſt juriſdictio. dari tamen poſſe judicem, qui nullam accipit in veritate poteſtatem, aut juriſdictionem, ſed nudum tantum miniſteriū, officiumque præſtat; ita quod is qui dedit judicem, ipſe facere videatur, retenta omni poteſtate & juriſdictione.

Emendationum libri ſecundi.

FINIS.

Digitized by Google

ELBERTI LEONINI

EMENDATIONVM SIVE OBSERVATIONVM, LIBER TERTIVS.

SVMMARIA.

1. *Curator minoris quomodo dotem conſtituere & impendia ad nuptias exhibere debeat.*
2. *Curator dotem promittens vltra vires patrimonij an & quomodo teneatur* & 3.4.
5. *L. cum poſt mortem. §. 1. ff. de ad. tut. emendata.*

CAPVT PRIMVM.

1 CVrator † pro minore nō tantum dotem dare, ſed etiam impendia, quæ ad nuptias faciēda ſunt, exhibere tenetur, l. curator. De adminiſt. tutorū. quæ honeſtæ perſonæ ſufficiant, l. ſi curatores. C. de adminiſtrat. tutor. inſpecta facultate patrimonij & dignitate natalium, l. cū poſt mortem. §. De admin. tutor. & l. cum plures. §. cum tutor. ff. eod. quam egredi nō licet. d. l. cum poſt mortem, §. 1. Modus enim dotis promittendæ, ex facultatib' & dignitate mulieris maritique ſtatuendus eſt, quouſque ratio patitur. l. quæro. De iure dotium. alioqui ſi modus exceditur, mulier in integrum reſtituitur. & quod amplius doti promiſſum eſt, quam facultates mulieris valent, ipſo iure corruit, reſpectu ſuperflui, & quatenus mulieris pręjudiciū vertitur. l. ſive generalis. ff. de iure dotium.

2 Sed de † curatore qui ſupra vires patrimonij dotem promiſerit, quæritur an ei ſit ſuccurrendum? movet quæſtionem (inquit I C.) l. cum poſt mortem, §. 1. & l. cum plures, §. cum tutor ff. De adminiſtratio. tut. quod non, vt de ſuo dotem daret; ſed, cum crederet rationem pupillarem ſufficere, promiſit. Et tandem eo inclinat I C. quod diſtinguere oporteat, vtrum ſciens curator non ſufficere, promiſerit, an verò ignoraverit: vt poſteriore caſu propter ignorantiam, & æs alienum poſtea emergens illi ſubueniatur, priore verò non ſuccuratur; vel quia donaſſe videatur, vel quia dolo verſatus eſt. d. l. cùm poſt mortē. Quod plerique intelligunt perperam de curatore officiū ſuū egreſſo, in eo quod proprio nomine promiſerit, quoniam tota promiſſio nomine officij facta eſt, & curatorem I C. egreſſum officium dicit, quia ſupra vires patrimonij promiſit, retenta qualitati officij, vt manifeſtum eſt, in verbis; *Fratris ſuæ filiæ curator.* & rurſus in verbis, *ſupra vires patrimonij eius dos promiſſa ſit.* & rurſus in verbis, *ille patruus & curator ſtipulanti ſpopondit.* Quę palam arguunt

Digitized by Google

argunt omnem I C. diſputationem eſſe de eo, qui nomine adminiſtratorio
3 exceſſivam dotem conſtituit. Et † hoc apertius indicant rationes diſputandi à I C. propoſitæ. dum primò conſiderat, curatorem, cùm crederet rationem pupillarem ſufficere, ignoranter exceſſiſſe officium. Secundo ſcientem curatorem promiſiſſe vltra vires patrimonij. Ita quod tota dubitatio I C. verſetur in diſtinctione, an ſcienter an ignoranter, vel gerendi negocij cauſâ, curator ſupra vires patrimonij dotem promiſerit; vt ignoranti ſuccuratur, non etiam ſcienti, niſi negocij gerendi cauſa, id eſt, neque dolo, neque donandi animo, ſed ad vtilitatem puellæ, fortè ne periret magni & vtilis matrimonij occaſio, animo atque intentione gerẽdi negocium ejus ſponte ac voluntariè dotem vltra vires patrimonij promiſerit: Quo caſu habet mulierem obligatam, vt videlicet tanquam negociorũ geſtor ac voluntarius adminiſtrator, id quod eſt extra vires patrimonij, exceditq; terminos officij curatorij, à muliere repetat, ſi iam ſoluit marito, cui ipſe tenetur; vel agat, vt liberetur, ſi nõdum ſolutum ſit. quoniam ipſe egrediendo officium, voluntarius adminiſtrator factus eſt, & tenetur marito etiã depoſito curæ officio. arg. l. procurator qui de evictione. De procuratoribus. & l. ſervum Titij. ff. mandati. Ceterùm
4 quia † curator propter ignorantiã vel negocium geſtum regreſſum habet cõtra mulierem, benignè conſtitutũ eſt. vt ſi ex bonis mulieris confici non poſſit, quod ſupra vires patrimonij ejus promiſſum eſt, curator in hoc quod ſuperfluum eſt, exceptione relevetur: mulier verò cautionem exponere debeat, quod ſi quandoq; locupletior cõſtante matrimonio facta fuerit, dotis reliquum marito ſolvet. vt probatur ex ipſo I C. reſponſo; d. l. cùm poſt mortem. In † quo perperam habet communis lectio, verbum *quærat*. rectius autẽ 5
legitur, reponiturq; ex libro Florentino verbum *queat*. Sed manet imperfecta oratio, niſi ſuppleatur in omnib' libris dictio (*per*) vt hoc modo reſpõſum illud legatur: *Quod ſi mulier per ſuum curatorem adimplere id quod ſupra vires patrimonij eius in dotem promiſit, nequeat. &c.* Quæ in libris Baſilicon adeo imperfectè & intricatè leguntur, vt nihil certi indè conſtitui poſſit, ſive ad textum ipſum, ſive ad ſcholion illi additũ reſpicias; propter orationem malè cohærentem, & ſententiã juris communis diſpoſitioni parum conſentaneam; adeò vt probabilitatem habere videatur, conjectura Antonij Fabri, Conjecturar. lib. 6. cap. 16. exiſtimantis totã illam clauſulam, *quod ſi mulier* ineptè atq; ſuperfluè à Triboniano additã, & à Caij reſponſo ſeparandã & reyciendã. De quo tamen amplius deliberandum cenſeo.

SVMMARIA.

1. *L. ſeruum Titij. ff. mandati. noua ac ſingularis emendatio & interpretatio. & nu. 10. & per totum.*
2. *Mandatu alterius rem propriam vendens, adverſus emptorem agere nequit. & 4.*

Digitized by Google

3. *Error in corpore alienationem rei impedit, cum interpretatione l. ſi procurator ff. de acq. rer. dom.*

5. *Res mea mihi ignoranti vendita, ſi iuſſu meo à venditore alij tradatur, præter ius quod venditor habuit nihil tranſlatum eſt.*

6. *Mandatu alterius rem propriam vendens de evictione non tenetur, reiectis Gloſſa & aliorum opinionibus.*

7. *Mandatu alterius rem propriam vendẽs actionem mandanti cedere, imo nec pretium acceptum reſtituere cogitur.*

8. *Vendẽs rem ſuam quam defunctus cui ſucceſſit emerat, non contra emptorem ſuum, ſed adverſus defuncti venditorem experitur.*

CAPVT SECVNDVM.

MVltiplex eſt Gloſſæ & interpretum diſputatio, diſtinctio atque involutio, in explicando Marcelli reſponſo. in l. ſeruum Titij. ff. mandati. quod tamen rectè conſideratis & obſervatis facti terminis & circumſtantijs, non vſq; adeo difficilẽ explicationem habet, vt multi opinantur. Nam Marcellus duplicem quæſtionem proponit. Priore, ſeruũ titij à me bona fide emptum & poſſeſſum, mandato meo ipſe Titius vendidit; poſteriore verò contra, & ex oppoſito, ego vendidi ſeruum Titij ex illius mandato; cum fortè is, cui Titius heres exſtitit, eum emiſſet. Et cum in vtrâq; ſpecie de jure evictionis, & de mandato quæreretur, Marcellus ſecundum diverſitatem facti, & circumſtantiarum, vtramque quæſtionem definit, per de-
2 ciſiones oppoſitas. Nam † priore caſu reſpondet, Titium quamuis quaſi procurator vendidiſſet rem propriam, obſtrictum emptori eſſe; neque ſi rẽ tradidiſſet, vendicationem ei cõcedendã; & rectè; quia ignoſcendum eſt emptori, qui non divinavit ſeruum Titij non eſſe, quem ipſe Titius ex mandato alterius ſimpliciter vendidit. magiſque eſt imputandum Titio, quod mandatũ vẽdendi, re indiſcuſſa ſuſceperit & executus ſit, dum ignoraret ſervum ſuũ eſſe; ignoratio enim dominij, ſeu juris proprij, non inducit diſſenſum circa corp⁹ aut rem, l. cum in corpus. ff. de acq. rerum dominio. nec impedit alienationem rei, de cujus diſtractione contrahentes ſimpliciter conſentiunt & paciſcuntur. Licet † aliud dicendum ſit, 3
quando error eſt in ipſo corpore rei, id eſt, contrahentes diſſentiunt in ipſa rei ſpecie, quam transferre intẽdunt. veluti ſi procurator meus, vel tutor pupilli, rem ſuam quaſi meã vel pupilli tradiderit, l. ſi procurator. 35. ff. de acquirẽdo rerum domin. quia tunc perindè eſt ac ſi cum de Titio tradendo actum eſſet, quis errantet pro Titio Seium traderet, aut pro Pamphilo Sempronium, errando in ipſa ſpecie, ſeu corpore rei. Et hoc tam ex parte tradentis quam accipientis. l. in venditionibus in prin. ff. de contrahenda empt. Quod † nõ eſt 4
in Marcelli reſponſo, in quo defixo juditio, cõtrahentes in vnã eandemq; rẽ conſentiunt, licet alter jus ſibi in ea cõpetens

petens ignoret; quod eum, qui bona fide comparat, onerare, aut venditionē ex legitimo mandato factam convellere non debet. Quemadmodum aliàs emptio venditioque bona fide facta, non infirmatur, quamuis à non domino, & de re alienâ ignoranter facta ſit; l. ſi à Titio. ff. de rei vend. cum ſimilib'. Neque juvandus eſt mandatarius in Marcelli reſponſo, ſi pretendat, nō hoc ſibi fuiſſe propoſitum, vt dominium ſeu jus ſuum alienaret, dum venderet ex mādato alterius. Licet enim jus ſuū ignoraverit, & conſequenter non habuit propoſitum illud alienādi, tamen qua hoc propoſitum non fuit declaratum, emptori bona fide comparāti obeſſe non debet, ſed magis ipſi, qui mandatum ſuſcepit, & ſervum nulla addita demonſtratione vel reſtrictione vendidit. l. ſi repetendi. C. de condict. ob
5 cauſam. Tamet ſi aliud † obſervetur, ſi
6 demonſtratione aliqua propoſitum hoc declaretur; veluti ſi rem meā mihi ignoranter vēdideris, & juſſu meo alij tradideris; Nam in ea ſpecie meri o nō tranſit dominium quia conſtat etiā ipſi adverſario, hoc mihi non eſſe propoſitum, ſed quaſi venditoris dominium transferre, velut jure emptionis; cū ſequens juſſus meus referatur ad præcedentē emptionē rei & traditionē, quę ad illam ipſam emptionem limitatur. adeò vt non ſolum mea intentio, ſed & ejus cui fit traditio, dirigatur duntaxat ad hoc jus, quod ex præcedenti emptione mihi acquiſitum eſt. & actione quod juſſu, eatenus tantum quis tenetur, quatenus juſſit; l. dominiū. ff. quod juſſu. adeo vt is cui traditio facta eſt ex hoc juſſu non poſſit prætexere ignorātiam, propter declarationem & demōſtrationem juſſui additam. Quæ † de- 6
ficit quadantenus in eo qui rem ſuam vendidit ex mandato alterius; aut vēditionem rei ſuæ mandavit alteri indiſtincte, & abſque vlteriore declaratione; ita vt emptor juſtam poſſit allegare ignorantiam, per quam excuſatur, & ipſi Titio culpa imputatur, qui rei ſuæ vendendæ mandatum ſuſcepit. Rectè igitur Marcellus reſpondet; Titiū, qui rem quam ignorabat ſuam, ex mandato alterius vendidit, emptori obſtrictū eſſe, denegatâ illi rei vendicatione, quāmuis quaſi procurator alterius diſtraxit; nam bona fides non patitur vt id quod ipſe ex mandato ſponte ſuſcepto geſſit, convellat aut impugnet, cum dāno ejus; qui bona fide cum eo tanquam procuratore cōtraxit; Procurator enim quamuis proprio nomine de evictione non teneatur, niſi fidem ſuam evictionis nomine obſtrinxerit, l. procurator qui pro evictione. ff. de procurat. ipſe tamen ei quod ex mandato & vt procurator geſſit, contravenire non poteſt. Etenim conſtat vendicantē venditorē id quod ipſe vendidit; exceptione doli ſubmoveri poſſe, quamuis alio jure dominium quæſierit, l. vendicantē. ff. de evictionibus. ſive proprio nomine, ſive alieno, & ex alterius mandato vēdiderit. Licet † poſteriore caſu, ab eo 6.
ſcilicet qui ex alteri' mādato vendidit, evictio dari non videatur. Quæ Marcelli eſt ſententia dum reſpondet, Titiū quamuis vt procurator vendidiſſet obſtrictum emptori eſſe nec vendicationē ei cōcedendā, quod perperā Gloſſa,

& interpretes accipientes, exiſtimant Titium non ſolum ad rem tradendã, ſed etiam de evictione præſtanda teneri. Marcellus enim Titio procuratori duntaxat vendicationẽ denegat, onus autẽ præſtandæ evictionis non imponit, ſi fortè ab emptore poſtea res evinceretur. niſi contra denunciationẽ domini rem venditam tradiderit, l. Papinianus. De publiciana. act. Ita vt prorſus inanes & ſuperfluæ ſint, multiplices illæ & inconſtanter variantes Gloſſæ & interpretũ diſtinctiones & diſputationes, ad Marcelli. in d.l. ſeruum Titij. & Modeſtini. in d.l. procurator. reſponſa.

7 Cæterum † quamuis Titius, qui ex mãdato meo rem vendidit, quã ignorabat ſuã eſſe, emptori obſtringatur, & à vẽndicatione excludatur; nõ tamen deſtituitur auxilio; quoniã idcirco vt Marcellus aſſerit: id eſt, propter hoc, quod Titiꝰ vt procurator emptori obſtringitur, denegatâ rei ſuę vẽdicatione, liberatur mandati actione, ne mãdatori ſuo pretium ex re ſua redactum ſolvere, aut actionem cedere teneatur. quin vt prorſus indemnis ſit, datur ei contraria mandati actio, ad id quod ſua intereſt, ſi fortè intelligens rem ſuam eſſe, eam nõ vendidiſſet. Quæ prioris quæſtionis vera eſt deciſio & explicatio. A qua † va-

8 riat, ſecundum facti & circumſtantiarũ differentiã, alteriꝰ quæſtionis definitio. In qua immutata & converſa facti ſpecie, Titius nõ procuratoris ſed mandatoris perſonã ſuſtinet, atq; ex ipsiꝰ mandato ego ſervũ eius vendidi; cũ forte is cui heres extitit eam emiſſet. Ita vt ſervus proprio jure ad Titium pertineret, & eo amplius ipſius nomine ex empto actio jure hereditario cõpeteret, vnde Marcellꝰ. in d.l. Seruũ Titij. ad iſtã ſpeciem reſpondendo, cõtra inquit, id eſt ex oppoſito, ſi mandator id eſt Titius, qui mihi venditionẽ rei ſuæ, & ab illo per defunctũ, cui Titius ſucceſſit, bona fide cõparatæ, mandavit ab eo rem vendicare velit, doli exceptione ſubmovebitur: quoniã ipſe mandans venditionẽ ex ſua voluntate & mandato factam ratam habere debet, cum vigor mandati hoc operetur, vt perinde ſit, ac ſi ab ipſo venditio facta eſſet, quam ipſe mandavit, ideoque merito illi regreſſus denegatur, & adverſus mandatarium ſeu procuratorem, & adverſus emptorem rei ſuæ. cui etiam de evictione obſtringitur, ſi forte contingat rem emptam evinci. Ceterum † quamuis re- 9
ſpectu mandatarij ſeu procuratoris & emptoris, mandatori nullum ſuperſit auxilium, neque de proprio jure, quod ex mandato vendendi in alium tranſlatum eſt, conqueri poſſit, habet tamen jure hæreditario regreſſum ex empto, adverſus venditorem teſtatoris, qui bona fide comparavit, & cui venditor ad tradendum & evictionem præſtandam tenebatur, per actionem ex empto: quam Titius jure hæreditario conſecutus, non impediente mandato vendendi rem quæ prius ſua erat, recte exercere poteſt, vt Marcelli reſponſo continetur. in d.l. ſervum Titij.
Quod † recte emendatum & explicatũ 10
putavero, ſi in verſiculo. *contra.* pro dictionibus, *ab eo rem vendicare velit*, ex antiquiſſimo noſtro manuſcripto libro expunctis dictionibꝰ *eo rem.* reponatur, *ab emptore vendicare velit.* quæ optima

eſt

eſt orationis cohærentia, & magis perſpicuam ſententiam continet. credendumq; eſt temporis inuriâ, literis eroſis vel obſcuratis pro *emptore* imperitos librarios *eo rem* ſcripſiſſe: quod facilè ex vicinitate literarũ & obſcuritate abbreviationum contigiſſe, multis locis oſtenditur. Eaq; res dubitationem non habebit, ſi repudiata dictione *venditione* ex communibus libris legamus *venditorem*, hoc modo, *& adverſus venditorem teſtatoris ſui habebit ex empto iure hæreditario actionem*. Ita vt quamuis Titius proprio nomine adverſus emptorẽ ex mandato ſuo actionem non habeat, jure tamen hereditario rectè experiatur, adverſus eum qui defuncto vendidit, cujus heres poſtea factus eſt Titius;

SVMMARIA.

1. *Res minorum ſinè decreto judicis alienari non poſſe. & 3. 7. 9.*
2. *L. ſi ad reſoluendam C. de præd. & alijs reb. min. cum l. 1. ff. eo tit. conciliata.*
4. *L. non ſolum eo tit. emendata.*
5. *Æris alieni cumulum decretum Prætoris elicere.*
6. *An ex alia cauſa quam æris alieni interponi poßit L. ob æs alienum. d. t. explicata. Ibid.*
8. *Transportum coram iudice factum niſi decretum adſit nihil operatur.*
10. *Alienatio ſine decreto facta licet irrita ſit, fideiuſſores tamen quos curator dedit oblig. manẽt.*
11. *Pretium quod in vtilitatem minoris verſum eſt ſemper reſtituendum.*
12. *Pecunia in rem pupilli verſa quomodo probetur.*
13. *Decretum à quo iudice impetrandum.*
14. *Decreto interpoſito minor an in totum remedio reſtitutionis deſtituatur.*
15. *Imberti ſententia notata.*
16. *Pignoris venditionem ſi publicâ authoritate fiat, minor pati cogitur, & an contra eam reſtitui nequeat.*
17. *Bartholus defenſus contra Ioannem Mauritium.*
18. *Decreto interpoſito, nullitatis remedio nonnunquam minori ſuccurritur.*
19. *Pignoribus quæ pater minoris dederat non ex fide diſtractis, quomodo minori ſuccurratur.*

CAPVT TERTIVM.

RVbrica tit. C. de præd. & alijs reb. minor. nõ alienandis. perfectam ſententiam cõtinet, reſpicitque orationem imp. Severi, quâ prohibentur tutores pupillorum & curatores, prædia ruſtica vel vrbana diſtrahere. in l. 1. ff. eod. tit. Cujus orationis prohibitio complectitur non ſolum alienationem prædiorum, ſed & obligationem eorum, nec non hypothecæ, & cuiuſlibet alterius juris minorib' cõpetentis remiſſionẽ & cõdonationẽ. pulchrè Anchoran'. conſ. 242. in fine. Vnde † eleganter Imperatores Iſidoro ita reſcripſerunt. in. l. ſi ad reſoluẽdã hoc titulo. Si ad reſoluẽdã 2

donationem, quam in emancipatũ te pater cõtulerat. minor. 25 annis cautionem ei emiſiſti (cum hujuſmodi ſcriptura contra S C. autoritatem data ſit) non oberit juri tuo. In quo reſcripto ad S C. refertur prohibitio, quam Vlp. in d. l. 1. ff. eodem ex oratione D. Severi inductam ſcribit. Quæ non ſunt contraria ſed invicem cohærentia, & conſentanea: Quia orationem Imp. Severi S C. ſubſecutum eſt; & faciendi S C. auctor fuit, Severus imperator, oratione recitatâ; multaq; ſimilia exempla extant in jure noſtro. in l. 2. ff. de feriis. in l. cum hic ſtat⁹. ff. de donat. inter vir. & vxor. in l. cum hi. ff. de trãſactionibus. cum aliis recitatis à Briſſonio. antiquitatum lib. 1. cap. 16. Quod

3 † verò ad prohibitionem attinet, nihil intereſt, ex qua cauſa alienatio proceſſerat. Non ſolum enim per venditionẽ (vt Impp. reſcripſerunt) in l. non ſolũ. hoc tit. ruſtica prædia vel vrbana, pupilli vel adoleſcentis alienari prohibẽtur, ſed neque tranſactione, neque per mutationem, & multo minus donatione vel alio quovis modo ea transferri à domino ſuo poſſunt. Capitulis de electione 105. & 133. Quo loco

4 † in vulgatis Codicibus extinguenda eſt dictio *multo magis* reponendumque *multo minus*, propter orationem negativè conceptam, quæ alioqui eſt hiulca & depravata. Præterea in eodem reſcripto non, *transferre*, activè (vt plerique Codices habent) ſed paſſivè *transferri* legere cõ-

5 venit. Quod † ſi forte æs alienum tantum ſit, vt ex rebus cæteris non poſſit exſolvi, tunc Prætor vrbanus. l. 11. dex ordinarius vir clariſſimus (vt habet oratio) arbitretur; qui pro ſua religione æſtimet, quæ alienari, obligarive poſſint & debeant. Et hoc eſt quod Impp. Diocletianus & Maximinianus Leontio reſcripſerunt in l. ob æs. C. eodem. Ob æs alienum tantum cauſa cognita, præſidiali decreto interveniente, prædium ruſticum minoris rectè diſtrahi. In quo reſcripto interpp. otioſè diſputant, an 6

taxativa illa *tantũ* excludat ſimiles alienandi cauſas, relatione taxativę facta ad præcedentia verba, quaſi ita ſcriptum eſſet: *Ob æs alienum tantum*, & quod ibi puncto facto reliqua ſubſequantur. Quod aliter ſe habere eleganter oſtendit Alciat⁹. diſpunct. lib. 4. cap 5. puncto facto poſt dictionẽ *alienum* relataq; taxativa ad ſequentia verba hoc ſenſu; Quod ob æs alienum permittatur prędij ad minorem pertinentis alienatio, tantum cauſa cognita, & obtento decreto. Adeo † vt nec ex cauſa nuptiarũ 7

minores prædia ſua alienare, vel obligare poſſint abſque decreto, l. prędia. & l. fin. Cod. eodem. quod neceſſariò requiritur, & eſt de ſubſtantia alienationis, debetque intervenire cum cauſæ cognitione, & circumſtantiarũ exploratione; vt examinata & patefacta rerum fide, juſta cauſa interveniat, & liqueat judici appareatque alia mobilia diſſolutioni æris alieni non ſufficere. l. magis puto §. ne paſſim. ff. eodem. & quod id de cujus venditione agitur, minori minus damnoſum ſit, & quod poſtea authoritate publica & in ſubhaſtatione plus offerẽti diſtrahatur. pulchrè Afflictus. deciſ. 249. nemine exiſtente qui pluris liceatur. l. ait prætor. §. quæſitum ff. de minoribus. Ex quibus in-

ſtitu-

8 telligitur præſentiam † judicis, aut le-
gis actionem (quam vulgò tranſportũ
vocant) coram ſchabinis & judicib⁹ ad
alienationem, vel obligationem rerum
ad minorem pertinentium nõ ſuffice-
re; neque etiam libello per procurato-
rem ad prætorem vel præſidem delato,
non audita parte alterâ, nulloque ad-
verſario in jus vocato, rerum alienatio-
nem expediri poſſe l. 24. ff. de re judi-
cata. & l. 21. ff. rem ratam haberi l. mi-
norum. C. eod. Quoniam cauſę cogni-
tio requiritur, nec aliter ea res confici
poteſt, niſi apud acta cauſis probatis,
quæ venditionis neceſſitatem inferũt,
decretum ſolemniter interponatur. d.
l. minorum. Et alienationes † aliter fa-
9 ctæ, ſunt ipſo jure nullæ, etiamſi aga-
tur de cauſa permutationis, tranſactio-
nis vel in ſolutum dationis, l. ſi minor
25. annis Cod. eodem. vel de vectigali,
patrimoniali, vel emphiteutico prędio,
l. etiam. C. eodem. Nec intereſt an ipſe
minor, an curator, an cum curatore mi-
nor, ſive etiam pater idemque curator
alienationẽ fecerit. A patre enim eo-
demque curatore prędium emancipatis
filiis acquiſitum, alienari ſine Præſidis
authoritate non poteſt. d. l. cum eman-
cipatis. C. eodem. Et ſi is qui ruſticum
prædium minoris diſtraxit, curatoris
officio functus id fecit, venditio contra
D. Severi orationẽ facta, Præſidis ſen-
tentia reſcindetur, quatenus de facto
proceſſit, etiamſi venditio fuerit mino-
ri vtilis, dummodo ipſe malit rem recu-
perare. Math. de Afflictis deciſ. 83. l. et-
ſi. C. eo. Et adcò nulla eſt hujuſmodi
venditio, vt non intelligatur dominiũ
à minore diſcedere, l. prædia. & l. ſi præ-
dium. hoc tit. illibataq; maneat ei per-
ſecutio rei ſuæ, etiamſi nec dolus, nec
pretij vilitas, nec læſio intervenerit. Si
quidem omiſſo decreto ſupervacuum
eſt de viliore pretio & læſione tractare,
cum S C. retento dominio, alienandi
viam obſtruxerit. l. ſiquidem. hoc tit. In
tantum vt nec reſtitutio minoribus ſit
neceſſaria, l. 2. in prin. hoc tit. cum is
qui habet viam explicatam & remediũ
ordinarium, non indigeat remedio ex-
traordinario, nec teneatur ad viam in
explicatam recurrere. Baldus hic. in l. 2.
Illud † ſingulare eſt in hoc articulo, vt 10
quamuis alienatio nulla ſit, fideiuſſo-
res tamen & pignora, quæ ob evictio-
nis periculum ex proprijs rebus cura-
toris obligata ſunt, teneantur & perſe-
qui liceat. d. l. & ſi is. in fin. Quod mi-
rabile eſt, & contrarium (vt videtur) re-
gulæ acceſſionis, quę corruente princi-
pali etiam ſolet corruere. Ob quod in-
terpretes putarunt alienationem non
omnino perimi, ſed aliquid obligatio-
nis principalis adhuc ſupereſſe, cũ ſal-
tem nomine obligatus remaneat mi-
nor. eodem modo quo ſuſtinetur fide-
juſſoris obligatio minore reſtituto, vt
nõ ineleganter tradidit Iohannes Mau-
ricius. de reſtitut. in integrum. Et hoc
eſt quod Baldus ſcribit. in d. l. etſi is. nõ
lege generali, ſed ſpeciali jure infirmari
alienationem, ideoq; diverſam eſſe ra-
tionem principalis, & acceſſorij. Quod
mihi rectè explicari poſſe videtur, ſi cõ-
ſideremus alienationem nullam eſſe,
ſed non ſimpliciter abſoluteq; verum
reſpectivè quoad quid, & contempla-
tione minoris tantum. arg. l. exceptio-
nes. ff. de except. & l. 2. de fidejuſſorib⁹

min. exemplo alienationis de fundo dotali factæ, quæ nulla eſt ratione mulieris, efficax vero ratione mariti vel alterius vendentis. Hyeronimus Gratus conſ. 52. nu. 22. & l. vbi adhuc C. de iure dot. Illud prætermittendum non eſt
11 † quod tamen ſpeciali privilegio minoris ætatis alienatio nulla ſit reſpectu minoris, ita vt rem cum fructibus vendicare poſſit, l. ſi. prædium. C. hoc tit. niſi emptor fuerit bonæ fidei; l. ſi cōtra C. ſi quis ign. rē minor. cōp. vendicationē tamē nō omnino expeditā eſſe. Nam pretium venditori datum reſtitui oportet, quatenus probatur in vtilitatē minoris cōverſum eſſe, l. prædiorū C. eod. alioqui emptor conventus doli exceptione agentem poterit repellere. d. l. prædiorum. l. vtere. & l. ſi quidē. eodem. quin & ſumptus meliorati prædij emptori conſervantur. d. l. ſi. prædium. in fin. C. eodem. Plerumq; etiā pretiū datū cū vſuris a minore eſt reſtituēdū, veluti ſi debitum fiſcale, & vſurarium ex pretio ſolutū fuerit, prædiū a minore revocari nō poterit niſi oblata emptori ſorte cū vſuris, quas debito nō ſoluto ab initio minor fiſco ſolvere debuiſſet. vt reſcriptis Diocletiani, & Maximiniani manifeſtatur. in d. l. vtere. & in d. l. ſi prædiū. Ex quib' rectè ſcribit Baldus; in d. l. ſi. prædiū. Quod ſi Abbas & Conuēt' alienaverint prædiū pro ſoluenda decima, vel alio jure Pōtifici, licet nō valeat cōtract' propter nō interpoſitū decretū ſuperioris, id tamē quod alienatū eſt nō recuperari, niſi reſtituto eo quod datū, & in vtilitatē monaſterij verſum eſt, quoniā eſt tantū defect' ſo-
12 lemnitatis, nō cauſæ. Modū autē † probandi pecuniā ceſſiſſe in vtilitatem minoris vel eccleſiæ Baldus in d. l. ſi prædiū. conſtituit in vicinitate actuū, & in eo, quod debitū invenitur diſſolutum, cū propria pecunia minoris vel eccleſię deficeret. Sed meliorē modū & cautionē in hac re praxis, & quotidianus vſus prodidit, quippè vt is qui emit à minore vel eccleſia, ipſe creditori minoris, vel eccleſiæ pecuniam numeret, & inſtrumentum de eo confici procuret. Et hoc eſt quod I. C. ſcribit, oportere creditorē curioſum eſſe quo pecunia vertatur. l. 1. in fin. ff. de in rem verſ. Illa vtilis † eſt quæſtio, cum de decreti ad- 13
hibitione agitur, cujus judicis authoritas requiratur, & plerique à judice domicilij, plerique à judice loci vbi res ſita eſt, decretum interponi volunt; plerique vtriuſque authoritatem deſiderant. Verius eſt ſufficere authoritatem judicis ejus loci, vbi res cōſtituta eſt. l. ſi prædiū. hoc tit. quamuis etiā domicilij judex non malè adeatur. l. magis. §. illud. ff. eodē. & ſecuriſſimū ſit vtriuſq; authoritatem conjūngere. Calderinus conſ. 1. & Romanus conſ. 250. Cum † 14
autem decreti adhibitio ex oratione Severi & S C. ſit neceſſaria, opportunè tractatur, an pleniſſima ſecuritas emptori inde acquiratur, an vero minor adverſus alienationem decreto judicis confirmatam adhuc reſtitui poſſit. Et paucis; neque curatoris autoritas, l. 1. & 2. ſi curator intervenerit, nec conſanguineorum amicorum ſeu affiniū præſentia, pulchre Ioannes Maurici' de reſtitut. in integrū ca. 145. nec decreti interpoſitio, minorē à reſtitutione, atq; alijs juris auxilijs excludit, l. ſi quidē cū

alijs

dijs hoc tit. ſi vel fraudulẽta venditio-
ne, participante emptore damnum illi
inflictum eſſe doceatur, l. 2. in fin.
hoc tit. aut Prætori obreptum, l. 1.
in prin. ff. eodẽ. ſive falſis allegatio-
nibus circumuentã ejus religionẽ, aut
viliore pretio venditionẽ factam eſſe
oſtendatur. l. & ſi præſes. & d. l. ſiquidẽ.
hoc titulo. Vſq; adeo vt minori reſtitu-
tio detur aduerſus ſuæ rei venditionẽ,
etiamſi in cauſam judicati capta diſtra-
ctaq; fuerit. l. 1. hoc tit. niſi pro fiſcali
debito, eoque vero & reali venditio fa-
cta ſit. Nã pro tali debito res publicè ſub
haſta diſtracta emptorib⁹ nõ aufertur,
neq; minoris ętatis neq; perſonarũ Deo
dicatarũ privilegio. l. quæcunq;. C. de
fide inſtrumẽt. & jur. haſtæ fiſcalis. lib.
15 11. Cujus † rationẽ Ioannes Imbert⁹,
Inſtit. forẽſium lib. 1. in fin. alioqui de
jure & praxi optimè merit⁹, non rectè
conſtituit, in ſolemnitate haſtæ fiſcalis,
quaſi illa tantã firmitatem habeat, vt
quod per illam diſtrahitur, nullò reme-
dio, aut privilegio conuelli vel attenta-
ri poſſit: Nam etiam adverſus vendi-
tionem pignorum minorib⁹ ſolet ſub-
ueniri: l. 1. C. ſi aduerſus pig. vendit. &
eſt text. hic. in l. 1. & 2. Et tamen vt cre-
ditor ad pignoris venditionem proce-
dat, neceſſaria eſt multarũ ſolemnitatũ
obſervatio, & nominatim ac præcipue,
vt pign⁹ publicè ſub haſta & plus offe-
renti vendatur. adeò quod hujuſmodi
ſolemnitati renunciari non poſſit, vt
ipſe Imbertus tradidit. loco citato.
Quod itaque pro debito fiſcali res ven-
dita emptori non poſſit auferri, non
contingit propter ſolemnitatem haſtæ
fiſcalis tantũ, verũ etiam ob hoc quod
agatur de debito publico, eoque favo-
rabili, & cui res ipſa eſt obnoxia ceſſan-
te obligat. perſonæ. l. impp. ff. de pu-
blicanis. Quia autẽ pignoris vẽdendi † 16
mẽtio facta eſt, ſcire oportet eã minorẽ
pati debere, ſive agatur de pignore præ-
torio, quod cõſtituitur per miſſionẽ in
poſſeſſionẽ, vbi nõ cavetur, vt in cauſa
dãni infecti, aut legatorũ ſervãdorum:
ſive de judiciali, quod inducitur, cum
pro executione judicati, qui vicit mi-
ſſ⁹ eſt in bonorũ poſſeſſionẽ condẽnati
l. vnica. C. ſi in cauſam judicati pig. ca.
ſit. l. 1. ff. de bonis auto. Iud poſſiden-
dis. l. à divo Pio. ff. de re judicata. ſive
etiam de conuentionali pignore, quod
ex conventione partium inducitur. In
quo diſtinguunt Interpp. an ab ipſo
minore datum ſit, an à patre minoris,
vel ab alio extraneo cui minor ſucce-
ſſit; vt poſterioribus caſibus teneat
alienatio, ſed minor reſtitui poſſit; pri-
mo vero ſit inutilis, ſi abſque decreto
minor pignus dederit, quod verum eſt.
Adverſus pignoris autem venditionẽ,
non ob quamuis læſionem reſtituetur
minor, ſed ob eam demum, quæ mag-
num detrimentum, & enormè damnũ
adfert. d. l. 1. & ibi Bartolus C. ſi adver-
ſus vendit. pig. Solemnitati enim ven-
dendi, & publicæ haſtæ hoc tribuitur,
vt ob levem & mediocrem læſionem,
quæ alioqui ſufficeret, non deducatur
ad irritum, ſed magnum & notabile
detrimentum requiratur. d. l. 1. Ob † 17
quod immerito Bartolũ reprehendit
Ioannes Mauricius, de reſtitut. in inte-
grum cap. 104. & ſeq. reyciens illius di-
ſtinctionem inter modicum & mag-
nũ dãnũ, eã ratione, quod nunquã ob

modicum damnum detur reſtitutio. l. ſcio. ff. de in integrum reſtitutione quoniam Bartolus diſtinctionem ſuã intelligit non de minima & non conſiderabili læſione, ſed diſtinguit inter læſionem mediocrem, quæ regulariter ſufficeret, & illam quæ eſt valdè magna & ingens, qua opus eſt, vt venditio publica authoritate facta, retractetur. Id quod nõ malè putarem extendi poſſe etiam ad alienationem interpoſito decreto factam, ne videlicet publica autoritas, ob parvam læſionem revocetur
18 in dubium. Illud † ſane verum eſt, nõ ſolum beneficio reſtitutionis, ſed etiã nullitatis viâ, aliiſque actionibus & remediis minoribus ſuccurri adverſus venditionem cum decreto factam, pro diverſitate negociorum, & circumſtãtiarum quibus legum remedia adaptãtur. Quod ab interpretib⁹ non ſatis videtur animadverſum, dum paſſim omnes leges ad reſtitutionem referũt. Reſtitutio enim tunc ſolũ neceſſaria eſt, cum de ſola læſione, veluti ob venditionem minore pretio factam, quæritur; d. l. ſi quidem. & l. 1. hoc titulo, quod ſi obreptio probetur prætori, aut fraudulentia, aut dolo, aut per colluſionem facta arguatur venditio, nullitatis remedium intentari poterit, l. 1. in fin. & l. & ſi præſes hoc tit. pulchrè Caſtr. conſ. 156. nu. 2 Quod † ſi creditor pig- 19
nus à patre defuncto, vel ab extraneo, cui minor ſucceſſit acceptum, diſtraxit non bona fide, manet quidem rata venditio (quia cum minore non eſt contractum) ſed datur actio pignoratitia contra creditorem, vel habetur recurſus adverſus tutores vel curatores, qui talem venditionem fieri ſunt paſſi. l. 2. C. ſi adverſus pig. vend.

SVMMARIA.

1. *L. ſi ego ff. ſi cert. pet. & l. cum in corpus ff. de acq. rer. dom. conciliata & novè explicata. & nu. 2. 3. 6.*
4. *Diſſenſus circa cauſam dandi & accipiendi an obligationem aut dominij tranſlationem impediat.*
5. *Ignorans conditionem extitiſſe ſub qua emit, vſucapit.*

CAPVT QVARTVM.

Denſiſſima ſunt negotiorũ germina, & plerumq; minima facti circunſtantia neglecta vel non obſervata obſcuritatem invehit, efficitque vt pro ſimilibus accipiantur, quæ prorſus diverſa & diſſimilia ſunt. Vnde ſæpè in jure magna inducitur perplexitas, vt videmus in Vlpiani & Iuliani reſponſis. in l. ſi ego ff. ſi cert. pet. & l. cum corp⁹. de acquir. rer. dom. in quibus eadem facti ſpecies (vt prima facie videtur) ab vtroque I C. propoſita, contraria juris deciſione diſſoluitur. Nam Vlpianus in d. l. ſi ego. ita ſcribit *Si ego pecuniam tibi quaſi donaturus dedero, tu quaſi mutuam accipias. Iulianus ſcribit*

bit

pit donationem non eſſe. ſed an mutua ſit videndum eſt. & puto nec mutuam eſſe; magiſque nummos accipientis non fieri. cum alia opinione acceperit. Contra Iulianus reſpondet, in d. l. cum in corpus. *Cum in corpus quidem, quod traditur conſentiamus in cauſis vero diſſentiamus, non animaduerto cur inefficax ſit traditio; veluti ſi ego credam me ex teſtamẽto tibi obligatum eſſe, vt fundum tradam, tu exiſtimas ex ſtipulatu eum tibi deberi. Nam & ſi pecuniam numeratam tibi tradam donandi gratiâ, tu eam quaſi creditam accipias, conſtat proprietatem ad te tranſire. nec impedimẽto eſſe, quod circa cauſã dandi atque accipiendi diſſenſerimus.* Quod Iuliani reſponſum omnino adverſatur, atque repugnat Vlpiani ſententiæ, in iiſdem (vt videtur) propoſiti facti terminis. Nam Vlpianus, propter diſſenſum circa cauſam dandi & accipiendi negat pecuniæ ex cauſa donationis traditæ, ac ex cauſa mutui acceptæ, transferri dominium; Quod Iulianus affirmat, conſtanter aſſerens efficacem eſſe traditionem, & proprietatem tranſire, etiamſi in cauſis tradendi & acci-
2 piendi diſſenſerimus. In quo † eſt manifeſta reſponſorum & deciſionis contrarietas, & repugnantia: quæ interpretum ingenijs tãtam offudit caliginem, vt propoſitis quibuſdam frivolis divinationibus, antynomiam reliquerint velut indiſſolubilem, propter confuſionem terminorum & non obſervatam circumſtantiarum differentiam: quæ conſiderata & accepta vt decet omnem difficultatem removet. Nam Vlpianus principaliter non tam de dominio transferendo, quam de donationis ſeu mutui contractu incundo, & obligatione perſonali contrahenda agit, vt ex tit. De rebus creditis, (cui Vlpiani reſponſum ſubeſt) intelligitur; & evidentius oſtendunt verba Vlpiani in d. l. ſi ego. *Si ego pecuniam tibi, quaſi donaturus &c.* & rurſus: *tu quaſi mutuam recipias:* quę futuram & contrahendam obligationem ſignificant, quã diſſenſus contrahentiũ in ipſis contrahendi cauſis impedit. Ita vt ſequens numeratio vires transferendi dominij non habeat: Quia nuda eſt & inefficax, vtpote deſtituta omni cauſa & titulo dominij tranſlativo, propter diſſenſum in ſubſtantia obligationis, l. in venditionibus. in prin. ff. de contrahenda empt. dum alter contrahentium donationis, alter vero mutui contractum celebrare intendit, & ex illo reſpectivè dominiũ transferre & acquirere. Etenim † ſecundum notiſſimas 3
juris regulas nunquam nuda traditio transfert dominiũ, l. nunquã nuda. de acquirendo rerũ dominio. ſed ita ſi vẽditio aut aliqua juſta cauſa præceſſerit, propter quã traditio ſequeretur. Quod cum non ſit in Vlpiani reſponſo propter diſſenſum contrahentium in ipſa obligandi ſubſtantia & cauſa, rectè Vlpianus negat transferri dominium ex ſimplici numeratione ſeu traditione, quæ nuda eſt, id eſt, deſtituta præcedentis obligationis ſeu contractus titulo. Quod in Iuliani reſponſo in d. l. cum in corpus. planè diverſum eſt, vtpote in quo agitur non de conſtituenda cauſa, & contrahenda obligatione; ſed de ea quæ præcedit, & prius contracta eſt, per traditionem adimplendã.

Digitized by Google

vt intelligitur ex ipſo illo titulo. De acquirendo rerum dominio, & indicant verba præteriti temporis, quibus Iulianus vtitur, *ſi ego credam me ex teſtamento obligatum, & rurſus tu exiſtimas ex ſtipulatu eum deberi.* 4 Igitur † quamuis in obligatione contrahenda & conſtituẽda, diſſenſus contrahentium impediat ipſum contractum & obligationem, atque effectum traditionis in vim illius ſecutæ; aliter tamen obſeruatur, ſi validam & efficacem cauſam & obligationem præexiſtentem ſequatur traditio. Nam tunc quamuis in traditionis actu circa cauſam dandi & accipiendi diſſentiamus, nihil tamen impedimento eſt quo minus proprietas transferatur, & ab eo qui tradit abeat, maneatque penes accipientẽ, ex cauſa quæ præcedit & vere ſubſiſtit; ſive ea ſit mutui ſive donationis ſive alia ad dominij tranſlationem ſufficiens; concurrentibus enim plurib' dandi cauſis ſufficit vnam ſubſiſtere, vt ex ea acquiratur dominium, l. non vt ex pluribus. ff. de regulis juris. etiamſi is qui tradit, & is qui accipit, in vnam illam eandemque cauſam non conſentiant. Nam hoc caſu conſenſum reſpectu proximæ cauſæ, id eſt traditionis, & acquiſitionis inſpicimus non etiã ejus quæ remota eſt. id eſt, ex qua fit traditio: cum præexiſtente cauſa, dominij tranſlativa, traditio volentis dominiũ transferre, & acceptio volentis acquirere, fundamentum inueniat cui incumbat, & ex quo tranferatur & acquiratur dominium; Quemadmodum † in ſimili is qui ſub conditione emit, quamuis conditionem exſtitiſſe ignoret, vſucapit, quia potius ſubſtantiam & veritatem cauſæ præcedẽtis intuemur, quam opinionem. l. 1. §. ſi ſub conditione. ff. pro emptore. 5 Quod † non eſt in Vlpiani reſponſo, in quo agitur de contrahenda obligatione, & conſtituẽda cauſa, quæ propter diſſenſum contrahentium impeditur, & deficit obligationis cauſa, ſubſtantia & veritas. 6 Ita vt in Iuliani & Vlpiani reſponſis nulla ſit contrarietas aut repugnantia, ſed ſumma conſenſio & convenientia, accommodata ſecundum facti diverſitatem ad oppoſitas cauſas, oppoſitis deciſionibus; ſecundum veram juris conſtitutionem ab vtroque I C. approbatã. Adeò vt Vlpianus in d. l. ſi ego neque novam neq; propriam ſed ipſius Iuliani ſententiam commemoret. & comprobet, his verbis *Iulianus ſcribit donationem non eſſe.*

SVMMARIA.

1. *Societatem & purè, & in diem, & ſub conditione contrahi.*
2. *Æqualitatem collationis in ſocietate non requiri.*
3. *L. cum duobus ff. pro ſocio. explicata, & vetus lectio defenſa contra Canonum.*
4. *Operam in ſocietate præſtans, ob negligentiam & imperitiam tenetur.*
5. *Manus pretium quid dicatur.*
6. *Partes lucri in ſocietate quomodo ineundæ.*
7. *Demum amiſſæ ſortis, itemque ſors ipſa quomodo communicanda.*

CAPVT

CAPVT QVINTVM.

1 CONſtat † ſocietatem iniri poſſe & purè, & in diem, vel ex tempore, & ſub conditione. l. 1. ff. pro ſocio. Nam veterum dubitatio an ſub conditione celebrata ſocietas conſiſteret, ſublata eſt conſtitutione Iuſtiniani, apertè diſponentis, l. penult. C. pro ſocio. ſocietatem contrahi poſſe non ſolum purè ſed etiam ſub conditione. Ex qua Iuſtiniani conſtitutione addita ſunt Pauli reſponſo. in d. l. 1. ff. pro ſocio. verba illa; *vel ſub conditione*; vt videlicet vna lex alteri eſſet conſen-

2 tanea. Porro † in conſtituēda ſocietate, nihil neceſſe eſt æquales eſſe cōtrahentium facultates, & æquales res ad ferri in communionem; ſed poteſt alter plus pecuniæ vel operæ conferre altero. l. ſi ſocietatem. ff. pro ſocio. Imo vno pecuniam conferente, altero operam, contrahi poſſe ſocietatem magis obtinuit. l. 1. C. pro. ſocio. Quia ſæpè opera alicujus valet pro pecunia. Et

3 hoc eſt † quod I C. dixit in l. cum duobus. §. ſi in coëunda. ff. pro. ſocio. *pretium operæ artis velamētum eſt*. Quod Haloander, Budeus Anton. Auguſtinus, adeò obſcurum exiſtimant, vt dicant ſenſum elici non poſſe, qui congru' ſit eloquentiæ Vlpiani. Franciſcus verò Conanus arbitratur textum corruptū eſſe, legique debere non vt ſolet, *pretium operæ artis eſt velamentum*; ſed *pretium operæ artis eſt æquamentum*. ſed hæc Conani lectio neque idoneam ſententiam habet, neque auget elegantiā orationis, ſed magis obſcurat & intricat; Ideoque retinenda eſt vetus lectio, dicendumque cum magno miſterio & elegantia à I C. dictum; *pretium operæ artis eſſe velamentum*, ea ſignificatione, quod non tam materię ratio, quam manus & artis habeatur. Et quod in exemplis propoſitis de pecore in communi paſcendo, & agro colendo ſeu poliēdo, licet opera præſtetur, tamen in ea operâ contineri quandam peritiæ & ſcientiæ profeſſionem, vt indicant præcedētia I C. verba; ita vt operę pretium hoc caſu habeat velamentum, id eſt ſimilitudinem, imaginem & ſpeciem artis; Idemque judicetur de hujuſmodi opera, in culpâ & imperitiâ præſtāda, quod de verâ artis profeſſione. Idque evidētius convincunt conjunctæ & rectè intellectæ omnes clauſulæ reſponſi de quo agitur. Nam poſteaquam ex Celſi ſententia generaliter definitum erat, ſocios inter ſe dolum & culpam præſtare, ſuboriebatur dubitatio de eo, qui in coëunda ſocietate paſcendi pecoris, aut agri colendi artem operamue pollicit' eſſet, an videlicet is etiam ad culpam teneretur, quæ occaſione artis aut operæ contingeret, forte ex imperitia. Et reſpondet I C. etiam culpam præſtari debere; addita ratione; *quia pretium operæ artis eſt velamentum*. Quod

† eſt elegantiſſimum & magnam po- 4
teſtatem habet, ſignificatque operam hoc caſu præſtantem, teneri etiam ex negligentia & imperitiâ, propter profeſſionem & pollicitationem operæ, quæ hoc caſu inſtar artis eſt: ita vt imperitia puniatur, vt in lege Aquilia cōſtitutum eſt, l. idem juris eſt, ff. ad legē

Aquiliam.§.impetu.inſt.illo tit.l.cùm in plures. ff. locati. & in locati judicio. vt in eiſdem prope terminis reſpondit I C.l.ſi quis fundum §.Celſus ff.lo-
5 cati. Et hoc eſt quod Vlpianus † ſcribit, in l.mulieris §. res abeſſe ff.de verborũ ſign.his verbis : *quoniam plerumq́, plus eſt in manus-pretio quam in re.* Et quod apud Vergiliũ legitur: *Artificũq́, manus inter ſe operũq́, labores Miratur.* Etenim harũ rerũ pretiũ nõ in ſubſtantia ſed in arte poſitũ eſt. & manus multarũ artiũ miniſtra eſt. Et manꝰ pretiũ dicitur, vbi non tã materiæ ratio quã manꝰ atq; operis ducitur. Cicero: *Provincia iſta tibi manu pretium fuerit, nõ everſa per te, ſed*
6 *perdita civitatis.* Quod † autẽ ad partes ſocietatis attinet, ſi in contrahendo de ijs nihil cõvenit, nec alteriꝰ arbitrio ea res permiſſa ſit, l. ſi ſocietatem ff. pro ſocio. conſtat æquas eſſe. quod eſt intelligendum non reſpectu perſonarũ, ſed quantitatis, à quolibet collatæ, ita vt ſi æqualem ſortẽ contulerunt æquales partes habeant : ſi verò diſparem eadem proportione, diſparitas quoque ſequatur lucri & damni; gloſſa & D D. in d.l.ſi non fuerit. eandemq; proportonem etiam in operis ſervari debere, Baldus & Faber exiſtimant, l. 1. C. pro ſocio. vt qui plus operæ contulit, plus cõmodi habere debeat ratione operarũ arbitrio boni viri, vt explicãt Alexander conſil. 133. volũ.2.& Laurentius Sylvanꝰ. conſ. 41. Sed Salicetꝰ ſubdubitat, l.1.C.pro ſocio.magiſq́; inclinat in contrariũ : Quia, inquit, hominum induſtria, animorũ vis & vigor magnam vbiq́; habet diſparitatẽ, l. inter artifices ff.de ſolut. quæ in conſideratione eſſe nõ debet, niſi vbi ipſi contrahentes ad illam reſpexiſſe comperiuntur. Quod nõ eſt alienũ à ratione, niſi magna operarũ reperiatur inæqualitas, propter majorẽ alteriꝰ induſtriã & laborẽ, alterius verò ægritudinẽ aliaq; impedimẽta ab initio fortè non cõſiderata : ita vt meritò hoc caſu ad arbitriũ boni viri recurri debeat, idq́; ex Bald. & aliorum ſententijs. Illud nõ dubitatur quin cõventione partes inæquales cõſtitui poſſint, quod cùm ab alijs ſufficienter ſit expoſitũ, à repetitione ſuperſedebimꝰ.
Sanè † quod ad ſortem ſeu capitalẽ pe- 7
cuniã attinet, alterò operã conferente, magis obtinuit & æquius eſt vt is eam præcipuam habeat à quo profecta eſt. Bald. Caſtrenſ. Fulgoſ. & alij in l.1. C. pro ſocio. quãvis damnũ amiſſę vel deminutę ſortis, ſi aliud non convenerit, cõmune ſit. Salicc. in l.1.C. pro ſo-

SVMMARIA.

1. *Refectionis gratiâ is cui ſervitus debetur, ad loca non ſervientia poteſt accedere.*
2. *Refectionis vocabulo quid contineatur. & 6.*
3. *Ex contractu an ex vltima voluntate ſervitus debeatur nihil intereſt.*
4. *Fundo dominante in plures partes diviſo omnibus debetur ſervitus, cum explic. l. via conſtitui. §. fin. ruſt. præd.*
5. *Pacto effici poſſe nè quis omnino aut certo modo poſſit reficere.*
7. *Cui reficiendi jus competit, novum opus facere interdictum eſt. & 9.*
8. *Megenſium cum Cliuienſibus, & Hollandorum cum Culenburgi comite controverſia.*

Qui-

10. *Qui ſervitutem debet ad incommodum ſervitutis ejuſue refectionem nihil facere poteſt.*
11. *L. refectionis ff. com. præd. emend. & explicata.*

CAPVT SEXTVM.

1 REfectionis † gratia accedēdi ad ea loca quæ non ſerviant, facultas tributa his eſt quibus ſervitus debetur; text. in l. refectionis. ff. com. præd. dumodo tamen ea facultate vtantur moderatè & quatenus neceſſitas poſtulat. l. item ſic poſſunt §. qui habet ff. ruſt. prædio. Quod eleganter expreſſit Vlpianus, his verbis: *qua tamen*, id eſt, per quem locum ſeu tractū accedere eis ſit neceſſe; vrgens enim & neceſſaria refectio eſt ad mittenda. l. 8. §. Servius ff. de rivis. & cui iter vel alia ſervitus competit, omnia illa conſequitur ſine quibus vſum ejus ſervitutis explicare non poteſt. l. ſervitutes. §. ſi domo ff. vrbanorum prædio. Et ideo ſi prope tuum fundum jus mihi eſt aquam è rivo ducere, tacitè hæc jura ſequuntur, vt reficere mihi rivum liceat, vt adire quâ proximè poſſum ad reficiendum eum ego fabrique mei. Item vt ſpatium relinquat mihi domin' fundi, qua dextra & ſiniſtra ad rivū adeā, & qua terrā, limū, lapidē, arenā, calcemq; jacere poſſim: text. in. d. l. refectionis in fin. adeo vt nuntiatio novi operis à reficiente rectè contemnatur, & ſi quis eum apportare adveheréq; ea quæ refectioni neceſſaria ſunt, prohibeat, interdicto vti poſſit.
2 l. ſervus in fin. de rivis. Etenim † verbo reficiendi, tegere ſubſtruere, ſarcire, ædificare, item advehere apportareq; ea quibus ad eam rem opus eſt continentur. l. 1. §. deniq; ait prætor de rivis. Nec † intereſt an ex contractu, an ex vltima 3
voluntate juris mei conceſſionem & reficiendi facultatem habeam, d. l. Item ſic poſſunt. Et reſponſum I C. quod in contrarium citatur, in l. via conſtitui. § fin. ruſt. pręd alium ſenſum & interpretationem habet. Nam I C. Paulus † 4
non agit de his quæ neceſſario fiunt in fundo ſerviente ad explicandum vſum ſervitutis, ſed de diviſione fundi dominantis, qui pluribus communis erat, & ex cujus partibus diviſis plures fundi conſtituuntur, quibus omnibus debetur ſervitus, propter diffuſam ejus poteſtatem (vt Paulus ait) per omnes fundi partes. Sed his quibus vlteriores parter diviſi fundi ceſſerunt, vſus dictæ ſervitutis impeditur & interpellatur, propter interpoſitas proximas partes, donec vlteriores ſervitutem tranſitus per eas acquiſierint, aut proximi gratioſè tranſitum permiſerint; antea enim ſervitus ceſſat & interpellatur, ſecundum regulam generalem, propter interpoſitum medium prædium quod eſt liberum. Idque eo magis, quod dividentes non cenſeantur acquiſiviſſe cauſam à conſortibus, ſed à ſeipſis, tanquam à mutua diſtributione & ſeparatione partium quæ erant confuſæ & commixtæ; quodque agatur apud Paulum non de neceſſario

Digitized by Google

exitu vel aditu ad fundum diviſum, qui eſt conſortium aut condividentiū; ſed alterius & extranei. Quod nullam cōmunionem habet cum ipſo Pomponij reſponſo, alijsq́; juris locis, quibus conceſſa ſervitute vel alio jure, cōceſſa intelliguntur in fundo ſeu prædio concedentis omnia alia, ſive quibus conceſſę ſervitutis aut alterius juris explicatio haberi nequit, ſive agatur de teſtamēto ſive de cōtractu: Quamuis in teſtomēto paulo plenior fiat interpretatio. l. ſi fundū ſub cōditione, §. 3. de legatis. 1.

5 Sed † omnia prædicta intelligūtur, niſi pacto contrahentium, ſeu in ceſſione ſervitutis aliud convenerit. Fieri enim poteſt, vt quis jus eundi habeat & agēdi; reficiendi non habeat, puta ſi in ſervitute conſtituenda cautum ſit ne ei reficiendi jus ſit, aut ſic, vt ſi velit reficere vſque ad certum modum reficiendi jus ſit. l. 3. §. vtilitas. verſ. fieri autem poteſt ff. de aqua quotidiana. Et hoc eſt quod Pomponius adijcit, hic in d. l. refectionis niſi in ceſſione ſervitutis nominatim præfinitum ſit quà, ideſt, per quē tractū ſeu locū accederetur; alioqui verò ceſſante pacto hujuſmodi, eū cui ſervitus cōſtituta eſt, tacitè hæc jura ſequuntur, vt reficere rivum vel quid aliud, vt adire quà proximè poſſum ad reficiendum liceat, text hic in verſ. ſi
6 per tuum. Vſque adeò † vt etiam ſi pōtem quis nouū velit facere viæ muniēdæ cauſa, ei permittendū ſit, quaſi pars ſit refectionis hujuſmodi munitio, ex Labeonis ſentētia, quæ vera eſt, ſi modo ſine hoc commeari non poſſit. d. l. 3. in fin. Si quis autem cum poſſet aliter, aut cum poſſet cōpendiaria apportare quæ refectioni neceſſaria ſunt, lōgiori itinere velit apportare, vt deteriorem cauſam eundi faciat, rectè prohibetur. l. veteres ff. de itinere actuq́; privato. Reficere † autem ſic accipimus 7
ad priſtinam formam iter & actum reducere, hoc eſt, ne quis dilatet, aut producat, aut exaggeret: Aliud enim eſt reficere ſeu in priſtinum ſtatū inſtaurare, longè aliud novū quid facere. l. 3. in fin. de itinere actuq́; privato, & l. 1. §. deinde ff. de rivis. Et hac ratione novum opus facere videtur, qui aut ædificando aut detrahendo aliquid priſtinā faciem operis mutat. l. 1. §. opus novū ff. de operis novi nunciatio. Reficere enim eſt, quod corruptum eſt in priſtinum ſtatum reſtaurare, d. l. 1. §. reficere ff. de rivis. ſeu ad priſtinam formam & modum reducere, ſic vt nec dilatet quid nec producat nec deprimat. De
qua † re illuſtres apud noſtrates exſtāt 8
actiones; etenim cùm ſuperioribus annis Megenſes viuente adhuc Carolo de Brimeau eorum domino & comite, aggerem ſuum Megenſem decurrentē ex ſuperiori Ravenſteindenſium territorio, vltra veterem menſuram extuliſſent, magno molimine dux Clivenſis etiam vi adhibita ſe oppoſuit; donec Megenſes aggerem ſuum ad veterē formam reducerent. Nec diſſimilis ſuperioribus annis fuit controverſia inter quoſdam Hollandræ incolas, & Comitem Culenburgium, de altitudine & formâ aggeris ſuum, vulgo den Dieſdijck appellati. Et ideo † rectè 9
Vlpianus reſpondet, in l. 1. ff. de rivis. eum qui rivum per alium locum vult ducere, deprimere vel attollere aut extendere

tendere

Digitized by Google

tendere impunè prohiberi,licet rivum apertum operire ſeu tegere, vel contra permiſſum ſit: quia tegere & ſubſtruere ad refectionem pertinet,d.l.1.§.ver-
10 bo reficiendi.de rivis. Illud † quoque certum eſt, quod vt is cui ſervitus debetur coarctatur ad terminos refectionis, cum minori incommoditate ejus cujus ager eſt.l.Servius §.Servius de rivis.Ita è diverſo dominus agri qui ſervitutem debet, nihil facere poteſt, per quod refectio impediatur, aut vſui ſervitutis incommodetur. & proinde vt Vlpianus reſpondit, nec ſecundum,id eſt, juxta ſeu prope rivum (ſi fortè ſub terra aqua ducatur) locum religioſum facere poteſt, ne ſervitus intereat. Sed etſi dominus agri, rivum per quē quis aquā jure ducit, deprimere vel elevare velit,prohiberi poterit ab eo cui jus aquæ ducendæ competit, quaſi vim patiatur, vt vſui ſervitutis incōmodetur. d.l.Servius in fin.de rivis.Quoniam vt is cui ſervitus debetur,rivum per quem aquam ducit neque extendere neque deprimere aut attollere cum incommodo eius cujus ager eſt poteſt: ita nec agri domino, rivum per quē aqua ducitur attollere vel deprimere permittitur,cum incommodo ejus cui ſervitus debetur, niſi in conceſſione ſervitutis domin⁹ fundi ſibi cōtra hoc proſpexerit. Eaq; eſt vera ſententia conſentanea Vlpiani reſponſo,quo regula proponitur,quod conceſſa ſervitute, videantur conceſſa omnia ſine quibus ſervitutis vſus haberi non poteſt. Et ſicut dominus fundi non poteſt facere contra ſervitutem,ita nec contra ea quæ ei tacitè
31 accedunt. Quod pulchrè † ſignificat Vlpianus,in l.refectionis ff.com.præd. per illationem ſubyciendo: *Et ideò nec ſecundum rivum, nec ſupra eum (ſi fortè ſub terra aqua ducatur) locum religioſum dominus ſoli facere poteſt, nè ſervitus intereat.* Et rurſus progrediendo per cōtinuationem, adverſus dominum fundi impedientem vel quid novi molientem,ita adijcit: *Sed & depreſſurum vel allevaturum rivum,per quem aquam jure duci poteſtatem habes,niſi ſi ne id faceres cautum ſit.* Quæ prorſus depravata atq; defectiva ſunt in omnibus codicib⁹, &
impoſuerunt gloſſę & interpretibus,vt 10
exiſtimarent ſupradicta verba referri ad eum cui debetur ſervitus, & adverſari alijs ejuſdem Vlpiani reſponſis. in d.l.3.in fin.ff.de itinere actuq; privato,& in d.l.3.in fin.ff.de rivis. cum referri debeant non ad eum cui debetur ſervitus, ſed ad eum cujus ager debet ſervitutem. ea ſignificatione, quod nō poſſit deprimere vel allevare rivū, per quem aquæ ducendæ jus alteri competit. Nam vt prodita ſunt remedia domino fundi adverſus eos quibus ſervitus competit,ne modum ſervituti datū excedere poſſit. Ita è diverſo ad tuendas ſervitutes interdicta accommodantur contra dominos fundi,ne ſtatū ſervitutis mutare aut earum vſui incommodare aut refectionem impedire poſſint. d.l.1. in prin.de itinere actuque privato. Et hanc eſſe Vlpiani ſententiā in d.l. refectionis. manifeſtum erit, ſi repoſitis quæ deſunt, quæq; depravata ſunt correctis ita legatur: *ſed & depreſſurum vel allevaturum rivum per quem aquam iure ducis, poteſtatem prohibendi, habes,niſi ne id faceres cautum ſit*, addi-

Digitized by Google

veteri lectioni dictione *prohibendi*, & *s* literâ verbo *duci* aſſcripta, detractaque conjunctione *ſi*. nam vox *niſi* compoſita eſt ex *ſi non*, & ex propria ſua poteſtate eſt exceptiva, oſtenditq; dominū fundi in præjudicium ſervitutis, neque deprimere neque attollere rivū poſſe: Ideoq; rectè prohiberi ab eo cui ſervitus debetur, niſi ne id faceret, cautum ſit. Quemadmodum è contrario, ſi is qui jus aquæ ducendę habet, per alium locum velit ducere, aut eundem rivum deprimere vel attollere aut dilatare vel extendere, impunè prohibetur & ab opere deſiſtere cogitur. l. 1. in fine. ff. de rivis. Agnoſco animadverſionem noſtram novam & audacem eſſe, ſed quia per eam veritas emergit, & ſententia ſimul atque oratio I C. abſoluitur, omnibus modis amplectendam arbitror, ſaltem tantiſper, donec alij majoris ingenij acumine prediti meliora attulerint.

SVMMARIA.

1. *L. qui ſcit §. fin ff. de vſuris interpretata & conciliata cum l. bonæ fidei & l qui bona fide de ac. rer. domin. & 2. 3 4. & per totum.*
2. *Bonæ fidei poſſeſſor fructus perceptos lucratur.*
3. *Sed ſtatim atque in malâ fide eſſe incipit ab eo tempore reſtituere eos cogitur.*
4. *Differentia inter eum qui emptionis titulo poßidet & eum qui ex alia cauſa.*
5. *Quæſita per ſervum aut liberum hominem bona fide poſſeſſum cui cedant. & 11.*
6. *Bonam vel malam fidem pro varijs facti circumſtantijs variè conſiderari. & 8.*
7. *Singula momenta conſiderari quomodo dicantur.*
8. *Emptor niſi ſe defendat in rei vendicatione actionem ex empto non habet. & 4.*
9. *L. præterea ff. de rei vend explicata.*
10. *L. bonæ fidei §. in contrarium ff. de acq. rer. dom. emendata.*
11. *L. qui bona fide d. t. emendata.*

CAPVT SEPTIMVM.

1 EXſtat Iuliani reſponſum, in l. qui ſcit. §. finali, ff. de vſuris. quod ex diametro pugnare videtur, cum Vlpiani & Pauli reſponſis, in l. bonæ fidei, & l. qui bona fide ff. de acqui. rer. dom. non ſolum in generali acquiſitione fructuū, verum etiam in his quæ ſervi ex re bonę fidei poſſeſſoris vel operis ſuis acquirūt, poſteaquā poſſeſſor cognovit, ſervū alienū eſſe. Nā Iulian⁹ ita ſcribit, in d. l. qui ſcit. §. fin. *Bonæ fidei emptor ſevit, & antequam fructus perciperet cognovit fundum alienum eſſe, an perceptione fructus ſuos faciat quæritur? Reſpondi, bonæ fidei emptor quoad percipiendos fructus intelligi debet, quamdiu evictus fundus non fuerit. Nam & ſeruus alienus quem bona fide emero, tam diu mihi ex re mea vel operis ſuis acquirit, quamdiu à me euictus non fuerit.* Quod Vlpianus & Paulus negare videntur: Nam Paulus in d. l. bonæ fidei. ſecundum emē-

dation-

datiorem lectionem antiquiſſimi libri manuſcripti reſpondet : *Quod ſi eo tempore , quo mihi res traditur, putem vendentis eſſe : Deinde cognovero alienam : verendum eſſe ne non ſim bonæ fidei poſſeſſor , quamvis vſucapiam : hoc enim ad vſum id eſt , ad vſucapionem , illud ad factum pertinere , vt quis bona fide aut mala fide poſſideat.* Et Vlpianus , in d. l. bonæ fidei. In eo qui bona fide alicui ſervit,tam diu ex re poſſeſſoris & operis ſuis eum poſſeſſori acquirere exiſtimat , quamdiu bona fide ſervit duntaxat. *Quia magis eſt* (vt Vlpianus ait) *vt ſingula momenta, quam initium poſſeſſionis ſpectemus* , ita vt ſuperveniens alieni ſcientia abrumpat occaſionem acquirendi , etiam ex re poſſeſſoris & operis ſervientis. Nam Vlpianus aſſerit , bonam fidem initio poſſeſſionis non ſufficere , ſed ſingulis momentis deſiderari , vt poſſeſſor fructus ſuos faciat , licet in vſucapione ſufficiat initium eſſe bonæ fidei.

2 Plerique interpretum difficultatem ſubmoveri poſſe arbitrantur, ſi Iuliani reſponſum , in d. l. qui ſcit. intelligatur conſiderato eventu judicij & de ipſa rei & fructuum actuali reſtitutione , quæ ante ſententiam & evictionem fieri non debet : Quoniam lite pendente nihil eſt innovandum. Sed hæc opinio inde convellitur , quod Iulianus non eventum judicij , ſed ipſam facti veritatem conſideraſſe videatur, exiſtimando fructus emptoris fieri , quatenus percepti fuerunt ante ſententiam , quia tam diu bonæ fidei cenſetur & intelligitur,quoad percipiendos fructus, donec fundus evincatur , id eſt , vſque ad tempus judicati : Ita quod intercapedo medij temporis proſit emptori ad acquiſitionem fructuum interim perceptorum. Alio itaque modo Iuliani reſponſum accipit Accurſius , in d. l. qui ſcit. vt quamuis pendente lite bona fidei poſſeſſor faciat fructus ſuos , eos tamen non lucretur , ſed poſt ſententiam officio Iudicis reſtituere teneatur. Quod ſanè à ſuperiori communium interpretum ratione non multum differt , & verborum tantum non etiam rerum eſt differentia. Æquè debilis eſt alia conſideratio Accurſij , dicentis Paulum tuc IC. in d.l. bonæ fidei.ff. de acquirendo rer. dom. tantũ movere quæſtionẽ, quæ à Iuliano deciditur. in d. l. qui ſcit. Nam ratio temporum , quibus Paulus & Iulianus vixerunt , hanc Accurſij rationem confutat : Et prætetea manifeſtum eſt Paulum non tantum movere , ſed etiam diſſoluere quæſtionem , & regulam quandam conſtituere & definire generaliter , bonæ fidei poſſeſſorem eſſe deſinere poſteaquam cognovit rem alienam eſſe. Rurſus probabilitatem non habet , quod Accurſius opinatur , Iuliani ſententiam in ſingulari judicio locum habere , Paulum vero de vniverſali judicio reſpondere : refragante argumentatione , quam ipſi I C. faciunt , à petitione

Digitized by Google

hereditatis ad vendicationē, & è contrario. l. illud ff. de petitione hered. & l. ſin autē §. ſi dolo ff. eodem. Et quia manifeſtum eſt Pauli reſponſum in d. l. bonę fidei. expreſsè de rei ſingularis controverſia agere. Sunt alij qui ad tollendam reſponſorum repugnantiā exiſtimant, in Iuliani reſponſo verba illa: *quandiu fundus evictus non fuerit*, accipi pro litis conteſtatione. quaſi Iuliani ſententia ſit, fructus fieri bonæ fidei poſſeſſoris, vſque ad litem conteſtatam. Quod non convenit verbis Iuliani, reſpicientis non ad litis conteſtationem, ſed ad ipſum exitum judicij & tempus judicati, & recidit in primam Accurſij ſententiam. Non deſunt qui Paulum intelligunt in poſſeſſore, Iulianum vero in bonę fidei emptore, quod non poteſt ſubſiſtere; nam & Paulus expreſsè de bonæ fidei emptore agit, in d. l. bonæ fidei. licet ea conſideratio & differentia emptoris & poſſeſſoris bonæ fidei accommodari poſſit Vlp. reſponſo, in d. l. qui bonâ fide. Poſtremò Iohannes Copus pariſienſis. in tractatu de fructibus libro 2. c. 4. exiſtimat repugnantiam eſſe irreconciliabilem, & Iulianū à Paulo reprehendi. Id quod Didac⁹ Couvaru. ſequutus eſt. in tractat de reſtit. in integ. pag. 6. nu. 6. exiſtimans prorſus adverſa & contraria I C. opinatos eſſe; & eos qui Iuſtiniani Cęſaris imperio Pandectas compoſuerūt memoriæ lapſu non advertiſſe repugnantiam. quod cum ad contaminandū genium legum Romanarum (in quib⁹ nullam diſcordiam relictam gloriatur Iuſtinianus) pertineat, admittendū facilè non eſt, præſertim in fructuum & eorum quæ ſervi acquirunt materia, in qua Iuliani reſponſa ſunt celeberrima, paſſim à Paulo & alijs I C. citata ad fidei & authoritatis confirmationem. Et vt ſubterfugientem veritatem deprehendamus, appareatque Iulianum ab Vlpiano & Paulo non diſſentire; conſiderāda eſt propria cujuſque facti circumſtantia ac reſpondendi ratio ab interpretibus non ſatis expenſa. Regula

2 † quidem generalis eſt; quod bonæ fidei poſſeſſor fruct⁹ ſuos faciat, ita quod reſtituendis ijs non ſit obnoxius, niſi quatenus factus locupletior invenitur tempore latæ ſententiæ, l. 1. C. de petit. hered. & l. ſed etſi § conſuluit ff. eodem ſive agatur de fructibus naturalibus, ſive commodis & emolumentis alterius generis. Et hoc modo Paulus reſpondet. in d. l. bonæ fidei. *bonæ fidei emptor non dubiè percipiendo, etiam ex re alienâ ſuos interim facit omnes fructus quia quod ad fruct⁹ loco domini eſt*. quod Iulian⁹ cōfirmat dū reſpōdet: *bonæ fidei emptorem idem juris habere quod dominis tributum eſt*. Cæterum

3 † hoc intelligendū eſt tandiu, quandiu quis bona fide poſſidet, & antequam certò intelligat rem poſſeſſam alienā eſſe. Etenim quamuis in vſcapione jus ſpectemus, & initium bonæ fidei ſufficiat, tamen in percipiēdis fructibus magis factum quam jus, & non tam initium poſſidendi, quā ſingula momenta ſpectamus. d. l. qui bona fide. & l. bonæ fidei. de acq. rerum dominio. Adeò vt qui ab initio juſtam poſſidendi cauſam habuit, ſi poſtea cōſcius fiat hereditatē ad ſe non pertinere, & prædonis more verſari cœperit, ad omnium fructuum reſtitutionem tene-

Digitized by Google

teneatur, l. ſed etſi §. de eo ff. de petit. hered. etiam ante motam controverſiam & litis conteſtationem perceptorũ. cum alioqui ſubſiſtente & perſeverante poſſidendi cauſa, is qui ab initio bonæ fidei fuit, non obſtante nunciatione novi operis, avt aliâ denunciatione ob quam dubitare poſſit, poſſeſſor bonæ fidei cenſeatur, in petitione hereditatis vſque ad motam controverſiam, in alijs vero judicijs vſque ad litis conteſtationem, poſt quam regulariter ceſſat illa bonæ fidei conſideratio, & omnes incipiunt eſſe malæ fidei poſſeſſores, ſive agatur ſingulari ſive vniverſali judicio, & ſive in perſonã, ſive in rẽ propoſita ſit actio. l. 1. C. de rei vend. l. ſed etſi lege, §. etiã ſi ff. de petit. her. Nam poſt litẽ conteſtatã actori omnis cauſa præſtanda eſt, in eum diem quo ſentẽtia dicitur; adeò quod & hereditates & legata quæ per ſervũ poſſeſſum obvenerunt, reſtitui debeant, l. præterea ff. de rei vendicatione. ſed & fructus, quos ab alio poſſeſſor conſecutus eſt, reſtituuntur, l. Iulianus §. fin. ff. de rei vendic. etiamſi ex iniuſta cauſâ, vel erranter lata ſententia, poſſeſſor fructus obtinuerit, l. ex diverſo. in prin. de rei vendicatione. lucrum enim ex re quæ in lite eſſe cœpit poſſeſſor facere non debet. d. l. Iulianus. neque enim ratio eſt quare habeat quod habiturus nõ eſſet, ſi rem alienam non apprehendiſſet, aut apprehenſam ab initio & ſine dilatione reſtituiſſet. Adeo vt non ſolum perceptos fructus, ſed & qui percipi potuerunt reſtituere oporteat, ſive agatur cũ malæ fidei poſſeſſore, id eſt, eo qui ſemper fuit malæ fidei, ſive cum eo qui ab initio bonam fidem habuit; l. fructus. & l. ſi nauis. l. fin. de rei vend. l. litigator C. de fruct. & lit. exp. Nam poſt litem conteſtatã bonæ fidei poſſeſſor in mala fide conſtituitur, & quoad fructuum ac acceſſionum reſtitutionem, omniũ poſſeſſorum pendente judicio par & æqualis eſt conditio, & poſt litem conteſtatam fructuum reſtitutio facienda eſt, etiam ab eo qui titulo emptionis poſſidet. d. l. bonæ fidei §. in contrariũ. ſecundum generalem regulam, quæ † 4 interdum dura eſt, & propter æquitatẽ concurrentium circumſtantiarum perdit officium ſuum; non ſolũ reſpectu mortalitatis & interitus, ne quis timore periculi hujuſmodi jus ſuum indiſcuſſum relinquere cogatur. l. illud ff. de petit. hereditatis. verum etiam reſpectu fructuum acquirendorum pendente judicio. Vt eſt in ea ſpecie ſingulari in qua Iulianus definit, emptorem qui bona fide emit, & poſſeſſionem bona fide adeptus eſt, & hoc amplius bona fide ſeuit, quoad fructus percipiendos intelligi, id eſt, cenſeri, haberi, & exiſtimari bonæ fidei eſſe, quãdiu evictus fundus non fuerit. Non quod Iulianus opinetur (vt interpp. exiſtimarunt) generaliter bonæ fidei emptorem etiam poſt acceptam ſcientiam rei alienæ fructus ſuos facere; ſed duntaxat in ſpecie particulari, & quadam exceptione à regula; videlicet quando agitur de titulo empti, qui cæteris poſſidendi cauſis eſt validior, concurrente bona fide, non ſolum venditionis, verumetiam traditionis & ſeminationis atque culturæ tempore; nam quanquã generaliter (vt ipſe Iulianus diſputat)

Digitized by Google

in ſimplicibus terminis, ſeu abſtracto, & in comparatione, magis ſoli quā ſeminis ratio habeatur; non tamen negat, imò affirmat Iulianus, ſeminis & culturæ conſiderationē aliquatenus operari, vires ſuas exercere, & aliquando prævalere, cōcurrentib⁹ alijs facti atque æquitatis circumſtantijs; puta ſi agatur de titulo emptionis & bona fide emptoris, nō ſolū tēpore emptionis & traditionis, verumetiā tēpore ſeminationis, ſeu jacti ſeminis; nam hæc omnia conjuncta ſpecialē conſiderationē deſiderant, & emptorem qui bona fide ſevit, quoad colligendos fructus à ſe ſatos in tuto collocant vſque ad ſententiæ tempus. Quamuis alioqui generaliter, ſecundū Pauli regulā, in d. l. bonæ fidei verendū ſit ne emptor bonæ fidei poſt acceptam rei alienæ ſcientiam, non ſit bonæ fidei, id eſt generaliter omnes fructus tā naturales quā induſtriales (de quibus Paulus agit,) ſuos non faciat: Quoniā Paul⁹ regulā generalē proponit; Iulianus particularis facti ſpeciem determinat; cujus circumſtantiæ regulam egrediuntur, & propriam deciſionem ſeu exceptionem à regulâ conſtituunt; propter titulum emptionis, qui potentior eſt reliquis poſſidendi cauſis, propter concurrentem bonā fidem, & emptionis traditionis & ſeminationis tempore, ac denique quia emptor bonæ fidei juſtā cauſam habet perſeverandi in judicio vſque ad ſentētiā. Imo cogitur expectare ſententiam, ne ſibi prejudicet in evictionis judicio, & regreſſu contra venditorē. l. qui rē & l. emptorē fundi. C. de euictionib⁹. Ita vt mora reſtituendi ei imputari non poſſit, l. ſciendū ff. de vſuris. & concurrens bona fides etiā in ſeminando, efficit vt pro bonæ fidei poſſeſſore habeatur vſq; ad conſummatā litē, quoad colligendos fruct⁹ à ſe bona fide ſatos. Ita vt in hac ſpecie nō interveniente mora perveniatur ad ſentētiā, quemadmodū ſi in petitione hereditatis ratio legis Falcidiæ habeatur. licet alioqui non facilè evenire poſſit, vt mora non præcedēte perveniatur ad ſententiam. l. fideicommiſſi. de vſuris. in verbis. *Si ante iudicis ſententiam mora non intervenerit.* Adeò vt potētia tituli ex empto & cōcurrens bona fides emptionis & traditionis & ſationis tēpore cū impēſa ſeminis ac neceſſitate & juſta cauſa litigādi, in ſpecie à Iuliano propoſita, moræ cōſiderationem excludat, & exceptionē inducat à generali regula à Paulo in d. l. bonæ fidei propoſita. per quā generaliter reſpectu omniū fructuū negatur bonæ fidei eſſe eū, qui putat rē vendentis eſſe cū traditur quam deinde intelligit alienam, his verbis; *in contrarium quæritur ſi eo tēpore quo mihi res traditur putem vendentis eſſe, deinde cognovero alienam eſſe, quia perſeverat per longum tempus vſucapio, an fructus meos faciam. Pōponius putat verendum ne non ſit bonæ fidei poſſeſſor, quamuis capiat. hoc enim ad vſū, id eſt, ad vſucapionē, illud ad factū pertinere, vt quis bona aut mala fide poſſideat.* Paul⁹ enim in vniverſam acquiſitionē omniū fructuū reſpiciens generali theſi propoſita ex Pomponij ſententia verecunde & timide reſpondet: *verendum* poſteaquā rē alienā eſſe cognovi *ne non ſit bonæ fidei, quamuis capiat*; addita ratione differētiæ inter vſucapionē & bonæ

næ vel malę fidei conſiderationē. Quia hoc ad factū pertinet, vt quis bona vel mala fide poſſideat: Vſucapio ad jus refertur, id eſt vſucapio pēdet ex certa juris conſtitutione, quæ ex principio ſeu initio poſſidēdi ſtatū accipit inuariabilē; ſed perceptio fructuū facti eſt, & abſque certa & conſtanti legis determinatione, ſecundū diverſas facti circūſtātias & circūſtantiarū momenta. i. mutationes ipſi⁹ facti, variat, & diverſam inſpectionē & definitionē accipit, vt Paul⁹ cum Vlpiano d. l. qui bona fide & l. bonæ fidei. probat, & Iulian⁹ cōfirmat, in d. l. qui ſcit. propoſita facti ſpecie, in qua ipſa facti æquitas, & circumſtantiæ ſingulares efficiunt. vt etiā poſt litē cōteſtatā; convent⁹ in judicio quoad percipiendos fructus bonæ fidei habeatur; puta ſi quis bona fide emit, & poſſeſſionem conſecutus eſt, & agatur de fructibus ab ipſo bona fide ſatis, & ex ſemine ſuo provenientibus. Nam in hac ſpecie bona fides inuenitur, non ſolum ab initio tempore emptionis & traditionis, verumetiam in progreſſu tempore ſationis, cum conſideratione ſeminis ad poſſeſſorem pertinentis ex quo fruct⁹ provenerūt. ad ſimilitudinē eorū que ex re vel operis ſervorū acquiruntur. d. l. qui ſcit §. in alieno fundo. & in fine. quod ſatis eſt ex Iuliani ſentētia, nè quoad percipiendos fructus a ſe bona fide ſatos emptor malę fidei judicetur, ante cōſummatā litē & ſententiā quā expectare cogitur, perſeverādo in judicio, nè ab evictionis regreſſu cōtra vēditorē ſuū excidat. Quarū circūſtantiarū cōſideratio nō eſt in alijs poſſeſſorib⁹, quātumuis bonę fidei ab initio. veluti ſi quis ex teſtamēto poſſeſſionē apprehēdit, cū eſſet inutile; vel cum eū ali⁹ præcederet agnat⁹: aut ſi à pupillo quis cōparavit, quē ignorabat pupillū eſſe, aut cū nō emiſſet, credidit tamē ſe emiſſe ex aliqua juſta cauſa. Item ſi quis donationis cauſa, aut alijs modis ex quib⁹ non debetur evictio, nec concurrit ſationis bona fide factæ cōſideratio, & quod quis empti titulo à non domino acceperit. Ita vt quamuis de generali, & indiſtincta omnium fructū acquiſitione Paul⁹ dicat, verendum eſſe ne non ſit bonæ fidei, qui poſt traditionē rē alienā eſſe cognovit. Iuliani tamē deciſio ex ſpeciali ęquitatis ratione, & propter particulares circūſtantias ſuſtineatur. Non quidē quod Iulianus emptorē, qui intellexit rē à ſe poſſeſſā alienā, velit prorſus immunem eſſe à mala fide, ſed dūtaxat in particulari, & reſpectu percipiēdorū fructuū, quos ipſe bona fide ſevit in ſolo, quod tēpore ſationis, propter perſeverātē bonā fidē, loco domini poſſidebat. quod & ipſe Paul⁹ in conſideratione habuiſſe videtur; dū poſt acquiſitionē omnium fructuū bonæ fidei emptori atributorum orta quæſtione de eo qui cognovit rem alienā eſſe, non ſimpliciter & abſolute, ſed dubitanter & timidè reſpondet; verendū eſſe ne nō ſit bonæ fidei poſſeſſor quamuis capiat. Cōſideravit enim poſſe accidere, vt etiā poſt cognitionē rei alienæ, ob particularē facti ęquitatē in aliquo articulo emptor bonę fidei intelligeretur, vt in ſpecie à Iuliano propoſita de eo qui bonæ fidei fuit ab initio, & ex ſemine ſuo conſevit bona fide eo tempore quo jus domini in

Digitized by Google

ſolo quod conſevit haberet. Quod pe-
culiarem æquitatem habet, exceden-
tem terminos facti de quo in Pauli re-
ſponſo dubitanter agitur, & procedit
abſque lucro emptoris ſeu poſſeſſoris:
non enim lucrum ſed dilationem con-
ſequitur emptor ex Iuliani ſententia,
& duntaxat à damno ſervatur indem-
nis, quantumuis fructus bona fide à ſe
ſatos perceptione ſuos faciat: cùm te-
neatur ad id, quo locupletior factus in-
venitur tempore rei judicatę, d. l. 1. C.
de pet. hęredit. & l. ſed etſi, §. conſuluit.
ff. eodem. nec lucretur fructus etiam
bona fide perceptos, niſi eos conſump-
ſerit. in. d. l. ſed etſi loci, in principij fi-
5 ne, ff. finium regundor. Et † quod Iu-
lianus reſpondet in emptore qui bona
fide ſevit, obtinet etiam in acquiſitis
per ſervum bona fide emptum ex re
emptoris vel operis ſuis, in d. l. qui ſcit,
in fi. & alijs caſibus ſimilibus. Quoni-
am in vniverſum neque in ſervo neq;
in libero homine certa juris regula ac
definitio invenitur, ſed facti quæſtio
eſt, in fructibus percipiendis & acqui-
ſitione ex operis, an bona vel mala fide
quis poſſideat, quæ ex qualibet perſo-
narum cauſarum & rerum differentiâ,
alijſq; circũſtantijs & momentis ſem-
per & omni tempore dirimenda eſt.
6 Adeò † vt ad colligendam bonæ fidei
perſeverantiam, nulla ſit omninò cer-
ta & indubitata regula, ſive agatur de
homine libero, ſive de ſervo alieno, ſi-
ve de empti causâ ſive alia; ſive de fru-
ctibus ex fundo provenientibus, ſive
ex re poſſeſſoris aut ex operis eius qui
bona fide ſervit. & in qualibet ſpecie,
cujuſque temporis circũſtantiæ & mu-
tationes facti perpendendæ ſunt. Idque
ex anxia dubiaque reſponſione Vlpia.
confirmatur, in d. l. bonæ fidei in ver-
bis: *verendũ ne non ſit bonæ fidei poſſe-
ſſor*. Et hac ratione idem Vlpia. nullam 7
differentiam conſtituit quo ad momẽ-
torum obſervationem, inter ſervum &
liberum, nec ſimpliciter dicit eum qui
ſcit ſervientẽ alienũ vel liberum eſſe,
abſolutè, & in omnibꝰ malæfidei eſſe,
ſed ſpectari debere ſingula momenta,
iſt eſt (conſiderata generali momenti
ſignificatione) cauſam & titulum poſſi-
dendi, & cujuſque tituli particulares
circumſtantias & momenta, & quid
mutatio ſeu differentia etiam minimæ
circumſtantiæ quolibet tempore ſeu
momento deſideret. Quod in varios † 8
articulos & mutationes diſpergitur, ſe-
cundum quas plerumque poſt ſuper-
venientem alieni ſcientiam poſſeſſor
ſtatim efficitur malefidei, plerumque
demum poſt litem conteſtatam, inter-
dum verò tempore judicati, vt in exẽ-
plis à Iuliano propoſitis in d. l. qui ſcit,
in fi. de fructibꝰ percipiendis, qui ex ſe-
mine ab emptore bonę fidei bona fide
ſato provenerunt, & acquiſitis per ſer-
vũ ex re emptoris bonæ fidei vel ope-
ris ſuis, propter bonam fidem ſationis
tempore intervenientem, & alias cir-
cumſtantias, de quibus quoad fructus
fundi ſupra dictum eſt. Et quia in ſervo
propter bonam fidem empto, id quod
acquiritur eſt ex re emptoris, ſeu quod
perinde eſt, ex operis ſervi quem alit
procedit. Et denique quia emptor cõ-
uentus in judicio perſeverare debet,
cum alioqui neque ex ſtipulatu, neque
ex dupla, neque ex empto actionem

habeat.

habeat.d.l.emptor fundi.C.de evictiō.
9 Quæ ratio animaduerſione † digna eſt,& tam potens,vt Caius in l. prętcrea ff. de rei vend.Iulianum ſecutus,poſſeſſorem condemnatum reſtituere liberare videatur à reſtitutione eorum,quę ſervus ex re ejus acquiſivit,ita inquiēs: *præterea reſtituere debet poſſeſſor, & quæ poſt acceptum iudicium non ex re ſua acquiſiuit.* Quæ quidem exceptio ex Iuliani ſententia deprompta eſt, & ex variantibus facti circumſtantijs, variū ab alijs ſpeciebus juris vſum & applicatiōnem deſiderat. Ita tamen, vt quod in exceptione Caij generaliter proponitur in verbis: *non ex re ſua acquiſivit*, reſtringatur ad æquales facti terminos, ſervi ſcilicet bona fide empti. de quib⁹ Iulianus loquitur,ex quo exceptio illa à Iuſtiniano ſeu Triboniano, Caij reſponſo videtur addita. Quorum obſervatio ingens lumen adfert I C. reſponſis, alioqui obſcuratis & perturbatis inutili interpretum contentione,& vitio lectionis depravatæ,cuius emendatio paulo latius explicanda eſt. Et pri-
10 mo † apud Paulum in d.l. bonæ fidei, §.in contrariū. in communibus libris quæſtio in prima perſona proponitur his verbis: *quæritur ſi eo tempore, quo mihi res traditur, putem vendentis eſſe.* Et definitur in tertia perſona his verbis, *verendū eſt ne non ſit bonæ fidei, quamuis capiat.* Quod vt oratio conſtet cohæreatque,ad primam perſonam deflectendum eſt,hoc modo: *Verendum eſt ne nō ſim bonæ fidei,quamuis capiam.* Et in eodē Pauli reſponſo,in verbis: *quia perſeverat vſucapio,an antè fructus meos faciam.* expungenda eſt in communibus libris dictio *ante*, quæ illi loco miminè convenit,reponendo ex manuſcripto libro dictionem *etiam*: quæ quæſtioni affirmandæ ſimilitudinis inter vſucapionē & acquiſitionem fructuum de qua agitur, eſt convenientiſſima. Rurſus † in 11
Vlpiani reſponſo,d. l. qui bona fide de acq.rer.dom.In verſiculo, & generaliter (quamuis Iac. Cuiacius refragetur, obſervation.lib.4.cap.1.) arbitror bona ratione ſubnixam eſſe ſententiam Antonij Auguſtini negationem textui adijcientis, ita legendo: *quod ex re ſua*, id eſt, ejus cui bona fide quis ſervit, *ei acquirere non poteſt, ſibi acquiſiturum. Quod autem non ex re eius ſibi acquirere non poteſt,ei acquiſiturum, qui bona fide ſervit.* Eadem ratione qua Cajus reſpōdit,in l.prętcrea De rei vendicatio, poſſeſſorem reſtituere & quod poſt judicium acceptum per ſeruum non ex re ſua acquiſivit. Et ita legendo, plena eſt oppoſitorum caſuum deciſio, & conſtituitur diverſitas juris & facti, quod naturæ dictionum adverſativarum eſt proprium,nec a juris ratione alienum.
Nam † quamuis liber homo ex donatione,negocio geſto, & aliter non ex re poſſeſſoris,regulariter ſibi acquirat nō poſſeſſori, l. liber homo. ff. de acquiren. rerum domin. id tamen quod ex his cauſis ſibi acquirere non poteſt, nō immeritò ipſi poſſeſſori acquiritur, quemadmodum è diverſo, quod ex re ſua poſſeſſori acquirere non poteſt, penes liberum bona fide ſervientem remanet. Idemque in ſervo reſpectu domini dicendum videtur. Nam cum Vlpianus in d. verſicu. & generaliter ſpeciem à principio de bona fide ſervi- 12

Digitized by Google

ente propoſitam proſequatur, probabili conjecturâ dici poteſt, eius reſponſum æqualiter in ſervo & libero homine bona fide poſſeſſo procedere: quoniam jus domini præſentem & continuum vigorem habet levique momento exit in actum. l. ſed ſicuti ſtipulando. ff. de vſufructu. Et liber homo, qui bona fide nobis ſervit, iiſdē modis acquirit nobis, quibus per ſeruum noſtrum acquirere ſolemus. l. qui fundū. §. fina. De acquirenda poſſeſſio. licèt poſt cognitionem alieni, liber homo non tam facilè quam ſervus pergat poſſeſſori acquirere, propter favorem libertatis & ipſam naturam ſervituti reſiſtentem. Adeò vt is qui ſcit liberum hominem eſſe, quamuis ille conditionem ſuam ignoret, nec poſſidere eum videri poſſit. l. ſi ſeruum. in fine, de ſtipulatione ſervo.

SVMMARIA.

1. *L. ſi cui ſimpliciter. ff. de ſervitutibus, emendatio. & 3. 12.*
2. *Simplicius veteres pro ſimpliciter accepiſſe.*
4. *Via ſimpliciter per fundum conceſſa, quomodo totus fundus cenſeatur affectus & 6.*
5. *Servitutem legatam ſimpliciter heres per quam velit fundi partem conſtituere non poteſt.*
7. *Heres an legatarius eligat fundi partem, per quam ſervitus conſtituatur, eodem penè recidere.*
8. *Arbitrum interdum aſſumi.*
9. *Differentia ſervitutis ſimpliciter conſtituta, ab ea cui totus ager ſubycitur.*
10. *Via ſi deperierit, quando ad alias partes regredi liceat.*
11. *Tranſitu exercitui per territorium conceſſo quid contineatur.*

CAPVT OCTAVVM.

1 COmmunes † libri in l. ſi cui ſimpliciter ff. de ſervitut. habent, *ſimplicicer*, Florētiæ legitur, *ſimplicius*. Ioannes Corraſius neque *ſimpliciter* neque *ſimplicius*, ſed *ſimplici vſu* legit. Quod diſplicet, quia authoritate omnium ferè codicum deſtituitur, & Celſus agit, in d. l. ſi cui nō tam de qualitate vtendi, quam de forma conſtituendæ ſervitutis in infinito, & per quālibet agri partem; cui magis convenit dictio *ſimpliciter*, vel *ſimplicius*, quā
2 veteres † pro *ſimpliciter* acceperūt. Plautus in Mercat: *vt ſimplicius dicam.* Et Quintilia: lib. 5. cap. 12. *Præterea ſecūdum illam ætatis illius facilitatem ſimplicius docentes ſequuntur.* Ita vt *ſimplicius* ſeu *ſimpliciter*, accipiatur hoc loco pro purè, indeterminatè, abſque reſtrictione vel diſtinctione. Quod † Celſi ſen- 3
tentiæ eſt aptiſſimum, hoc modo legēdo: *Si cui ſimpliciter via, per fundum cuiuſdam concedatur vel relinquatur in infinito*, videlicet non deſignata parte fundi quæ ſerviat, *per quamlibet eius partem ire agere licebit.* Cui conſentit

Iavo-

Digitized by Google

Iavolenus, in l. certo generi, §. ſi totus ager verſio. at ſi, ff. ruſtic. prędior. his verbis: *At ſi iter actuſue ſine vlla determinatione legatus ſit.* Et rurſus d. l. §. ſi locus. *Si locus non adiecta latitudine nominatus ſit, per eum qualibet.* i. per quẽlibet locum ſeu partem *ire licebit. Sin autem prætermiſſus eſt, æque latitudine nõ adiecta, per totum fundum vna eligi via*
4 *poterit:* Quibus verbis † evidenter ſignificatur, via ſimpliciter conſtituta per fundum, nulla deſignata parte vel abſq; determinatione loci, totum fundum cenſeri affectum, potentia ſaltem & habitu, ita tamen vt vagari non liceat cui ſervitus conceſſa eſt, nec inciviliter ea vti currendo per medias vineas vel ſegetes, cum alia parte æquè commodo minori fundi ſervientis incommodè ire poſſit: Quoniam ſervitute viæ ſimpliciter per fundum conceſſa, vna via tantum eligi poteſt. Ideoq; qua primũ dirigitur via, eâ, id eſt, per eum locum demum ire agere licet, nec ampli⁹ mutandæ ejus poteſtas datur, vt & Sabino placuit, & probatur argumento rivi, quem tametſi primo qualibet ducere licuiſſet, poſteaquam tamen ductus eſſet, transferre non licet, vt ex Sabino Celſus ait. text. in d. l. ſi cui ſimpliciter
5 per totum. Et hoc eſt quod Paulus † reſpondit, in l. ſi via. ff. ruſtico. prædior. In hæc verba: *Si via, iter, actus aut aqua ductus, ſimpliciter legetur per fundum, facultas eſt heredi, per quam partem fundi velit conſtituere ſervitutem, si modo nulla captio legatario sit in ſervitute.* Ex quo Pauli reſponſo, non exiſtimabim⁹ (quod plerique faciunt) electionem & facultatem dirigendæ viæ abſolutè heredi tribui. Nam quod Paulus reſpondit, heredi facultatem dari per quam partem fundi velit conſtituere ſervitutem, non coanguſtat legatarium, neq; ſimpliciter obtinet. Sed ita demum, ſi nulla captio legatario ſit in ſervitute, id eſt, nihil habeat legatari⁹, ſeu is cui ſervitus competit, quod contradicat aut de quo queratur. Et hoc æquitas ſuggerit, etiamſi propter naturalẽ ſignificationem & relationem ad heredem factam, ſtricto jure deſtituamur. Quoniam † reſponſum eſt in ſervitutibus 6
omnem vtilitatem ejus cui debentur, cum minore incommodo ejus qui eas debet ſpectari. l. ſervitutes §. ſi quis novum, ff. de rivis, l. 2. §. item Varus, ff. de aqua pluvia. adeò quod in conceſſione ſervitutis ſimpliciter facta per fundum alicujus, tacitè actum cenſeatur, vt qua parte minori fundi ſervientis detrimẽto poſſit, per eam eatur, alioqui prohiberi poſſit. Quemadmodum ſi quis cũ poſſet compendiariâ apportare, quę refectioni neceſſaria ſunt, longiore itinere velit apportare, vt deteriorẽ cauſam fundi faciat, impune vis ei fiet: l. vetetes, ff. de itinere actuq; privato. Sic † vt 7
ſive ad heredem ſive ad eum cui ſervitus debetur, facultas dirigendæ viæ referatur, res eodem pænè recidat. Quoniam non multum refert quis dirigat, dum id fiat ſine captione alterius, & vterq, conſentiat atque contentus ſit, vt Celſus & Paulus juribus cit. præſupponunt. licet in vno reſponſo verba ad heredem, in altero ad legatarium referantur. Nam † ſi poſt electionem diſſentiant in demonſtratione loci & latitudinis, arbitri officium inuocandum 8

Digitized by Google

eſt, qui viæ demonſtrationem faciat modumq; ej⁹ & locum definiat, & deſiniendo interdum heredem volentē de loco ſtatuere, interdum verò legatarium audiat. Quod eleganter ſignificat Iavolenus, d.l. certo generi. § ſi totus ager. verſiculo at ſi iter. his verbis: *At ſi iter actúſue ſine vlla determinatione legatus ſit, modo*, id eſt, prçfinitione certi loci & deſignatione, *determinabitur, & qua prius iter determinatum eſt*, (ſub audi ex partium cōſenſu vel judicio arbitri) *ſervitus conſiſtit* id eſt, quamuis primum ſervitus per totum fundū, omneſque ejus partes, ſaltem in habitu potentiaq; vagaretur, poſt determinationem tamē, actu exercitioq; ad certam partem limitatur. Et in hoc † differt ſervitus ſimpliciter conſtituta per fundum, ab ea cui totus ager ſubycitur, id eſt, quæ ſic conſtituitur vt per quamlibet fundi partem exerceri poſſit, textus in d.l. certo generi. §. ſi totus ager, & in l. nam ſatis §. cæterū. ff. quemadmodum ſervitus amitta. Nam in ſervitute ſimpliciter conſtituta, dominus fundi dominantis etiā inuitus ex officio judicis tenetur determinationem certi loci admittere, & determinationē directionemq; viæ ſemel factam, amplius variare non licet; & ſervitus in loco determinato conſiſtit. Is verò cui per quamlibet partē ire licet, ad determinationem certi loci coanguſtari abſolutè non poteſt, & ſubindè variare non prohibetur, etiamſi ſemel per certam partem ſervitute vti cœperit. d. l. nam ſatis. §. cæterum. niſi nominatim ex intervallo ſervitus ad certam partē remiſſa fuerit. l. ad certam partem. De ſervitutibus. Id enim perindè eſt ac ſi ab initio cum certi loci demonſtratione & determinatione via ad certā partem fundi contracta fuiſſet. Quæ res differt à directione viæ per certum locum, quando generaliter via conceſſa fuit, quia per directionem illam reliquę partes non liberantur directè & ſimpliciter, ſed tacitè & tantiſper ſolum, quādiu manet via, & pars fundi demon-
ſtrata ſervire poteſt. Nam † ſi pars fun- 10
di per quam via directa eſt deperierit, ad alias patres ſaltem ex æquitate & per reſtitutionem regredi licet. Quia ſimplex conceſſio hoc efficit, vt per totum fundum vna via debeatur, & directio ſive demonſtratio viæ intelligatur eſſe ſine captione, & damno ejus, cui ſimpliciter per fundum ſervitus conceſſa eſt. Quod aliter obſervatur, ſi ab initio certi loci demonſtratione facta, ſervit⁹ ad partem contrahatur, vel ex intervallo ad partem expreſsè remittatur. Eoq; modo accipienda ſunt quæ confuſe diſputant interpretes. in l. ſtipulationes non divid. De verborum obligationibus. de reſtituenda vel non reſtituenda ſervitute per aliam fundi partem, quam eam per quam directa ſeu demonſtrata erat, quę ruina, chaſmate vel alio modo deperijt. Deniq; illud dubitationē non habet, dominum prędij ſervientis variare poſſe cùm hoc ſibi expedit, ſi creditori alium locum non minus com-
modum aſſignet. Et † quod hic de ſer- 11
vitute viæ ſimpliciter conceſſæ conſtitutum eſt, accommodari poteſt ad tranſitum exercitui conceſſum per territorium ſeu comitatum; quoniam intelligitur quod tranſire debeat per partem

tem

Digitized by Google

tem concedenti minus damnoſam, & vt Cepolla ait, debent ſe civiliter habere: Nam Iuſtinianus voluit tranſitum militum fieri citra omnem querelam incolarum. & qui occaſione tranſit⁹ ab vrbibus vel pagis per concuſſionem quid accipit, punitur in duplũ. authent. de tranſitu militum. in prin. conſtitu.
12 129. Et † quod ad emendandi ſtudium attinet, conſiderandum eſt Pandectas Florent. puncti tranſpoſitione vitiatas eſſe: *Si cui ſimplicit᷑ via per fundũ cuiuſpiã cedatur, vel relinquatur in infinito, videlicet per quamlibet eius partem. &c.* Pũct⁹ enim poſt dictiones *in infinito* in ſequentem locum transferendus eſt, & dictioni *videlicet* poſtponendus.

SVMMARIA.

1. *Inſcriptio tit. ff. de interrog. in iure fa. ex libro Norico aſſerta.*
2. *Interrogatorijs actionibus ſublatis interrogationes remanſiſſe.*
3. *Interrogationes quando quomodo & in quem vſum fiant.*
4. *Interrogationes ante litem conteſtatam quando fieri poſſint.*
5. *Poſitiones in locum interrogationum ne hodiè quidem ſucceſſiſſe.*
6. *Poſitionum & interrogationum diſcrimen. & 7.*
8. *De formulis interrogationum apud veteres, & praxi hodiernâ remiſſiuè.*
9. *Multa iuris loca ſub tit. de interrog. in iure fac. emendata. & 11. 12.*
10. *Semiplenas cauſarum cognitiones etiam alibi quam pro tribunali fieri poſſe.*

CAPVT NONVM.

1 DE interrogationibus † actionibuſque interrogatorijs, frequẽs in jure civili eſt mentio; & exſtat de ijs ſolemnis titulus libro vndecimo Pandectarum Florentiæ ita conceptus: *De interrogationibus in jure faciendis & interrogatorijs actionibus.* Qui in Norico libro & editionibus communibus habet in fine adjectam dictionẽ *ſublatis.* & hoc modo legitur: *De interrogationibus in jure faciendis & interrogatorijs actionibus ſublatis.* Quod majorẽ perfectionem inſcriptionis & tituli cõtinet, propterea quod tempore Calliſtrati I C. & aliorum, quorũ reſponſa Iuſtinianus ſuis Pandectis inſervit, interrogatoriæ actionis nõ erat vſus, nec quiſquam ante judicium de ſuo jure reſpondere tenebatur, ad effectum ſuſtinendæ actionis, ex confeſſione vel reſponſione intentandæ. l. 1. §. interrogatorijs ff. de interrogationibus in jur. fac. Ob quod rectè in libris Baſilicõ omiſſa commemoratione interrogatoriæ actionis, titul⁹ inſcribitur ſimpliciter. De ijs quæ in jure interrogantur & reſpondentur. Nam periniquum erat, non ſolum quem cogi ad reſpondendum, ſed hoc amplius ad exemplũ confeſſoriæ actionis l. proinde. ff. ad l.

Aquiliam. ex reſponſione haberi, velut pro confeſſo & condemnato, ac inde judicium pati & actionē ſuſtinere, vt poſteriore parte tituli ſignificatur, & rectè probat Franciſc⁹ Duarenus. Anniuerſaria. diſputat. cap. 43. licet perperam annotaverit I C. reſponſa ſub titulo de interrogationibus verſari in interpretatione edicti prætoris de in-
2 terrogatoria actione: Nam † interrogatoriam actionem in deſuetudinem abijſſe ſcribit Calliſtratus, in d. l. 1. Et edictum prætoris non de interrogatoria actione ſed de ipſis interrogationibus eſt propoſitum. l. 2. de interrogation. quarum vſum remanere ſublatis actionibus interrogatorijs auctor eſt ipſe Calliſtratus. Id quod non ſolū ex tituli inſcriptione *De interrogationibus in jure faciendis* intelligitur, verùm etiam ex reſponſis I C. quæ ad interpretationem edicti prætorij ſubijciuntur, maniſeſtè appatet. Ita quod interrogationum vſus nec tempore Calliſtrati & aliorum veterum I C. nec tempore Iuſtiniani, nec etiam hodiè in deſuetudinem abierit, ſed frequentetur & cum fructu vberrimo pateat latiſſimè: l. vbicunq;. de interrogationibus. Quoniā
3 † interrogationes fieri poſſunt non ſolum ad litem finiendam, verum etiam ad litem ordinandam & inſtruendam. Bartholus in l. de ætate §. interrogatus. De interrogationibus. Dum tamen aliqua actio prius edita fuerit & libell⁹ propoſitus, l. 1. & l. ſi quis in jure. & d. l. de ætate. §. qui tacuit. de interrogationibus. & tantummodò ad probationes proſint litigatoribus, ea quæ ab adverſa parte expreſſa fuerint, vel in hereditatibus vel in alijs rebus quæ in cauſis vertuntur. in d. l. 1. in fine. pulchre Guido Papæ conſil 200. incip. interrogatoria, parte 3. Nam ſine actione, vt cuilibet collibuiſſet, quemquam in judicium pertrahi, & deficiente idonea occaſione vexari, juri non eſt conſentaneum. Non † quod ante litem conte- 4
ſtatam & ad ordinationem judicij reus interrogari nequeat, quando juſta cauſa ſubeſt, & agitur de re ex animo & voluntate interrogati dependente, & quæ alioqui difficilis eſt probationis; in d. l. 2. & ſeqq. ſed quod non permittatur ſine probabilitate juſtæ cauſæ & duntaxat ad effectum probationis in progreſſu judicij. Et ne ab initio periclitetur aut damnum ſuſtineat actor dum ignorat qua ex parte adverſarius defuncto heres extiterit, aut ex qua parte poſſideat, ſive in perſonam, ſive in rem, ſive ex alia quacunq; cauſa agatur. d. l. in fine. & l. voluit, cum ſeqq. De interrogationib. l. 5. §. heres. ff. cōmodati. & l. ſi in rem. De rei vendicat.
Et † ideò non arbitror accedendum 5
eorum ſententiæ, qui putant hodiè ſublatis interrogationibus, poſitiones in earum locum ſucceſſiſſe. Nam licet poſitiones vicinitatem habeant cum interrogationibus, non tamen omninò ſunt earum loco ſubrogatæ. ſed manentibus interrogationibus poſitiones ſunt ſuperadditæ ex jure pontificio & conſuetudine. Clement: ſepè. §. & quia vſus poſitionum. De verborum ſignificatio. Et diverſam naturam, formam & effectum habent. Iodocus Damhouderi⁹ in praxi rerum civilium. cap. 152.
de poſitionibus. num. 71. Ideoq; † ve- 6
tuerunt

Digitized by Google

tuerunt domini de Rota, deciſio. 31. incip. voluerunt in novis. partes citari vel arreſtari ad reſpondendum interrogationibus negocium principale concernentibus, niſi darentur diſpoſitivè per modum poſitionum & articulorũ in ſcriptis, addita ratione, qua interrogans nihil, ſed ponens diſpoſitivè omnia quæ ponit confitetur. cap. 1. & 2. de confeſſione lib. 6. Ideoq; ne claudicet judicium & vt æqualitas obſervetur, regulariter poſitionibus vtendum eſt, vt ſicut actor per rei confeſſionem ita per actoris poſitionẽ reus relevetur. quod non fit per interrogationes: Nam qui interrogat, nihil ponit & in nullo ſibi præjudicat, qui vero poſitiones exhibet, fatetur, & contenta earum proſunt adverſario ad probationem; vt eleganter diſtinguit Caſtrenſis. conſilio 154. incip. ad primum. in prin. vol. 2. Ex quo
7 † enaſcitur & alia differentia, quod facilius admittantur poſitiones quàm interrogationes. Quia interrogationes duntaxat periculum interrogati reſpiciunt, ad quas quis ſepè reſpondere nõ cogitur. gloſſa in ca. 1. de confeſſis. Poſitiones verò vtriuſq; præiudicium cõtinent, & majorem certitudinem habent. Actoris enim periculum verſatur, ſi quid poſitiones contineant, quod adverſarij intentionem juvare poſſit. Rei verò vel adverſarij præiudiciũ in eo eſt, quod præſtito juramento calumniæ ſingulis ad verbum reſpondere teneatur, vt videlicet actor de voluntate adverſarij periculum faciat, an citra alias probationes longioremque moram bonam fidem velit agnoſcere. Quæ ratio efficit, quod poſitiones admittantur, non ſolum ſuper negativa, aut ijs quæ aliâs probari non poſſunt, vt quidam voluerunt: Ioannes Andr. in d. c. 1. verumetiam ſuper affirmativâ, quantumuis ſecundum rerum naturam fieri poſſit expedita illius probatio. Sic vt diverſa ſit natura & vſus poſitionum & interrogationum. Veteres
formulas † interrogandi videre licet a- 8
pud Valerium Probum de literis antiquis. & Iacobum Revardum Protibunalium lib. ſingulari. Praxim verò vſumque forenſem hodiernum pete à Speculatore. titulo de interrogatorijs actio. Panormitano in c. cum cauſam. colum. 4. de juramento calumniæ. & Dãhouderio in praxi rerum civilium. cap. 152. nu. 7. & ſequenti. Nunc veniã
† ad emendationem quorundam re- 9
ſponſorũ, quæ ſub titulo illo de interrogationibus in jure faciendis, inſeruntur, in Vlpiani reſpõſo. in l. voluit prætor. leviter variat vno loco liber Noricus à Florentino, dum in hoc legitur: *ſimul etiam portionis pro qua quiſq; heres exſtitit*, in altero verò; *vt de portione pro qua quiſq; heres exſtiterit*. Sed in fine ejuſdẽ reſponſi differentia eſt irreconciliabilis. Nam multi libri habent affirmativè; in d. l. voluit pretor. in fi. *Ius enim eum ſolum locum eſſe, vbi juris dicendi vel judicandi gratia conſiſtat: vel ſi domi vel in itinere hoc agat*. Franciſcꝰ Hottomannus negativè legit obſervationũ lib. 1. cap. 40. *non ſi domi*. quod Iacobus Cujacius lib. 14. obſervatio. cap. 11. & Robertus Aurelius Sententiarum lib. 1. cap. 13. improbant, affirmativam lectionem ſequendo, quam & ante eos approbavit Accurſius: in d. l. voluit

Digitized by Google

prætor.in verbis in itinere. Quoniam
10 † non de plena ſed de ſemiplena cauſæ cognitione agitur, quæ & domi & in itinere expediri poteſt, l. ſi ſine. §. illud. De interrogationibus. & l. 2. §. dies. ff. quis ordo in bono. poſſ. ſervet. ſella extra ordinem poſita. Poſtulari enim & interrogationes fieri non pro tribunali ſolo, ſed etiam ſella in loco plano poſita apud prætorem potuiſſe, ex Aſconio & alijs conſtare aſſerit poſt alios Iacobꝰ Revardus. Protribunalium libro ſin-
11 gulari, cap. 7. Diverſa † quoque legendi ratio eſt in alio Vlpiani reſponſo, ſub eodem titulo, l. ſi ſine interrogatione. §. Celſus, in fine. Florentiæ & alijs quibuſdam libris puncto malè collocato poſt verbum *reſponderis*, qui retroferēdus eſt poſt dictionē *videndum*, ſublata copula *&* in verbis ſequentibus, vt ita legatur: *an ergo non videatur defendere, ſi non reſponderit videndum. quod vtique*
12 *conſequens erit dicere &c.* Rurſus in † alio Vlpiani reſponſo, ſub dicto titulo in. l. de ætate. §, qui tacuit. dictio *quoque* vt ineptum gloſſema reycienda eſt, vt ita legatur, *qui tacuit apud prætorem.* &c. prout etiam in Norico libro & pleriſq; alijs, perperam legitur: *quia quaſi negavit ſe heredem,* legendo ſecundum librū Florentinum & alios abſque dictione *quia: quaſi negaverit ſe heredem.* Quæ per ſe elegans eſt locutio, & rectam cōſequentiam habet cum cauſali particula *nam,* quæ ſubycitur, hoc modo: *nam qui omnino non reſpondit.* Et eodem loco in Norico libro in d. l. de ętate. §. quod autem ait prętor. omiſſa dictione *omnes,* & copula, *&*; ita reponere oportet: *poſteriores ſic acceperunt, vt omnino non reſpondiſſe videatur, qui ad interrogatum non reſpondet.* Et vt in verbis ſuperioribus liber Noricꝰ vitioſus eſt, ita in ſequentibus verbis: *ſi interrogatus quis, an ex aſſe heres eſſet, reſponderit ſe ex parte heredem.* rectè ſe habet, ideoque indè emendari debent libri Florentini & plerique alij. Rurſus eodem loco in §. ex cauſa. Noricus liber ſuſpectus eſt, in verbis: *Celſus ſcribit: hic quidem.* Et in ſequentibus in §. interrogatus *quaſi ex contractu ejus obligatus,* dictio, *ejus*; reycienda eſt. vti etiam in fine ejuſdem reſponſi in verbis: *Celſus itaq; ſcribit,* in Norico libro abūdat dictio *itaq;* & perperam *reſpondenti* pro *reſponſi* ſcribitur. In eodem edicto de interrogationibus apud Paulum in l. ſi filius. in prin. rectè Florentiæ verbum (*eſſe*) lineis includitur, & omittendum eſt. Quomodo in Pandectis Florentinis & alijs quibuſdā libris apud Paulum in l. confeſſionibꝰ. §: & ſi eum. eodem titul. operperam legitur: *naturalibus convenire deberent,* reponendumq;, *convenire debent.* Sunt & alia pleraque ſub eodem titulo, partim ſuperflua, partim defectiva, partim depravata, quæ diligens lector per ſe facilè poteſt animadvertere.

SVMMARIA.

1. *L. funeris ſumptus ff. de religioſis & ſump. funerum emendata & Græcus interpres Pandectarum notatus. & 5.*

Vectigal

Digitized by Google

2. *Vectigal pro transferendo defuncti corpore nulla lege inveniri inductum.*
3. *Cadavera defunctorum qualitercumque attingere non licere ſine licentia Principis aut judicis.*
4. *L. 3 §. non perpetua De ſepul. viol. verus intellectus.*
5. *Librorum Baſilicon vtilitas & commendatio.*

CAPVT DECIMVM.

1 MAcer † ſeu vt Chevallonij editio habet Martianus lib. 1. ad legem vigeſimam hereditatum ita ſcribit, l. funeris ſumptus ff. de relig. & ſump. funerum ſecundum lectionem Florentinam, *funeris ſumptus accipitur quidquid corporis cauſa veluti vnguentorum, erogatum eſt: & pretium loci in quo defunctus humatus eſt: & ſi qua vectigalia ſunt vel ſarcophagi & vectura, & quidquid corporis cauſa antequã ſepeliatur conſumptum eſt funeris impenſam eſſe exiſtimo. Monumentum autem ſepulchri id eſſe Diuus Hadrianus reſcripſit, quod monumenti id eſt cauſa muniendi ejus loci factum eſt.* Quæ verba duplici vitio laborant nam in principio non *ſi qua vectigalia ſunt* ſed *ſi quæ veſtiaria ſunt* legi oportere non ſolũ ſuadet fides libri Norici & quarundã editionum vulgarium, verumetiam ſenſus ipſius reſponſi apertè poſtulat. Agit enim IC. de ſumptu funeris, & de eo quod corporis ſepeliendi cauſa impenſum eſt, vt ſunt vnguenta & odores ad funus erogati. l. & ideo §. illud planè ff. de in rem verſo. Item pretium loci quo defunctus humat⁹ eſt d. l. funeris ſumptus. Et qui ſepulturæ deſtinatus eſt l. 2. §. non totus de rel. & ſumpt. fu. & ſi quæ veſtiaria ſunt id eſt veſtitus ſeu veſtimenta veſtiendi tegendique ac ornãdi defuncti cauſa comparata. Nam vt vivi hominis ita etiam mortui veſtimenta & veſtiaria dicimus, eodem modo quo cibaria. arg. l. legat⁹ & l. Lucius ff. de al. & cib. leg. Adeo vt Græci abſque mutatione vel trãſlatione hæc vocabula retinuerint vt Modeſtinus probat. lib. 10. reſponſorum in l. 4. ff. de alimen. & cibarijs legat. Nõ ignero Græcum interpretem in Macri reſponſo in d. l. ſumptus funeris, legiſſe dictionem *vectigalia* ac pro eo in libris Baſilicon repoſuiſſe τέλος. Et quod Iacob⁹ Cuiatius, obſeruat lib. 5. cap. vlt. fidem Græci interp. ſequtus, vectigalia intelligit quæ in itinere præſtantur dum corpus ex vno loco defertur in alium. Sed mihi prævalere videtur tum Noricæ tum communis lectionis præjudiciũ, quod etiam ipſa juris ratione confirmatur. Quoniam † hujuſmodi vectigal vt pro 2 transferendo defuncti corpore aliquid ſolvatur, nulla lege inductum inuenitur, & favori ſepeliendorum cadaverũ refragatur. Cujus gratia etiam jus antiquum, defuncto iniuriam aut ſepulturæ impedimentum fieri vetat. l. 1. §. etſi forte & §. quoties autem ff. de iniurijs. l. fina. C. de ſepul. viol. Ambro. lib. de Tobia. cap. 10. Et extat vetus edictũ divi Marci, ne corpora defunctorum detineantur aut vexentur, vel prohibe-

Digitized by Google

antur per territoria oppidorum tranſferri. Quibus cōſentanea eſt Pontificia Conſtitutio in ca. quæſta eſt. cauſ. 31. quæſtione 2. Irreligioſum judicans ex cadaveribus defunctorum compendiū quęrere. Quia cauſa funeris eſt publica, l. ſicut perſonæ ff. de religioſis. Et
3 ipſa cadavera † religioſa ſunt: & à privatis ſine ſuſpitione cædis aut alterius improbæ machinationis attingi non poſſunt, abſque permiſſione eorū quibus permittendi jus eſt, Pontificū aut Principis. Nam cadauera humanæ cōverſationis attactum refugiunt, & qui cadaver nudaverit & ſolis radijs expoſuerit piaculum committit. Et reliquię transferri nequeunt, abſque permiſſu collegij Pontificum; vt ex ſententijs Pauli approbat ipſe Cuiatius. obſer. lib.
4 21. cap. 13. Et hac † ratione quod divus Marcus reſcripſit, in l. 3. §. non perpetuæ de ſep. violato. non pertinet ad vectigalis alicujus præſtationem vel exactionem pro tranſvectione corporis, ſed ad decretum Pontificis aut iuſſum Principis, ſine quo nec domino loci permittitur oſſa illata vel corpus effodere vel eruere; l. oſſa. de relig. & ſumpt. funer. Et corpora eorū in quos animadvertitur non aliter ſepeliuntur quam ſi fuerit petitum & permiſſum, l. 1. de cadaverib. punitorum. quia favore religionis & jure ſuperioritatis vetatur, ne privati cadavera attingant: aut etiam funere abutantur, ac ſine juſta cauſa illud per pagos ac territoria trāſferant. Ita vt græca Conſtitutio (ſi ſubſiſtit) lata ſit non ad abrogandam aliquam præcedentem legem, quæ hujuſmodi vectigal permittebat, ſed ad occurrendum improbitati eorum, qui præcipiti auaritia etiam corpora defunctorum inquietare non verebantur. Quod etiam ipſe Iuſtinianus in ſpecie non diſſimili, acerrimè cohibuit. in novell. cōſt. 60. Vt defuncti ſeu funera eorū nō iniuriētur in p. & ca. 1. & in no. 115. ca. 5. Quib' Græca illa conſtitutio aggregāda videtur. Et † vt ſuperio- 5
ri loco ita etiam ſequenti Macri reſpōſum Florent. vitioſum eſt, in d. l. funeris ſumptus. nō enim *monumentum* ſed *munimentum* legi debet, nam non de monumento quod memorię ſervandæ gratia habetur, l. 2. §. monumentum ff. de rel. & ſumpt. funerum, magiſq' ſpectat ad memoriam poſteritatis quā ad præſentis temporis gratiā, ſed de munimento ſepulchri in reſponſo illo agi, verba divi Hadriani à Macro relata oſtendunt. *Monumentum autem* vt habet norica lectio *id eſſe Divus Hadrianus reſcripſit, quod munimenti id eſt muniendi ejus loci factum ſit in quo corpus impoſitū ſit. Itaquè ſi amplum quid ædificari teſtator juſſerit, veluti in circircuitu porticationes eos ſumptus funeris cauſa non eſſe.* Quibus ſignificatur munimēta & porticationes decentem modum impenſarum excedere, ideoque ſumptus hujuſmodi funeris cauſa non eſſe, in d. l. funeris ſumptus in f. & conſequenter repeti non poſſe, perindè ac ſi ad delitias ac luxuriæ materiam facti eſſent. Et quod in libris Baſilicon τέλος φορός legitur, ad corruptum Codicem latinum quo Græc' interpres vſus eſt referendū videtur. Quomodo etiam in alio Vlp. reſponſo, in l. 1. de ſolutionib. aliſque pleriſque locis transferendis, lectione men-

Digitized by Google

mendoſi Codicis latini, Græcus ille in-
terpres deceptus inuenitur. Quamuis
6 † alioqui libri illi Baſilicon, ad emen-
dandum interpretandum & illuſtran-
dum jus civile valeant plurimum. Ete-
nim credendũ eſt illos ex optimis ex-
emplaribus legum Romanarũ, in Græ-
cum ſermonem tranſlatos eſſe; & ex
collatione eorum multas maculas e-
lui, & varios errores tolli poſſe, qui ex
diuturnitate temporis, & librariorum
incuria in libros quibus nunc vtimur
irrepſerunt. Nec dubitatur Græcorum
interpp. ſtudium fuiſſe, obſcuriora de-
clarare, arctare latiora, & priora ex po-
ſterioribus Princ. conſt. in ipſo verbo-
rum contextu corrigere. vt multis ex-
emplis à Ioanne Leunclao obſervatis
oſtenditur in paratit. & notatis.

SVMMARIA.

1. *Alimenta pupillo præſtanda Prætorem decernere.*
2. *Cuius decreto non interveniente quæ tutor vtiliter impendit nihilominus recipit. & 6.*
3. *Alimentorum modus quomodo ſtatuendus. & 6.*
4. *Decreti omiſſionem interdum pupillo vtilem.*
5. *Editio inventarij aut aliorum inſtrumentorum adverſario quomodo facienda.*
7. *L. 3. ff. vbi pup. educ. deb. emendata.*
8. *Ducentis pro dote legatis, niſi nuptijs contractis legatum non debetur.*

CAPVT VNDECIMVM.

1 MAgnâ diligentia legiſlatorum
† proſpectum eſt, vt pupillo
ſufficientia & ætati conuenien-
tia alimenta præſtentur, quæ ſunt ne-
ceſſaria, & exhiberi debent pupillo, eti-
amſi de ſtatu & bonis ejus pendeat cō-
troverſia. l. 1. C. de aliment. pupil. præ-
ſtand. Ius autem alimentorum decer-
nendorum pupillis, Prætori competit.
l. jus alimentorũ ff. vbi pupillus educ.
deb. & modus alimentorum quē Præ-
tor ſtatuit, ſervari debet, niſi tutor non
2 ſatis informaverit prætorem. Si † verò
Prætor nō eſt aditus, officio judicis qui
de tutelis cognoſcit, congruit, reputa-
tiones tutoris non improbas admitte-
re. l. officio ff. vbi pupil. educ. Nā qua-
muis Prætor non decreverit alimenta,
nihilominus repeti poſſunt, quæ à tu-
tore ſunt impenſa, ad exhibitionē edu-
cationis, ad inſtitutionem & diſcipli-
nam, ad miniſteria, ad veſtem & tectũ
pupilli. Neque enim tenetur tutor ob-
tinere decretum alimentorum gratia,
& dum deſiderat à prætore alimenta
decerni, pro officio ſuo facit, & ſibi cō-
ſulit, ne apud judicem controverſiam
habeat, ſi dicatur plus æquo impendi-
ſſe. l. 2. in prin. C. hoc titu. Neque † 3
enim permittendum eſt, tutori reputa-
re tantum, quantum dedit, ſed tantum
id, quod eſt moderatum arbitrio boni
viri; Raphael Cuman' conſ. 84. quod-
que reſpondet modo facultatum; ita vt

Digitized by Google

non vniverſus reditus patrimonij conſumatur, ſed ſemper aliquid ſuperſit, d. l. jus alimẽtorũ. niſi pater alimentorũ modum ſtatuerit. d. l. officio §. ſed ſi pater. Et ſi abſq; decreto tutor impenſam fecerit, in inſtitutionem & educationem pupilli, non poterit poſtea juvenis obycere decreti omiſſionem, aut quod tutor impenſam facere non debuiſſet, niſi probet, quod alius eam erat facturus: neque enim potuit de vento vivere, neque dicere poteſt, quod nullo liberi hominis ſtudio imbui debuerit. l. 2. C. de alimentis pupil. præſtand.
4 Et † plerumque expedit, vt abſque decreto bonus vir & innocens tutor pupillos alat, ne ſecreta patrimonij aperiantur, & ſuſpectum ęs alienum pandatur; quod melius eſt taceri, quam cum de modo facultatum quæritur, vltro proferri, & apud acta jus dicentis deſignari. l. 2 C. de aliment. pupil. pręſtand. Ne pupillus ob manifeſtatas divitias ſubyciatur inuidiæ, vel inſidijs, vel ob paupertatem fiat contemptui. l. 2. & ibi eleganter, Lucas de penna C. quib. & quando quarta pars hered. lib. 10. Vnde notant † Baldus, Salicet. & alij, in
5 d. l. 2. C. eodem. tutorem non teneri ad exhibitionem inuentarij adverſario faciendam, niſi vſque ad rerum ſpecificationem, & vt appareat inventarium factum eſſe, quemadmodum & Baldus ſcribit, in d. l. 2. C. eod. eum qui tenetur ad æditionem inſtrumentorum, nõ omnia, ſed ea tantum, quæ ad cauſam
6 ſunt facientia, proferre debere. Et † quamuis nullum decretum intervenerit, fundata eſt intentio tutoris, repetẽtis impenſam alimentorum & diſciplinarum, niſi pupillus probet contrarium, & quod aliundè alimẽta vel ſumpt⁹ habuit, vel habere potuit; d. l. 2. quia in dubio impenſa facta præſumitur ab eo cui incumbit; nec quiſquam vivit de vento, nec diſciplina contingit ſine ſumptu, nec quiſquam evadit eruditus ſine magiſtro & præceptore, vt Salycetus ſcribit, in d. l. 2. Quamuis itaque tutor ſuo arbitrio, & abſque pręfinitione, aut decreto judicis ſumptum aut impenſam fecerit; habet tamen repetitionem, ſi nihil immodicè, neque ad luxuriæ materiam, neque ad delitias ſumptus ſubminiſtravit: argum. l. 3. §. nec enim illud ff. de in rem verſ. ſed bona fide fecerit, & modum non exceſſerit, arg. l. ſi quis §. ſumptus, & l. at ſi quis §. hæc actio ff. de relig. & ſumpt. funerum. id eſt pupillum aluërit ſecundum dignitatem & qualitatem perſonę & quantitatem patrimonij. Quod intelligitur ex reditibus, & non ex ſubſtantia bonorum; ita vt annuatim ex reditibus aliquid ſuperſit. d. l. 3. §. 1. ff. vbi pup educ. Et in decernendis ſeu cõſtituendis alimentis ob oculos habere oportet † *etiam mancipia*, vt habet vet⁹ 7
lectio, vel potius ſecundum librũ Florentinum *& mancipia quæ pupillis deſerviunt, & mercedes pupillorum, & veſtem & tectum pupilli*, vt Vlpianus reſpondit, in d. l. 3. In cujus reſponſo depravatè legitur, in omnibus libris (& mercedes pupillorum) nam non (pupillorum) ſed præceptorum legi oportere ratio ſubjectæ materiæ & alia I C. reſponſa oſtendunt. in l. cum plures §. cum tutor ff. de admi. tut. Nec † ſolum 8
reputat tutor alimenta pupillo præſtiſta,

Digitized by Google

ta, verum etiam quæ ſorori ejus exhibuit, ſecundum Iuliani reſponſum. in l. qui filium ff eodem. in quo narratur facti ſpecies; dum dicitur, pupillum ſorori ſuæ ducenta ſolviſſe, quæ pro dote ei legata erant; ex qua narratione facti, non reſultat juris deciſio, nempe quod relictum pro dote, ſtatim præſtari debeat, vt perperam opinatur Bald. in d. l. qui filium, & qui Baldum ſequuntur; quia contrariũ eſt verius, quippe quod legatum pro dote puellæ factum, non debeatur niſi contractis nuptijs, vt ſingulariter per multa jura conſuluit Romanus. conſil. 134. col. 1. circa fin.

SVMMARIA.

1. *Negatio addita vel detracta multa juris loca vitiavit, & 10. 17.*
2. *L. nec filius C. de reb. credit.*
3. *L. ſi iter ff de ſervitut.*
4. *L. Senatus ff ad l. Cor. de falſ.*
5. *L. Labeo ff. quemad. ſer. amitt.*
6. *L. 3 in p. ff. ad l. jul. maieſt.*
7. *C. cum dilectus. verſ. mandavimus de cauſ poſſ. & prop.*
8. *L. ſi oves ff. de abigeis.*
9. *L. Ædiles etiam verſ. ſed notandum de Æd. edict.*
11. *L. ſi poſtulaverit §. notandum. de adulter.*
12. *L. vlt. § cum igitur C. de iur delib er.*
13. *L. ligni 55. de leg. 3.*
14. *L. cum ſine 19. quando dies leg ced.*
15. *L. 2. ff de bon. eor. qui ante ſent.*
16. *L. apud Proconſulem ff. de manum. vind.*

} *Integritati ſue reſtituta.*

CAPVT DVODECIMVM.

1 MVltis locis † perperâm addi, vel detrahi negationem rectè conqueritur Antonius Auguſtinus Emendat. lib. 1. Et varijs Pontificum, Imperatorum & I C. reſcriptis & reſponſis, diligens inueſtigatio perſcrutatioque lucem, & illuſtrationẽ adferre poteſt, per rectam negationis, & affirmationis repoſitionem.
2 In † impp. Diocletiani, & Maximiani reſcripto. l. nec filius C. de rebus creditis. cùm oratio ſit negativa, iterata negatio facit, vt altera abundare videatur. Simile † vitium redundantis negationis in 3
communibus libris, ex lectione Florẽtina apud Celſum deprehenditur. in l. ſi iter. ff. de ſervitutibus. In † contrariũ 4
omiſſa ſeu detracta negatio conturbat ſententiam, in l. Senatus ad l. Corn. de falſis. dum perperam affirmative legitur. *Sed quià & juſſu patris id fecerat, & viginti quinq; annorum erat.* Inuibus

Digitized by Google

particula & in negationem vertenda eſt, hoc modo: *Sed quia iuſſu patris id fecerat, nec viginti quinq; annorum erat* ſeu quod perindè eſt *minor xxv annorũ erat*. Quomodo in l. labeo. ff. quemadmodũ ſervit. amittatur. lectio † affirmativa: *Si ierit ad fontem*, in negativã vertenda eſt: *Si non ierit ad fontem*. Eadem † ratione apud Marcianum in l. 3. in princ. ff. ad l. Iuliam Majeſt. verbis, *arcem tenuerit*, interponenda eſt negatio, vt ità legatur. *Arcem non tenuerit*, vt ſententia I C. expoſtulat, & Græci probant, apud quos in verſione legitur: *qui in bellis ceſſerit aut arcem deſeruërit*,
7 Rurſus † celeberrimum Pontificis reſcriptum in c. cum dilectus verſi. mandavimus. de ca. poſſ. & pro. ex negationis defectu laborat vitio in verbis: *quæ cum iuri communi præiudicet*. quod addita negatione tollendum eſt, legendo ſecundum fidem antiqui libri manuſcripti: *quæ iuri communi non præiudicet*: quod totam ſententiam mutat, & veritati & juris diſpoſitioni eſt conſentaneum, c. cum Eccleſia. de cauſa poſſeſſion: & proprietate. removeatque lõgè petitam divinationem, & parũ congruentem ſuppletionem Gloſſæ, quæ verbo præjudicet eſt addita. Apud
8 † Calliſtratum, in l. ſi oves. de abigeis. per negationẽ legitur: *Eum quoq; pleniùs coërcendum qui à ſtabulo abegit dominũ pecus non à ſylvâ nec grege*. Quæ in libris Baſilicon per affirmationem ita leguntur: & qui ex grege, vel ſilva dominũ pecus abegit, acrius punitur. Vndè apparet etiam non ſubſiſtere marginalẽ additionem in d. l. ſi oves. In qua pro dictione *plenius*, repoſitum eſt, *lenius*.

Eadem † ratione mendoſum cenſeri debet Vlpiani reſponſum libro. 1. ad edictum Ædilium Curulium, in l. ædiles etiam verſ. ſed notandum ff. de ædil. edict. dum vulgo etiam in libris Florentinis ità legitur: *Sed notandum eſt quod nõ permittitur emptori ex huiuſmodi cauſis noxæ dedere ſervum, nec enim factum ſervorum ſuorum, itemq; procuratoris præſtat*. Nam cùm Vlpianus neget emptori priore loco deditionem, neceſſe eſt eum obligari ex facto ſervorum & procuratoris, ad quod ſemper tenetur, niſi noxæ deditio permittatur, vt Vlpianus oſtendit. Ideoque poſteriori loco negatio in affirmationem vertenda eſt, commutãdo dictiones *nec enim*, in vocem, *etenim*. De quo nulla poteſt eſſe dubitatio, ſi conſideremus Vlpianum, in d. §. ſed notandum. agere de damno ſeu deterioratione quæ poſt venditionem traditionemq; facta eſt, ex quo emptorem obligari manifeſti juris eſt d. l. ædiles etiam in p. Nec † ſolum apud Vlpianum, ſed multis alijs locis vſu venire videmus, vt &, *ac*, *nec*, articuli, licet inuicem omninò diſcrepantes, confundantur, & alterius locũ alter (librariorum notas ſecus atque oportet accipientium errore) occupet. Petr⁹ faber in cõment. ſuis ad Reg. Iuris. Similè † vitium redundantis & perperàm adſcriptæ negationis eſt apud Vlpianum, libro 3. de Adulterijs, in l. ſi poſtulaverit §. notandũ ff. de Adulterijs. dum ità ſcribitur. *notandum eſt quod hoc quidem capite non cavetur*. Vbi beneficio Florentinæ lectionis, expũcta dictione *non*, affirmativè legendũ eſt hoc modo: *Notandũ eſt quod capite quidem*

quidem nono cavetur. Qui error irrepſiſſe videtur ex obſcuritate literæ o quæ vltima eſt in dictione nono. Abundat
12 † quoque negatio, & à Græcis rectè omittitur in Iuſtiniani conſtitutione, l. vlt. §. cum igitur hæreditas. C. de jure deliberandi. ideoq; legendum eſt: *ſimiliq́. modo ſi titubante animo*, omiſſa negatione quæ perperam libris commu-
13 nibus adſcripta eſt. Mendoſe † quoque omittitur negatio in Vlpiani reſponſo, in l. ligni 55. De legat. 3. ſecundum editiones communes, quæ libris Florentinis rectè additur, hoc modo: *nec adjecit, ſi non comburendi gratia ſucciſſe, ad eum pertinere*. Quia Vlpianus ex Mucio regulam proponit negativã, ei cui ligna legantur, non deberi arbores materiæ cauſſa ſucciſas, niſi comburẽdi gratia ſucciſæ fuerint. Quod elegantiſſimè exprimitur verbis illis: *ſi non comburendi gratia*. licet Franciſcus Balduinus in juriſprudentia ſua Muciana refragetur.
14 Sed † in contrarium Pandectæ Florẽtinæ malè omittunt negationem apud Iulianum, in l. cũ ſine 19. quandò dies legat. Quam in communibus libris rectè adſcriptam eſſe, Franciſcus Balduinus notat, loco ſuprà citato. Deeſt itẽ negatio in argumento quod ex Baldo imperiali conſtitutioni præponitur, in l. 15. C. de reſcind. venditione. dum ità legitur: *Publicus exactor debet res vendere gratioſè*, nam vt idonea ſit ſententia reponendum eſt *Publicus exactor nõ debet res vendere gratioſè*. Obſervavit quoque Iacobus Cuiati⁹, obſervat. lib.
6. c. 24. deeſſe negationem † in Macri 15
reſponſo in l. 2. ff. de bon. eo. qui ant. ſen. ſed labi videtur, quia I C eos qui à latronibus nominati diſceſſerunt pro confeſſis habet: ideoq; rationis eſt hæredibus non relinqui defenſionem. Et † vt ſuperiore loco redundans negatio tollitur, ità alio loco in l. apud Procons. ff. de manu. vindicta. deficiens, bona ratione reſtituitur, vt Paul⁹ in d. l. apud Proconſul. cum Martiano conſentiat. in l. 2. in fine. ff. de offic. Procon. Licet Robertus Aurelius libro 1. recept lectionum c. 16. Cujatio contradicat. A quo & alijs locis errores ex negationis redundantia vel defectu creati annotãtur. in l. ſtatuliberi in p. ff. de ſtatuliberis. in l. falſus. §. ſi quis ſponte. ff. de furti. in l. deducta §. penult. ff. ad SC. Trebellianum. in l. ſi ſterilis §. quamuis ff. de Action. empti in l. ſi aditio. ff. de cõdition. inſtitutionum. l. qui ſervum. ff. de action. & obligat. l. ſolutum §. ſi in ſortem de pig. act. l. 12. §. pen. ff. de furtis. Et plures deficientes aut redundantes negationes in legibus noſtris accumulat Antonius Faber, ſex libris conjecturarum, quos cautè legendos arbitror, ſeparatis vtilibus ab inutilibus, & parum perpenſo judicio congeſtis.

SVMMARIA.

1. *L. qui teſtamento §. eius qui ff. qui teſt. fa poſſ. rectè à Cuiatio reſtituta.*
2. *In l. ſi ſervus 50. §. 1. de legat. 1. negationem à Cuiatio rectè detractam.*

Digitized by Google

3. *Sententia contra heredem lata, etiamſi iniuſta ſit legatarijs nocet.*
4. *L. item 14. §. quod ſi homo. verſ. ſed etſi de eo quod met. ca. vetus lectio defenſa, & novè explicata, præter Bartholi Cuiatij aliorumque ſententiam. & 7. 8.*
5. *Interitum rei intra tempora iudicati contingentem condemnatum nunquam præſtare. & 6.*
9. *Periiſſe dicitur etiam quod deterius factum eſt.*

CAPVT DECIMVM-TERTIVM.

QVandoquidem ſermonem habuimus de erroribus, quibus per negationē vel affirmationē temerè additam vel detractam, reſponſa I C. & Principum conſtitutiones paſſim obſcurantur & depravantur, operę pretium eſt prioribus plura adycere. Et
1 † certè non minus acutè quam verè Iacobus Cuiacius (vir de juriſprudentia noſtra optimè meritus) obſervavit, in libris Florentinis apud Vlpianum, in l. qui teſtamento §. eum qui repetundarum. qui teſt. fac. poſſ. deeſſe negationem. Nam vera lectio eſt. *Eum qui repetundarum damnatus eſt ad teſtamentum adhiberi non poſſe, quoniam in judicio te-*
2 *ſtis eſſe vetatur.* Et † vt in Vlpiani reſponſo omiſſam negationem rectè addit Cujatius, ità alio loco apud Vlpianum, l. ſi ſervus plurium §. 1. de legat. 1. redundantem negationem jure &
3 merito removet. Quamuis † enim ſententia lata contra heredem non agentem cauſſam, vel luſoriè agentem, non obſit legatarijs, ſi tamen per iniuriam fuerit pronunciatum, & hæres nō provocavit, iniuria ei facta nocebit legatarijs: vt & Sabinus ſignificat, & ſequentia verba Vlpiani de ſententia pro ſubſtituto lata demonſtrant: Atque ex cōparatione & differentia, pignoris & legatorum à Papiniano propoſita in l. 3, de pignoribus & hypot. ita manifeſtū eſt, vt merito & ex juſta cauſa Cuiaci* Vlpiani reſponſo negationem detra-
hat. Sed † in alio Vlpiani reſponſo l. itē 4
ſi cum exceptione 14. §. quod ſi homo verſ. ſed etſi. de eo quod met cauſ. an negationem rectè auferat in diſquiſitionem vocatur. In omnibus enim libris hactenus excuſis ità legitur: *Sed etſi nō culpa ejus cū quo agetur abierit,* ſeu vt alij libri: *Sed etſi non culpa ab eo quo cum agitur, aberit.* Ipſe verò Cuiacius abſque negatione (quam manifeſto abundare contendit) Vlpiani verba per affirmationem ità refert: *Sed etſi culpa ab eo quo cum agitur aberit.* Relatione facta ad ſpeciem ſuperiori loco ab Vlpiano relatā, in qua homo ſine dolo malo, & culpa ejus qui vim intulit & condemnatus eſt, intra tempora judicati
actionis moritur. Scribit enim † omni 5
modo, & rem & ęſtimationem & pœnam præſtari ab eo qui metum intulit, ſi res poſt condemnationem & poſt tēpora judicati actionis perierit: nulla diſtinctione facta, an metu non adhibito res peritura vel non peritura fuiſſet: quia is qui metum intulit ſemper in mora eſt. Exemplo ejus qui ex cauſſa furti, vel vi bonorum raptorum tenetur. l. 1. §. illud. ff. de vi. & vi armata. Sed quoties intra tēpora judicati actio-

nis

Digitized by Google

nis res interit, diſtinctione vtendum Cuiatius putat: Nam ſi res æquè fuerit peritura metu non illato, rei præſtationem remitti quidem, ſed à pœna tripli liberationem non contingere exiſtimat. Si verà peritura res non fuerit metu non illato, forte quia dominus eã diſtraxiſſet, & pretium lucratus eſſet, is qui metum intulit à rei præſtatione nõ liberatur, vti etiam Bartholus cenſuit. in d. §. quod ſi homo. Vidiſtis (inquiẽs) quod re perempta poſt ſententiam intra tempus quod datur judicatis, reus non tenetur. quod eſt verum ſi eſſet res peritura eodem modo penes dominum. Sed ſi non eſſet eodem modo peritura penes dominum, tunc reus re perempta non liberatur. Ad cujus diſtinctionis comprobationem Cujatius loco citato. inducit verba Vlpiani, negatione detracta hoc modo. *Sed etſi culpa ab eo quo cum agitur aberit, ſi tamẽ peritura res non fuit, ſi metum non adhibuiſſet, tenebitur reus.* Quæ conſideratio
6 mihi diſplicet: Nam † quamuis aliquãdo etiam bonæ fidei poſſeſſor non ſimpliciter abſoluteque liberetur à pręſtatione æſtimationis, ſi actor probare poſſit quod res reſtituta tempore accepti judicij ſibi non perijſſet, l. cum res legata §. vlt. de leg. 1. ſi tamen intra tempora judicatis præſtituta res pereat, abſolutè condemnatus à rei ſeu æſtimationis præſtatione liberatur. vt rectè animadvertit Eguinarius Baro, nulla diſtinctione habita, an res peritura fuerit nec nè. Propter ſpecialem æquitatẽ, quià tripli pœna propter facinus ſatiſfacere cogitur, quæ priorem moram ex delicto contractã removet. Ità vt morę ratio haberi non poſſit, poſteaquã judicatum eſt, & intra tempora judicatis præſtituta res perijt. Et ratio juris refragatur, non ſolum diſtinctioni Cujacij an res peritura fuerit nec nè, metu non adhibito, verumetiam relationi dicti verſiculi, ſed & ſi, ad ſuperiorem ſpeciem, de tempore judicatis indulto. & potiſſimum mutationi orationis negativæ in affirmativam: *Sed etſi culpa.* Ea enim ex diametro repugnat Vlpiani ſententiæ & ipſius Cuiatij intentioni. Nam ſi (vt ipſe ſubijcit) in culpa ſit reus, hoc ſolo rei præſtationi ſatis ſubijcitur, neque id inſuper exigendum eſt, vt res peritura non fuerit apud dominum. Quod tamen ab Vlpiano exigitur, in d. verſ. ſed etſi. vt in ſpecie de qua agitur reus teneatur de interitu. Quod neceſſarium non eſſet concurrente rei culpà, quæ omni modo & indiſtinctè illum præſtationi ęſtimationis ſeu pretij ſubijcit. Veriſſimum † itaque eſt 7
negativam lectionem deſiderari, vt Vlpiani diſtinctio in verbis, *Si tamen peritura res non fuerit*, ſuſtineatur. Sed diverſarum ſpecierum commixtio, & ſcripturæ varietas, legendique diverſitas dubitationem movet, ad quam ſpeciem diſtinctio illa ab Vlpiano in d. verſ. ſed etſi. propoſita, applicari debeat: hoc eſt an ad interitum poſt condẽnationem contingentem referri debeat, ſiuè intra tempora judicati, ſiue poſteà: an verò ad mortalitatem ſeu caſum qui ante ſententiam contingit. Et quamquam Bartolus & alij quos ſequitur Cuiacius verba Vlpiani: *ſed & ſi. &c.* ſuperiori ſpeciei, & ad tempora judicatis indulta applicare conentur:

Digitized by Google

diverſitas tamen materiarum, atque ea quæ in medio ſunt, conjunctionem capitum adeo longo intervallo diſtantiū
8 impedire videntur. Atq; vt † meum proferam judicium, exiſtimo ſecundū impreſſionem Guilielmi Merlijn anno 62. verba Vlpiani hoc modo legenda: *Sed & ſi non culpa ab eo quocum agitur aberit*. & coniungi debere clauſulæ proximè præcedenti: *Ergo & ſi in fuga ſit ſervus*. Nam cum prius definijſſet Vlpianus, cavendum per judicem vt poſſeſſor ſervum, qui ſine dolo malo & culpa ejus in fuga eſt proſequatur, & reddat ſeu reſtituat, elegantem limitationem ſubijcit: *Si tamen peritura res non fuit, ſi metum non adhibuiſſet, teneri reum ad reſtitutionem rei, cautione non ſufficiente*. Quid enim aliud præ ſe ferunt verba illa? *Sed & ſi non ab eo quocū agitur aberit, ſi tamen &c.* quam vt denotent cautionem quidem admitti de perſequendo ſervo qui in fuga eſt, generaliter & quandò non conſtat fugæ aut periculi caſum à domino præcaveri potuiſſe, qui fortè ſtatim ſervum diſtraxiſſet: ſi tamen probetur quod non illato metu per ſervi fugam damnum aut periculū domino illatum non fuiſſet, iniquum eſt beneficio cautionis indulgeri ei qui metum intulit, vt reſtitutionem illati damni, de quo apparet differat. Sicut in interdicto vndè vi, vel quod vi aut clam, & in alijs quibuſdam ſpeciebus obſervatur. In quibus quoties actor probat quod res nō ablata, vel tempeſtivè reſtituta ſibi non perijſſet, expedita eſt reſtitutio, & rei peremptæ ſeu deterioratæ redintegratio. d. l. cum res. §. ſi chaſmate. & l. item ſi verberatum. §. fin. ff. de rei vind. Et hoc modo Vlpiani locus acceptus manifeſtus eſt, & rectè præcedentibus per extenſionem & deciſionem caſus magis ſpecialis & dubitabilis, cohæret atque ſubijcitur. Et de ſervo in fuga ſine culpa poſſeſſoris Vlpianum agere, connexio ſententiæ atque verborum: *Sed etſi non culpa ab eo quocum agitur aberit*, &c. coarguit. Et confirmat participium *peritura*. Cujus † ſignificatio 9
non coarctatur ad mortalitatem, & totius rei peremptionem, ſed porrigitur ad quamlibet rei deteriorationem & periculum. adeò vt ſciſſum, & vi ruptū & id quo rei alicuiꝰ vſus nobis quocūque modo aufertur, contineat, l. Marcellus. de verb. ſignif. Qua ratione nūmi perijſſe videntur, non ſolum qui in flumen, vel in mare ceciderunt, verumetiā qui ad alium aliquem dominum pervenerunt. l. ſi ſervus ſervum. §. ſi quis de manu ad l. Aquil. Et ſervus qui in fuga eſt non inconueniēter domino perijſſe dicitur, qui operis illius caret, & ignorat vbi ſervus qui in fuga eſt latitat. Id quod etiam Guilielmus Fornerius animaduertit. in l. Marcellꝰ. de verbo ſignif.

SVMMARIA.

1. *L. ſi te bonis C. de iur. deliberand. emendata. & explicata.*
2. *Arcere pro prohibere ſeu pellere vſurpatum.*

CAPVT

1 IN reſcripto† Diocletiani, & Maximiani in l. ſi te bonis C. de jur delib. depravata eſt lectio in verbis: *arcere de exactione creditorum.* neque emendatio inducitur ex marginali additione, quę pro *arcere de*, reponit, *arcere te:* Neutrum enim aut Imperatorũ ſententia, aut latini ſermonis integritas patitur. Ideoq; rejectis particulis *de* & *te*, ſcribere oportet *arcere exactionem creditorum.* vt reſcripti illius tenor hujuſmodi conſtituatur. *Si te bonis paternis maior quinq; & viginti annis immiſcuiſti, neq; inopia patris te excuſat, neq; vis fratris portionem tuam vel teſtamentum eripientis, arcere exactionem creditorum, qui jure civili pro hæreditaria portione te conveniunt poteſt.* Quæ ſuavem, & elegantem habent cohęrentiam, & decisionem verè juridicam. Nam cùm 2 lex duodecim tab. hæredes oneribꝰ hæreditarijs evidenter ſubijciat, l. vlt. C. de hæreditarijs actionibus. rectè Imperatores reſcribunt, in d. l. ſi te bonis. eum qui hæreditati ſe immiſcuit, neq; per inopiam defuncti excuſari, neq; per vim à tertio illatã arcere poſſe exactionem creditorum, à quibus jure Civili pro hæreditaria portione convenitur. Et †pereleganter dicitur *arcere exactionem.* Id eſt prohibere ſeu pellere. Quæ 3 propria eſt ſignificatio dictionis arcere vt author eſt Sextus Pompeꝰ. & Cicero de legibus confirmat. *Brutus illum non vt conſulem recepit ſed vt hoſtem arcuit.* Et rurſus. *omnes te illis ſedibus arcebunt.*

SVMMARIA.

L. Titio §. Titius ff. ad municipalem emendata & ſingulariter explicata.

CAPVT DECIMVM-QVINTVM.

1 IN Modeſtini reſponſo in l. Titio §. Titius ff. ad municip. maxima eſt legendi varietas, & interpretandi obſcuritas. In cujus explicatione, & vt vera lectio oſtendatur, atque genuina I C. ſententia aperiatur, ad ſequentem facti ſpeciem convenit attendere. Titius ex ordine Decurionum eligitur, prę ficiturque officio ſeu muneri tractandę adminiſtrandæq; publicæ pecuniæ, & ſuſcepta adminiſtratione, pro publica pecunia quam crediderat, pignus accipit, adjecto pacto, vt pignus abſque vlla repromiſſione diſtrahatur, id eſt vt vẽdatur ſine ſpõſione aut ſtipulatione de ſupplẽdo eo, quod vendito pignore ad debiti ſolutionem deërit. nec è contrario de reſtituẽdo eo quod debito ſoluto ſupererit, vel de evictione aut modo fundi oppignorati à debitore pręſtãdo, & ſimilibus, de quibus in conſtitutione vel diſtractione pignoris repromitti, ſeu caveri ſolet. l. ſi convenit. & l. ſi convenerit. de pignoratitia actione l. quæſitũ. de diſtract. pig. Salicet. in l. pignorũ C. de diſtrac. pignor. Depoſito officio finitaq; adminiſtratione Titij, ſequentes gradꝰ id eſt qui juxta albi or-

Digitized by Google

dinem gradatim ſuccedunt, l. vt gradatim. de muneribus & honoribus. loco & in officio Titij, approbant nomē & pignus à Titio contractum, ejuſq; periculum in ſe ſuſcipiunt vſque ad Meviū, cujus approbatio eſt noviſſima. Deindè Magiſtratus municipij vt Reipublicæ ſatisfiat, vendunt pignus ad certum menſuræ modum: deprehenſo minore fundi modo, jubentur reſtituere hoc quod amplius propter demonſtrationem majoris modi quam invenitur, conſecuti ſunt, eoque deducto ſeu reſtituto id quod ſupereſt non aſcendit ad debiti cumulum. quæritur, quis eo nomine Reipublicæ teneri debeat? Et reſpondet Modeſtinus, Titium (cujus ſucceſſores in officio periculum nominis agnoverunt) eo nomine non eſſe obſtrictum: Nec etiā Magiſtratus, qui poſtea vendidiſſe proponuntur, & hoc (quo pignus pluris diſtractū fuit propter demonſtrationem majoris modi) reſtituerunt. Et proindè Mevium qui noviſſimus approbauit teneri ad indēnitatem Reipub. propter manifeſtam negligentiam in approbatione pignoris, & ſuſceptione periculi abſque vlla repromiſſione. Ex quibus ſequitur rectè apud Modeſtinum in principio legi: *ſine vlla repromiſſione*. & labi Accurſium & alios, qui dictionem *repromiſſione* vertere conantur in vocem *promiſſione, remiſſione aut demonſtratione*. Id eſt vt Accurſius ait, & Bartolus ſequi videtur, in d. §. Titius. *denunciatione*. De qua paciſci ſupervacuū erat, cum creditor per facultatem pignoris vendendi à neceſſitate denunciandi ipſo jure liberetur, d. l. ſi convenit. & Salic. in d. l. creditor. Et verba illa: *ſine vlla repromiſſione* ſententiæ atque intentioni I C. ſuperius relatæ, convenientiſſimè applicentur. Deindè ſequitur ex prædictis non rectè à Iacobo Cuiatio obſervat. l. 7. cap. 12. pro *ſequentes gradus* reponi. *ſequentes Magiſtratus*. Nam Modeſtinus nō agit de ipſis Magiſtratibus Municipij, qui curijs præſunt, jus dicunt, & Rempublicam curant, quos Ariſtoteles. lib. 4. Politicon. ἀρχάς vocat. Sed de ijs qui ex Decurionū numero gradatim Titio ſucceſſerunt, d. l. vt gradatim in princ. de muneribus & honoribus. in admiſtranda pecunia publica. Et propriè non Magiſtratus, ſed Curatores & præpoſiti vocantur, & ſuſtinēt functiones ſeu curationes munerum particularium, quæ admodum multa ſunt, & ab Arcadio Chariſio quaſi per ſiluā tractantur. l. vlt. de muneribus. & honoribus. Rectè autē monet Cuiacius, in ſequentibus legendum pro *magiſtratu vendentibus*, *magiſtratibus vendentibus*. Denique annotanda eſt diverſitas atque differentia inter editiones Florentini libri, & aliorū Codicum. Nam communes editiones habent: *Ex venditione propter remiſſionem factam, de modo fundi demonſtrato debitum ſatisfactum non fuiſſe*. Florentiæ verò legitur non *remiſſionem* ſed *repromiſſionem*, quæ invicem adverſantur. Remiſſio enim tendit ad privationem, repromiſſio inducit & conſervat habitū rei poſitæ. Quod magis convenit ſententiæ Modeſtini, qui non loquitur de remiſſione ſeu diminutione, ſed de repromiſſione modi ſeu menſuræ fundi in actu venditionis expreſſā; Ex qua 3

poſteà

poſtea minore fundi modo deprehenſo, Magiſtratus qui vendiderunt, vt repromiſſores conveniuntur; & qua parte propter demonſtrationem minoris modi fundus pluris eſt venditus, hoc reſtituere coguntur: Eoque deducto ſeu reſtituto, quod reliquum eſt nõ ſufficit ad debiti ſolutionem. Ideoque Mevius qui noviſſimus nomen approbavit, nec ſibi de fundi modo & pignoris ſufficientia per cautionem vel alio modo proſpexit, Reipublicæ tenetur ad indemnitatem, per redditionem rationum & reſtitutionem reliquorum, de omnibus quæ geſſit aut gerere neglexit. arg. l. 3. & l. neminem. & ibi Platearius & alij C. de ſuſceptoribus præpoſitis, lib. 10. Per quæ incõſtans Accurſij & aliorum variatio, & multiplex diſceptatio removetur & tollitur, atque vera Modeſtini lectio & interpretatio ex tenebris controverſiarum eruitur.

SUMMARIA.

1. *L. ſi ex pretio C. ſi cert. pet. novè declarata. & 2. 3. 7.*
2. *Falſa mutui adiectio novationem per ſtipulationem contractam non impedit, ſi modo ſubſtantia obligationis ſubſit. & 4.*
5. *Secus ſi nudum pactum tantummodo interceſſerit.*
6. *Ex pacto nudo nec vſuras peti poſſe nec priorem obligationem quam novare contrahentes conabantur ſuſpendi, reiecta Molinei ſententia.*
8. *Beneficium brevis manus in mutuo non induci niſi poſſibilitas numerationis adſit.*
9. *L. ſingularia ff. ſi cert. pet. Et l. qui negotia ff. mandati. interpretata & invicem conciliata & nu. 10. 11. 12.*

CAPUT DECIMUM-SEXTUM.

COmmunis omniũ interpp. ſententia eſt, quam noviſſimè etiã ſequitur, & novè declarare inſtituit Carolus Molineus, in Conſtitutione imperatorũm Diocletiani & Maximiani in l. ſi ex pretio C. ſi cert. petatur, agi de converſione debiti ex alia cauſſa in cauſam mutui. Vndè occaſione arrepta, multis altercationibus interpp. hic tradunt modos quibus debitum ex alio actu converti poſſit in mutuum. Sed omnibus ad amuſſim expenſis, longè alium ſcopum habet cõſtitutio, quam vulgò exiſtiment: Novatio enim ſtipulatioque adhibetur, nõ vt pretij quantitas ex empto debita cõvertatur in mutuum, ſed vt pretij quãtitas novatione facta, debeatur ex ſtipulatione ſub vſuris. Sic vt debitum ex empto ſeu vendito convertatur in ſtipulationem, quam converſionem contrahentes tentarunt exequi, falſa demonſtratione mutuæ pecuniæ, per errorem fortè vel ſimulationem. Adeo vt mutui adjectio non pertineat ad coadjuvandam, ſed ad impediendam no-

Digitized by Google

vationem & converſionem , nec non
ad excitandam dubitationem , quæ in-
de profluebat,quod mutui demonſtra-
tio falſa inveniebatur: Nam inde vi-
debatur corruere totum quod ageba-
tur: cum erronea, & ſimulata de jure
ſint irrita.tot. tit.de juris & facti ign.&
tot. tit. plus valere quod agitur quam
2 quod ſimulatè cōcipitur. Et † certe nō
niſi ſpeciali ratione adverſus errorem
& ſimulationem novatio ſtipulatioq́;
in hac conſtit.preſervata fuit, nè vitia-
retur: quia videlicet non deficiebat o-
bligationis ſubſtantia, cùm quantitas
in ſtipulationē deducta ex vendito verè
deberetur, ità quod juſta obligationis
cauſſa præceſſerit,quę quocunq; modo
explicata , ſufficiens fuit ad ſuſtinen-
dam novationem & ſtipulationem, cū
falſa demonſtratio aut error nominis
non vitiet, quando res ſubeſt aut juſta
3 cauſſa præcedit. Nec † eſt prætermit-
tendum mutuæ pecuniæ adjectionem
in d. l, ſi ex pretio talibus verbis con-
ceptam eſſe, quæ ſignificent debitum
tanquam ex antecedenti mutuo nova-
4 ri,& transferri in ſtipulationem , & nō
è contrario debitum ex alia cauſſa cō-
verti in mutuum. Denique † tam po-
tens dubitandi ratio in hac conſtitu-
tione excitata fuit, propter mutui de-
monſtrationem erranter vel ſimulatè
oppoſitam,vt Imperatores mutationē
prioris contractus in aliam obligationē
ità demum admiſerint, ſi expreſsè no-
vatio per ſtipulationem facta fuerit: nā
eam ſolam efficacem eſſe voluerunt,
etiam pro vſuris in ſtipulationem de-
ductis, pro rata quantitatis novatæ,
licet falſa mutuæ pecuniæ demonſtra-
tio præceſſerit. Diverſum † verò con- 5
ſtitutum eſt ſi non intervenit ſtipulatio
nec novatio, ſed citra vinculum ſtipu-
lationis tantum pecuniam mutuam
datam conſcriptum eſt, & ejus fœnus
præſtare convenit nudo pacto. Nam
hoc caſu ſimulatis pro infectis habitis
nihil priori obligationi detrahitur,
nec valet pactum, quià ſimulatum, &
præterea nudum eſt, ideoque ſine ad-
miniculo veræ vel fictæ numeratio-
nis ad inducendam obligationem ex
mutuo , aut ad convertendum debi-
tum ex vna cauſſa in aliam , eſt ineffi-
cax. Vndè † infertur primo ex pa- 6
cto hujuſmodi vſuras conventas peti
non poſſe, licet peti poſſint ex priore
actione. Secundò infertur non ob-
ſtante hoc pacto quod prorſus eſt inu-
tile, promptè exigi poſſe ſortem , ſe-
cundum limites prioris contractus,
non expectata congrua dilatione quæ
mutuo ineſſe ſolet. l. in commodato
§ cum autem.ff. commodati. Quibus
eſt conſequens non benè ſentire Ca-
rolum Molineum virum alioqui de
jure praxique optimè meritum, dum
ſcribit,quod licet nudum illud pactum
non valeat quantum ad vſuras, valere
tamen quantum ad dilationem prin-
cipalis obligationis, veluti converſam
in mutuum ; Quia totum negotium
ſimulatum eſt, vt ipſi Imperatores te-
ſtantur , ideoque priori obligationi
nihil detrahitur, l. ſi ex pretio 6. C. ſi
certū petatur. quod coartari non poteſt
ſecundum Molinei ſententiam ad pa-
ctum vſurarum,quod extrinſecus inci-
dit,& directo reſpicit priorem obliga-
tionem,eamque in priſtina ſua natura
con-

Digitized by Google

conſervat inviolabilem, ſimulatis pro
7 infectis habitis. Erroris † verò cauſam Molineus arripuiſſe videtur, ex eo quod credidit hic agi de converſione alterius debiti in mutuum, volueritque competere condictionem ex mutuo non mero ſed improprio ex benignitate legis inducto, iuxta l. ſingularia ff. eo. quod à veritate recedit, vt apertis verbis textus oſtenditur, hic in d. l. ſi ex pretio. in quo non agitur de debito ex alia cauſſà in mutuum verè convertendo, ſed ſimulatè ſeu erranter mutuę pecuniæ demonſtratione facta, intendunt contrahentes pretium ex vendito debitum in ſtipulationem vel pactum vſurarum convertere. Vnde nec verum, nec fictum, nec improprium mutuum inducitur. Primo, quià hoc non agitur. Secundo quia verum mutuũ non eſt, niſi interveniat numeratio, vel præſentia pecuniæ. fictum verò vel improprium neque ex ſola ſtipulatione, neque ex ſimplici conventione inducitur, ſed requiritur adminiculũ numerationis ſaltem fictæ, vel interpretatę. d. l. ſingularia l. qui negotiũ ff. man-
8 dati. Vndè † & illud ſequitur non rectè ſentire Molineũ loco citato. dum repræhendendo ſententiam interpretũ, requirentium ad mutuum impropriũ, quod ex brevi manu inducitur, pecuniam ſolutioni paratam, exiſtimat rerum omnium fungibiliũ debita, pacto ſeu conſenſu, incontinenti vel ex intervallo adhibito, in mutuum poſſe converti, idque indiſtinctè & generaliter. Nam quamuis pecuniam ſolutioni paratam eſſe, aut numerationem fieri non requiratur præciſè vt contraha-

tur mutuum non merum; requiritur tamen vltra pactionem ſeu conſenſum convertendi debiti ex alia cauſſa in mutuum, poſſibilitas numerationis, quodque idonea ſint extrema ad fictionem brevis manus, per quam fingitur pecunia ex alio contractu mihi debita, à te vel alio debitore meo mihi data, & rurſus à me ad te profecta ex cauſſa mutui. d. l. ſingularia in princ. Etenim hæc fictio quæ eſt neceſſaria ad contrahendum mutuum (cùm æquipolleat veritati & naturam imitetur) conſiſtere non poteſt, non data poſſibilitate numerationis, & rebus in eo ſtatu conſtitutis vt non poſſit inter contrahentes tunc cum ex brevi manu mutuum inducitur, numeratio intervenire. Ex † 9
quibus colligitur non eſſe veram conciliationem qua Molineus prima facie pugnantia reſponſa Vlpiani in d. l. ſingularia. & Africani in d. l. qui negotia ff. mandati. novè componi, & explicari poſſe arbitratus eſt, dum putat Vlpianum aſſerentem mutuum contrahi, ſi placeat vt pecuniam ex mandato debitam alter ex mutuo retineat, loqui de mutuo non vero & mero, ſed improprio, & eo quod ex legis fictione inducitur per pactionem. Africanũ vero, qui in eadem ferè ſpecie negat eſſe mutuum, loqui de vero & mero mutuo, quaſi I C. re ipſa conſentiant, & non niſi in diverſa mutui acceptione varient: & ipſe Africanus in ſua ſpecie non neget, ſed præſupporat mutuum improprium permixtum cum mandato, cujus maior ratio habetur. Infirmitas † autem 10

Digitized by Google

teſt.Cajus lib.2.inſt. tit. 2.l. cum alijs C.de cur. furioſi.Et ita furioſi inducias,& dilucida intervalla accipimus. Ob
5 † quod diſputabat antiquitas,vtrumnè in medijs furoris intervallis permaneret curatoris interventio,an cum furore quieſcente finiretur, & iterum morbo adveniente redintegraretur.Quam ambiguitatem decidens Iuſt. conſtituit curatoris creationem non finiri, & nihilominus per intervalla quæ perfectiſſima ſunt nihil curatorem agere, ſed ipſum poſſe furioſum dum ſapit, & hæreditatem adire, & omnia alia facere, quæ ſanis hominibus competunt: vt nomen quidem curatoris in omne tempus maneat; effectus autē & officij exercitatio,quotiens morbus redierit: nè crebra vel quaſi ludibrioſa fiat curatoris creatio, ac frequenter tā naſcatur quam deſinere videatur.l.fin.C. de cur. furioſi. cum multis incommodis quæ recitat Baldus.d.l. fin. aſſerens adminiſtrationem curatoris eſſe diſcōtinuam, quia tempore intervalli ipſe furioſus per ſe cōtrahit & adminiſtrat, d.l.fin.& Cardinalis.Sabarella cōs. 56. curationem verò continuam, vtpote quæ manet in habitu & potentia, licet exercitium plerumq; ceſſet. Quemad-
6 modum † officia Eccleſiaſtica ſemper continuantur, licet quandoq; juriſdictio,& exercitium quieſcat. Et febris
7 † continua dicitur humor qui putreſcit, & continuè in venis reſidet, licet non continuè ad alias corporis partes ſit extenſus, ſed interpolato tempore creſcente vel decreſcente ordine appa-
8 reat vel dignoſcatur. Qua ratione † ex Innocentio ſcribit Baldus.d.l.fin.quod licet interdictum relaxatum ſit ad tempus,tamen illo tempore finito nō erit novum interdictum,ſed veteris conti-
nūatio.Et licet † bannito ad tempꝰ de- 9
tur ſecuritas , bannum nihilominus
continuabitur.Et † qui moritur ex vul- 10
nere recrudeſcente quod ſemel ſanatū fuit,mori cenſetur ex priore vulnere,& (vt Baldus ait) d l. fin. ex radice prioris cauſæ. Quibus addi poſſunt multa inſignia ſimilia ex Antonio Bardo. in tractatu ſuo de tempore vtili & conti-
nuo. Illud † meminiſſe aportet quod 11
quamvis tempore intervalli furioſus poſſit rectè contrahere,& adminiſtrare abſq; curatore,in dubio tamen præſumetur actus potius factus tempore furoris quam intervalli: preſertim ſi agatur de furioſi præiudicio ex obligatione qua ipſeſe alteri obſtrinxit. adeò vt is qui allegat tempore intermiſſi furoris actum factum eſſe ,onere probandi prægravetur. Cardinalis d. cons. 56. &
Anchoranus C. 5. Furioſus † autē qui 12
continua mentis alienatione laborat, propter mentis alienationem ſimpliciter nihil velle aut ſcire intelligitur, nec conſentire videtur: Ideoque abſentibꝰ, ignorantibuſq; comparatur.l ij. §. vlt. ff.de jure codicillorum. Nec contractū nec vltimam voluntatem facere poteſt l. furioſum. C. qui teſtam. facere poſſunt , latè Lodovicus de Molina de primogenijs Hiſpanonum lib. 2.ca.9. nu.27.cum ſequentibus.Et conſilio & opera curatoris ſemper defendi debet, non ſolum patrimonium ſed & corpꝰ, & ſalus ejus,qui furorem vel dementiā non fingit.l.concilio.&l.obſervare.ff.
de cura. furioſi.Et verè † furioſus pro- 13
batur,

Digitized by Google

batur, per actus ex quibus probabiliter amentia vel judicij defectus deprçhen-
14 di poſſit. Nec † eſt incognitum furioſos ſi non poſſint per neceſſarios contineri ex juſſu Præſidis carcere concludi l. Congruit. §. furioſis. de offic. Præſidis. & Ità Divus Marcus Scapulæ Fertyllo, ſeu vt liber Florent. habet Tertillo reſcripſit in hæc verba. l. Divus Marcus de officio Præſidis. *Si tibi liquidò compertum eſt Elium Priſcũ in eo furore eſſe vt continua mentis alienatione, omni intellectu careat, nec ſubeſt vlla ſuſpicio matrem ab eo ſimulatione dementiæ occiſam, potes de modo pœnæ ipſius diſſimulare cum ſatis furore ipſo puniatur. Et tamen diligentius cuſtodiendus erit ac (ſi putabis) etiam vinculis coërcendus.* In quibus per conjunctionẽ leguntur *ac ſi putabis* pro quibus Græci libro ſexto Baſilicon, & Haloander legunt per ſeparativam particulam *aut ſi putabis*. Et quanquam vtrumque poſſit ſuſtineri, tamen ſeparativa particula magis convenire videtur, quia carceris incluſio ſeu vinculi coërctio opponi videtur obſervationi neceſſariorum, & cuſtodũ coërctioni, non ſolũ in reſcripto divi Marci, verũ etiam
15 in ſuperiori reſcripto Vlpia. Sed † hoc leue eſt. lõgè autẽ majore vitio laborãt Pand. Flo. in verbis ſequentib⁹. *Quoniam tã ad pœnã quã ad tutelã eius, & ſecuritatem propinquorum pertinebat.* Etenim vincula non ad pœnam ſed ad cuſtodiã adhibentur furioſo, qui (vt Reſcripto Divi Marci continetur) furore ipſo ſatis punitur. Adeò vt in conjunctione illa verborũ *tam, quam,* prima pars ſenſum negativum habere debeat, qui in Norico libro invenitur. hoc modo, *Quoniã non tam ad pœnam quam ad tutelam &c.* Sed in noſtro antiquiſſimo manuſcripto rectius habetur, *quod non tam ad pœnã quam ad tutelam &c.* Quo modo etiam Accurſium legiſſe conſtat. Et † nè pro- 16
tinus à Reſcripto Divi Marci abeamus, ſequens verſicul. ſi verò. Florẽt. ſine interpunctione ità legitur: *Si verò (vt plerumq; adſolet) intervallis quibuſdam ſenſu ſaniore, non fortè eo momento ſcelus admiſerit (nec morbo eius danda eſt venia) diligenter explorabis.* Quæ ex Norico libro ita reſtituenda ſunt: *Si verò (vt plerumq; adſolet) intervallis quibuſdam ſenſu ſanior eſt, num fortè eo momento ſcelus admiſerit, nec morbo eius danda ſit venia, diligenter explorabis.* Quæ vera germanaque eſt lectio cum eleganti ſententiã. Nam particula *nec* negationem ſignificat, perinde ac ſi dictum eſſet, ſi eo momento ſcelus admiſerit, morbo venia danda non eſt. Et eleganter dubitationis particula *num* id eſt nunquid, reſcripto adijcitur hoc modo, *num fortè eo momento &c.* ad denotandam dubitationem rei de qua Imp. jubet diligẽter explorari, vt ſi tempore intervalli ſcelus admiſſum deprehendatur, pœna locum habeat, ſi verò in ipſo furore, pœnæ modum diſſimulare conveniat, vt in eo furore qui ità ferox, ità pernitios⁹ eſt, vt nulla ſanitatis mica remanſerit. l. ſi non dotem. §. ſin autem ff. ſolut matrimonio. In quo quis continua mentis alienatione laborat, & omni intellectu caret. Talis enim ſimpliciter nihil velle neq; ſcire intelligitur, nec conſentire videtur. Ideoq; abſentibus ignorantibuſque comparatur. Vide copioſè apud Petrum Royſium. 4. deciſ.

Digitized by Google

3. *Sententia contra heredem lata, etiamſi iniuſta ſit legatarijs nocet.*
4. *L. item 14. §. quod ſi homo. verſ. ſed etſi de eo quod met. ca. vetus lectio defenſa, & novè explicata, præter Bartholi Cuiatij aliorumque ſententiam. &. 7. 8.*
5. *Interitum rei intra tempora iudicati contingentem condemnatum nunquam præſtare. & 6.*
9. *Periiſſe dicitur etiam quod deterius factum eſt.*

CAPVT DECIMVM-TERTIVM.

QVandoquidem ſermonem habuimus de erroribus, quibus per negationē vel affirmationē temerè additam vel detractam, reſponſa I C. & Principum conſtitutiones paſſim obſcurantur & depravantur, operę pretium eſt prioribus plura adjicere. Et

1 † certè non minus acutè quam verè Iacobus Cuiacius (vir de jurisprudentia noſtra optimè meritus) obſervavit, in libris Florentinis apud Vlpianum, in l. qui teſtamento §. eum qui repetundarum. qui teſt. fac. poſſ. deeſſe negationem. Nam vera lectio eſt. *Eum qui repetundarum damnatus eſt ad teſtamentum adhiberi non poſſe, quoniam in judicio te-*

2 *ſtis eſſe vetatur.* Et † vt in Vlpiani reſponſo omiſſam negationem rectè addit Cujatius, ità alio loco apud Vlpianum, l. ſi ſervus plurium §. 1. de legat. 1. redundantem negationem jure &

3 merito removet. Quamvis † enim ſententia lata contra heredem non agentem cauſſam, vel luſoriè agentem, non obſit legatarijs, ſi tamen per iniuriam fuerit pronunciatum, & hæres nō provocavit, iniuria ei facta nocebit legatarijs: vt & Sabinus ſignificat, & ſequentia verba Vlpiani de ſententia pro ſubſtituto lata demonſtrant: Atque ex cōparatione & differentia, pignoris & legatorum à Papiniano propoſita in l. 3. de pignoribus & hypot. ita manifeſtū eſt, vt merito & ex juſta cauſa Cuiacius Vlpiani reſponſo negationem detrahat. Sed † in alio Vlpiani reſponſo l. itē ſi cum exceptione 14. §. quod ſi homo verſ. ſed etſi. de eo quod met cauſ. an negationem rectè auferat in diſquiſitionem vocatur. In omnibus enim libris hactenus excuſis ità legitur: *Sed etſi nō culpa ejus cū quo agetur abierit,* ſeu vt alij libri: *Sed etſi non culpa ab eo quo cum agitur, aberit.* Ipſe verò Cuiacius abſque negatione (quam manifeſto abundare contendit) Vlpiani verba per affirmationem ità refert: *Sed etſi culpa ab eo quo cum agitur aberit.* Relatione facta ad ſpeciem ſuperiori loco ab Vlpiano relatā, in qua homo ſine dolo malo, & culpa ejus qui vim intulit & condemnatus eſt, intra tempora judicati actionis moritur. Scribit enim † omni 5

modo, & rem & ęſtimationem & pœnam præſtari ab eo qui metum intulit, ſi res poſt condemnationem & poſt tēpora judicati actionis perierit: nulla diſtinctione facta, an metu non adhibito res peritura vel non peritura fuiſſet: quia is qui metum intulit ſemper in mora eſt. Exemplo ejus qui ex cauſſa furti, vel vi bonorum raptorum tenetur. l. 1. §. illud. ff. de vi. & vi armata. Sed quoties intra tēpora judicati actionis

nis res interit, diſtinctione vtendum Cuiatius putat: Nam ſi res æquè fuerit peritura metu non illato, rei præſtationem remitti quidem, ſed à pœna tripli liberationem non contingere exiſtimat. Si verò peritura res non fuerit metu non illato, fortè quia dominus eã diſtraxiſſet, & pretium lucratus eſſet, is qui metum intulit à rei præſtatione nõ liberatur, vti etiam Bartholus cenſuit. in d. §. quod ſi homo. Vidiſtis (inquiẽs) quod re perempta poſt ſententiam intra tempus quod datur judicatis, reus non tenetur. quod eſt verum ſi eſſet res peritura eodem modo penes dominum. Sed ſi non eſſet eodem modo peritura penes dominum, tunc reus re perempta non liberatur. Ad cujus diſtinctionis comprobationem Cujatius loco citato. inducit verba Vlpiani, negatione detracta hoc modo. *Set etſi culpa ab eo quo cum agitur aberit, ſi tamẽ peritura res non fuit, ſi metum non adhibuiſſet, tenebitur reus.* Quæ conſideratio
6 mihi diſplicet: Nam † quamuis aliquãdo etiam bonæ fidei poſſeſſor non ſimpliciter abſoluteque liberetur à pręſtatione æſtimationis, ſi actor probare poſſit quod res reſtituta tempore accepti judicij ſibi non perijſſet, l. cum res legata §. vlt. de leg. 1. ſi tamen intra tempora judicatis præſtituta res pereat, abſolutè condemnatus à rei ſeu æſtimationis præſtatione liberatur. vt rectè animadvertit Eguinarius Baro, nulla diſtinctione habita, an res peritura fuerit nec nè. Propter ſpecialem æquitatẽ, quià tripli pœna propter facinus ſatiſfacere cogitur, quæ priorem moram ex delicto contractã removet. Ità vt morę ratio haberi non poſſit, poſteaquã judicatum eſt, & intra tempora judicatis præſtituta res perijt. Et ratio juris refragatur, non ſolum diſtinctioni Cujacij an res peritura fuerit nec nè, metu non adhibito, verumetiam relationi dicti verſiculi, ſed & ſi, ad ſuperiorem ſpeciem, de tempore judicatis indulto. & potiſſimum mutationi orationis negativæ in affirmativam: *Sed etſi culpa.* Ea enim ex diametro repugnat Vlpiani ſententiæ & ipſius Cuiatij intentioni. Nam ſi (vt ipſe ſubijcit) in culpa ſit reus, hoc ſolo rei præſtationi ſatis ſubijcitur, neque id inſuper exigendum eſt, vt res peritura non fuerit apud dominum. Quod tamen ab Vlpiano exigitur, in d. verſ. ſed etſi. vt in ſpecie de qua agitur reus teneatur de interitu. Quod neceſſarium non eſſet concurrente rei culpâ, quæ omni modo & indiſtinctè illum præſtationi ęſtimationis ſeu pretij ſubijcit. Veriſſimum † itaque eſt 7
negativam lectionem deſiderari, vt Vlpiani diſtinctio in verbis, *Si tamen peritura res non fuerit*, ſuſtineatur. Sed diverſarum ſpecierum commixtio, & ſcripturæ varietas, legendique diverſitas dubitationem movet, ad quam ſpeciem diſtinctio illa ab Vlpiano in d. verſ. ſed etſi. propoſita, applicari debeat: hoc eſt an ad interitum poſt condẽnationem contingentem referri debeat, ſiuè intra tempora judicati, ſiue poſteà: an verò ad mortalitatem ſeu caſum qui ante ſententiam contingit. Et quamquam Bartolus & alij quos ſequitur Cuiacius verba Vlpiani: *ſed & ſi. &c.* ſuperiori ſpeciei, & ad tempora judicatis indulta applicare conentur:

Digitized by Google

diverſitas tamen materiarum, atque ea quę in medio ſunt, conjunctionem capitum adeo longo intervallo diſtantiũ
8 impedire videntur. Atq; vt † meum proferam judicium, exiſtimo ſecundũ impreſſionem Guilielmi Merlijn anno 62. verba Vlpiani hoc modo legenda: *Sed & ſi non culpa ab eo quocum agitur aberit.* & coniungi debere clauſulæ proximè præcedenti: *Ergo & ſi in fuga ſit ſervus.* Nam cum prius definijſſet Vlpianus, cavendum per judicem vt poſſeſſor ſervum, qui ſine dolo malo & culpa ejus in fuga eſt proſequatur, & reddat ſeu reſtituat, elegantem limitationem ſubijcit: *Si tamen peritura res non fuit, ſi metum non adhibuiſſet, teneri reum ad reſtitutionem rei, cautione non ſufficiente.* Quid enim aliud præ ſe ferunt verba illa? *Sed & ſi non ab eo quocũ agitur aberit, ſi tamen &c.* quam vt denotent cautionem quidem admitti de perſequendo ſervo qui in fuga eſt, generaliter & quandò non conſtat fugæ aut periculi caſum à domino præcaueri potuiſſe, qui fortè ſtatim ſervum diſtraxiſſet: ſi tamen probetur quod non illato metu per ſervi fugam damnum aut periculũ domino illatum non fuiſſet, iniquum eſt beneficio cautionis indulgeri ei qui metum intulit, vt reſtitutionem illati damni, de quo apparet differat. Sicut in interdicto vndè vi, vel quod vi aut clam, & in alijs quibuſdam ſpeciebus obſervatur. In quibus quoties actor probat quod res nõ ablata, vel tempeſtivè reſtituta ſibi non perijſſet, expedita eſt reſtitutio, & rei peremptæ ſeu deterioratæ redintegratio. d. l. cum res. §. ſi chaſmate. & l. item ſi verberatum. §. fin. ff. de rei vind. Et hoc modo Vlpiani locus acceptus manifeſtus eſt, & rectè præcedentibus per extenſionem & deciſionem caſus magis ſpecialis & dub[illegible]bilis, cohæret atque ſubijcitur. Et de ſervo in fuga ſine culpa poſſeſſoris Vlpianum agere, connexio ſententiæ atque verborum: *Sed etſi non culpa ab eo quocum agitur aberit*, &c. coarguit. Et confirmat participium *peritura*. Cujus † ſignificatio 9
non coarctatur ad mortalitatem, & totius rei peremptionem, ſed porrigitur ad quamlibet rei deteriorationem & periculum. adeò vt ſciſſum, & vi ruptũ & id quo rei alicuiꝰ vſus nobis quocũque modo aufertur, contineat, l. Marcellus. de verb. ſignif. Qua ratione nũmi perijſſe videntur, non ſolum qui in flumen, vel in mare ceciderunt, verum etiã qui ad alium aliquem dominum pervenerunt. l. ſi ſervus ſervum. §. ſi quis de manu ad l. Aquil. Et ſervus qui in fuga eſt non inconueniẽter domino perijſſe dicitur, qui operis illius caret, & ignorat vbi ſervus qui in fuga eſt latitat. Id quod etiam Guilielmus Fornerius animaduertit. in l. Marcellꝰ. de verbo ſignif.

SVMMARIA.

1. *L. ſi te bonis C. de iur. deliberand. emendata. & explicata.*
2. *Arcere pro prohibere ſeu pellere vſurpatum.*

CAPVT

1 IN reſcripto† Diocletiani, & Maximiani in l. ſi te bonis C. de jur delib. depravata eſt lectio in verbis: *arcere de exactione creditorum.* neque emendatio inducitur ex marginali additione, quę pro *arcere de*, reponit, *arcere te:* Neutrum enim aut Imperatorū ſententia, aut latini ſermonis integritas patitur. Ideoq; rejectis particulis *de* & *te*, ſcribere oportet *arcere exactionem creditorum.* vt reſcripti illius tenor hujuſmodi conſtituatur. *Si te bonis paternis maior quinq; & viginti annis immiſcuiſti, neq; inopia patris te excuſat, neq; vis fratris portionem tuam vel teſtamentum eripientis, arcere exactionem creditorum, qui jure civili pro hæreditaria portione te conveniunt poteſt.* Quæ ſuavem, & elegantem habent cohęrentiam, & deciſionem verè juridicam. Nam cùm 2 lex duodecim tab. hæredes oneribꝰ hæreditarijs evidenter ſubijciat, l. vlt. C. de hæreditarijs actionibus. rectè Imperatores reſcribunt, in d. l. ſi te bonis. eum qui hæreditati ſe immiſcuit, neq; per inopiam defuncti excuſari, neq; per vim à tertio illatā arcere poſſe exactionem creditorum, à quibus jure Civili pro hæreditaria portione convenitur. Et †pereleganter dicitur *arcere exactionem.* Id eſt prohibere ſeu pellere. Quæ 3 propria eſt ſignificatio dictionis arcere vt author eſt Sextus Pompeꝰ. & Cicero de legibus confirmat. *Brutus illum non vt conſulem recepit ſed vt hoſtem arcuit.* Et rurſus. *omnes te illis ſedibus arcebunt.*

SVMMARIA.

L. Titio §. Titius ff. ad municipalem emendata & ſingulariter explicata.

CAPVT DECIMVM-QVINTVM.

1 IN Modeſtini reſponſo in l. Titio §. Titius ff. ad municip. maxima eſt legendi varietas, & interpretandi obſcuritas. In cujus explicatione, & vt vera lectio oſtendatur, atque genuina I C. ſententia aperiatur, ad ſequentem facti ſpeciem convenit attendere. Titius ex ordine Decurionum eligitur, pręficiturque officio ſeu muneri tractandę adminiſtrandæq; publicæ pecuniæ, & ſuſcepta adminiſtratione, pro publica pecunia quam crediderat, pignus accipit, adjecto pacto, vt pignus abſque vlla repromiſſione diſtrahatur, id eſt vt vēdatur ſine ſpōſione aut ſtipulatione de ſupplēdo eo, quod vendito pignore ad debiti ſolutionem deërit. nec è contrario de reſtituēdo eo quod debito ſoluto ſupererit, vel de evictione aut modo fundi oppignorati à debitore pręſtādo, & ſimilibus, de quibus in conſtitutione vel diſtractione pignoris repromitti, ſeu caveri ſolet. l. ſi convenit. & l. ſi convenerit. de pignoratitia actione l. quæſitū. de diſtract. pig. Salicet. in l. pignorū C. de diſtrac. pignor. Depoſito officio finitaq; adminiſtratione Titij, ſequentes gradꝰ id eſt qui juxta albi or-

Digitized by Google

dinem gradatim ſuccedunt, l. vt gradatim. de muneribus & honoribus. loco & in officio Titij, approbant nomē & pignus à Titio contractum, ejuſq; periculum in ſe ſuſcipiunt vſquead Meviū, cujus approbatio eſt noviſſima. Deindè Magiſtratus municipij vt Reipublicæ ſatisfiat, vendunt pignus ad certum menſuræ modum: deprehenſo minore fundi modo, jubentur reſtituere hoc quod amplius propter demonſtrationem majoris modi quam invenitur, conſecuti ſunt, eoque deducto ſeu reſtituto id quod ſupereſt non aſcendit ad debiti cumulum. quæritur, quis eo nomine Reipublicæ teneri debeat? Et reſpondet Modeſtinus, Titium (cujus ſucceſſores in officio periculum nominis agnoverunt) eo nomine non eſſe obſtrictum: Nec etiā Magiſtratus, qui poſtea vendidiſſe proponuntur, & hoc (quo pignus pluris diſtractū fuit propter demonſtrationem majoris modi) reſtituerunt. Et proindè Mevium qui noviſſimus approbauit teneri ad indēnitatem Reipub. propter manifeſtam negligentiam in approbatione pignoris, & ſuſceptione periculi abſque vlla repromiſſione. Ex quibus ſequitur rectè apud Modeſtinum in principio legi: *ſine vlla repromiſſione*. & labi Accurſium & alios, qui dictionem *repromiſſione* vertere conantur in vocem *promiſſione, remiſſione aut demonſtratione*. Id eſt vt Accurſius ait, & Bartolus ſequi videtur, in d. §. Titius. *denunciatione*. De qua paciſci ſupervacuū erat, cum creditor per facultatem pignoris vendendi à neceſſitate denunciandi ipſo jure liberetur, d. l. ſi convenit. & Salic. in d. l. creditor. Et verba illa: *ſine vlla repromiſſione* ſententiæ atque intentioni I C. ſuperius relatæ, convenientiſſimè applicentur. Deindè ſequitur ex prædictis non rectè à Iacobo Cuiatio obſervat. l. 7. cap. 12. pro *ſequentes gradus* reponi. *ſequentes Magiſtratus*. Nam Modeſtinus nō agit de ipſis Magiſtratibus Municipij, qui curijs præſunt, jus dicunt, & Rempublicam curant, quos Ariſtoteles. lib. 4. Politicon. ἀρχάς vocat. Sed de ijs qui ex Decurionū numero gradatim Titio ſucceſſerunt, d. l. vt gradatim in princ. de muneribus & honoribus. in admiſtranda pecunia publica. Et propriè non Magiſtratus, ſed Curatores & præpoſiti vocantur, & ſuſtinēt functiones ſeu curationes munerum particularium, quæ admodum multa ſunt, & ab Arcadio Chariſio quaſi per ſiluā tractantur. l. vlt. de muneribus. & honoribus. Rectè autē monet Cuiacius, in ſequentibus legendum pro *magiſtratu vendentibus*, *magiſtratibus vendentibus*. Denique annotanda eſt diverſitas atque differentia inter editiones Florentini libri, & aliorū Codicum. Nam communes editiones habent: *Ex venditione propter remiſſionem factam, de modo fundi demonſtrato debitum ſatisfactum non fuiſſe*. Florentiæ verò legitur non *remiſſionem* ſed *repromiſſionem*, quæ invicem adverſantur. Remiſſio enim tendit ad privationem, repromiſſio inducit & conſervat habitū rei poſitæ. Quod magis convenit ſententiæ Modeſtini, qui non loquitur de remiſſione ſeu diminutione, ſed de repromiſſione modi ſeu menſuræ fundi in actu venditionis expreſſā; Ex qua 3

poſteà

Digitized by Google

poſtea minore fundi modo deprehenſo, Magiſtratus qui vendiderunt, vt repromiſſores conveniuntur; & qua parte propter demonſtrationem minoris modi fundus pluris eſt venditus, hoc reſtituere coguntur: Eoque deducto ſeu reſtituto, quod reliquum eſt nō ſufficit ad debiti ſolutionem. Ideoque Mevius qui noviſſimus nomen approbavit, nec ſibi de fundi modo & pignoris ſufficientia per cautionem vel alio modo proſpexit, Reipublicæ tenetur ad indemnitatem, per redditionem rationum & reſtitutionem reliquorum, de omnibus quæ geſſit aut gerere neglexit. arg. l. 3. & l. neminem. & ibi Platearius & alij C. de ſuſceptoribus præpoſitis, lib. 10. Per quæ incōſtans Accurſij & aliorum variatio, & multiplex diſceptatio removetur & tollitur, atque vera Modeſtini lectio & interpretatio ex tenebris controverſiarum eruitur.

SVMMARIA.

1. *L. ſi ex pretio C. ſi cert. pet. novè declarata. &* 2. 3. 7.
2. *Falſa mutui adiectio novationem per ſtipulationem contractam non impedit, ſi modo ſubſtantia obligationis ſubſit. &* 4.
5. *Secus ſi nudum pactum tantummodo interceſſerit.*
6. *Ex pacto nudo nec vſuras peti poſſe nec priorem obligationem quam novare contrahentes conabantur ſuſpendi, reiecta Molinei ſententia.*
8. *Beneficium brevis manus in mutuo non induci niſi poſſibilitas numerationis adſit.*
9. *L. ſingularia ff. ſi cert. pet. Et L. qui negotia ff. mandati. interpretata & invicem conciliata &* nu. 10. 11. 12.

CAPVT DECIMVM-SEXTVM.

COmmunis omniū interpp. ſententia eſt, quam noviſſimè etiā ſequitur, & novè declarare inſtituit Carolus Molineus, in Conſtitutione imperatorùm Diocletiani & Maximiani in l. ſi ex pretio C. ſi cert. petatur, agi de converſione debiti ex alia cauſſa in cauſam mutui. Vndè occaſione arrepta, multis altercationibus interpp. hic tradunt modos quibus debitum ex alio actu converti poſſit in mutuum. Sed omnibus ad amuſſim expenſis, longè alium ſcopum habet cōſtitutio, quam vulgò exiſtiment: Novatio enim ſtipulatioque adhibetur, nō vt pretij quantitas ex empto debita cōvertatur in mutuum, ſed vt pretij quātitas novatione facta, debeatur ex ſtipulatione ſub vſuris. Sic vt debitum ex empto ſeu vendito convertatur in ſtipulationem, quam converſionem contrahentes tentarunt exequi, falſa demonſtratione mutuæ pecuniæ, per errorem fortè vel ſimulationem. Adeo vt mutui adjectio non pertineat ad coadjuvandam, ſed ad impediendam no-

Digitized by Google

vationem & converſionem, nec non ad excitandam dubitationem, quæ inde profluebat, quod mutui demonſtratio falſa inveniebatur: Nam inde videbatur corruere totum quod agebatur: cum erronea, & ſimulata de jure ſiut irrita. tot. tit. de juris & facti ign. & tot. tit. plus valere quod agitur quam
2 quod ſimulatè cõcipitur. Et † certe nõ niſi ſpeciali ratione adverſus errorem & ſimulationem novatio ſtipulatioq;, in hac conſtit. pręſervata fuit, nè vitiaretur: quia videlicet non deficiebat obligationis ſubſtantia, cùm quantitas in ſtipulationẽ deducta ex vendito verè deberetur, ità quod juſta obligationis cauſſa pręceſſerit, quę quocunq; modo explicata, ſufficiens fuit ad ſuſtinendam novationem & ſtipulationem, cũ falſa demonſtratio aut error nominis non vitiet, quando res ſubeſt aut juſta
3 cauſſa præcedit. Nec † eſt prætermittendum mutuæ pecuniæ adjectionem in d. l, ſi ex pretio talibus verbis conceptam eſſe, quæ ſignificent debitum tanquam ex antecedenti mutuo nova-
4 ri, & transferri in ſtipulationem, & nõ è contrario debitum ex alia cauſſa cõverti in mutuum. Denique † tam potens dubitandi ratio in hac conſtitutione excitata fuit, propter mutui demonſtrationem erranter vel ſimulatè oppoſitam, vt Imperatores mutationẽ prioris contractus in aliam obligationẽ ità demum admiſerint, ſi expreſsè novatio per ſtipulationem facta fuerit: nã eam ſolam efficacem eſſe voluerunt, etiam pro vſuris in ſtipulationem deductis, pro rata quantitatis novatæ, licet falſa mutuæ pecuniæ demonſtratio præceſſerit. Diverſum † verò con- 5
ſtitum eſt ſi non intervenit ſtipulatio nec novatio, ſed citra vinculum ſtipulationis tantum pecuniam mutuam datam conſcriptum eſt, & ejus fœnus præſtare convenit nudo pacto. Nam hoc caſu ſimulatis pro infectis habitis nihil priori obligationi detrahitur, nec valet pactum, quià ſimulatum, & præterea nudum eſt, ideoque ſine adminiculo veræ vel fictæ numerationis ad inducendam obligationem ex mutuo, aut ad convertendum debitum ex vna cauſſa in aliam, eſt ineffi-
cax. Vndè † infertur primo ex pa- 6
cto hujuſmodi vſuras conventas peti non poſſe, licet peti poſſint ex priore actione. Secundò infertur non obſtante hoc pacto quod prorſus eſt inutile, promptè exigi poſſe ſortem, ſecundum limites prioris contractus, non expectata congrua dilatione quæ mutuo ineſſe ſolet. l. in commodato § cum autem. ff. commodati. Quibus eſt conſequens non benè ſentire Carolum Molineum virum alioqui de jure praxique optimè meritum, dum ſcribit, quod licet nudum illud pactum non valeat quantum ad vſuras, valere tamen quantum ad dilationem principalis obligationis, veluti converſam in mutuum; Quia totum negotium ſimulatum eſt, vt ipſi Imperatores teſtantur, ideoque priori obligationi nihil detrahitur, l. ſi ex pretio 6. C. ſi certũ petatur. quod coartari non poteſt ſecundum Molinei ſententiam ad pactum vſurarum, quod extrinſecus incidit, & directo reſpicit priorem obligationem, eamque in priſtina ſua natura con-

Digitized by Google

conſervat inviolabilem, ſimulatis pro
7 infectis habitis. Erroris † verò cauſam Molineus arripuiſſe videtur, ex eo quod credidit hic agi de converſione alterius debiti in mutuum, volueritque competere condictionem ex mutuo non mero ſed improprio ex benignitate legis inducto, iuxta l. ſingularia ff. eo. quod à veritate recedit, vt apertis verbis textus oſtenditur, hic in d. l. ſi ex pretio. in quo non agitur de debito ex alia cauſſa in mutuum verè convertendo, ſed ſimulatè ſeu erranter mutuę pecuniæ demonſtratione facta, intendunt contrahentes pretium ex vendito debitum in ſtipulationem vel pactum vſurarum convertere. Vnde nec verum, nec fictum, nec improprium mutuum inducitur. Primo, quià hoc non agitur. Secundo quia verum mutuũ non eſt, niſi interveniat numeratio, vel præſentia pecuniæ. fictum verò vel improprium neque ex ſola ſtipulatione, neque ex ſimplici conventione inducitur, ſed requiritur adminiculũ numerationis ſaltem fictæ, vel interpretatę. d. l. ſingularia l. qui negotiũ ff. man-
8 dati. Vndè † & illud ſequitur non rectè ſentire Molineũ loco citato. dum reprahendendo ſententiam interpretũ, requirentium ad mutuum impropriũ, quod ex brevi manu inducitur, pecuniam ſolutioni paratam, exiſtimat rerum omnium fungibiliũ debita, pacto ſeu conſenſu, incontinenti vel ex intervallo adhibito, in mutuum poſſe converti, idque indiſtinctè & generaliter. Nam quamuis pecuniam ſolutioni paratam eſſe, aut numerationem fieri non requiratur præciſè vt contrahatur mutuum non merum; requiritur tamen vltra pactionem ſeu conſenſum convertendi debiti ex alia cauſſa in mutuum, poſſibilitas numerationis, quodque idonea ſint extrema ad fictionem brevis manus, per quam fingitur pecunia ex alio contractu mihi debita, à te vel alio debitore meo mihi data, & rurſus à me ad te profecta ex cauſſa mutui. d. l. ſingularia in princ. Etenim hæc fictio quæ eſt neceſſaria ad contrahendum mutuum (cùm æquipolleat veritati & naturam imitetur) conſiſtere non poteſt, non data poſſibilitate numerationis, & rebus in eo ſtatu conſtitutis vt non poſſit inter contrahentes tunc cum ex brevi manu mutuum inducitur, numeratio intervenire. Ex † 9
quibus colligitur non eſſe veram conciliationem qua Molineus prima facie pugnantia reſponſa Vlpiani in d. l. ſingularia. & Africani in d. l. qui negotia ff. mandati. novè componi, & explicari poſſe arbitratus eſt, dum putat Vlpianum aſſerentem mutuum contrahi, ſi placeat vt pecuniam ex mandato debitam alter ex mutuo retineat, loqui de mutuo non vero & mero, ſed improprio, & eo quod ex legis fictione inducitur per pactionem. Africanũ vero, qui in eadem ferè ſpecie negat eſſe mutuum, loqui de vero & mero mutuo, quaſi I C. re ipſa conſentiant, & non niſi in diverſa mutui acceptione varient: & ipſe Africanus in ſua ſpecie non neget, ſed præſupporat mutuum improprium permixtum cum mandato, cujus maior ratio habetur. Infirmitas † autem 10

Digitized by Google

hujus conciliationis primò indè detegitur, quod differentia illa meri & proprij mutui, à non mero ſeu improprio, tantum verba & diverſam rationem cotrahendi mutui, non etiam res ipſas aut rerum effectum, & executionem reſpiciat; cum ex omni mutuo qualitercumque contracto eadem actio, idemque ſequatur effectus. Deni-
11 que † ſi quis locum Africani rectè excutiat, plane animaduertet in eo removeri omnem ſpeciem mutui, & ex epiſtola procuratoris in Provincia ad dominum miſſa, neque verum, neque merum, neque non merum & improprium mutuum conſtitui, & conſequenter ceſſare omnem effectum & actionem quæ ſolet oriri ex mutuo, ſolumque actionem mandati, & pro ſorte, & pro vſuris competere. Quod qua ratione ita conſtitutum ſit, variæ ſunt interpp. ſententiæ ac divinationes, ex quibus novem vel decem ordine recitantur à Petro Lorioto. in d. l. Singularia. Veriſſimum autem videtur ideò mutuum in ſpecie Africani non contrahi, quia extrema non ſunt idonea, ad inducendum beneficium brevis manus, & fictionem numerationis, ob id quod agatur inter abſentes, per epiſtolam tantum, de pecunia in Provincia apud procuratorem remanente; quam propter locorum intercapedinem impoſſibile eſt verè numerari à procuratore domino, & rurſus à domino procuratori reſtitui, tunc cum epiſtola mittitur; ideoque ceſſat fictio numerationis, & beneficium brevis manus. l. qui decem §. idem reſponſum ff. de ſolutionibus, quod in caſu impoſſibili ſecundum rerum naturam non poteſt procedere: ità quod res maneat in terminis nudæ pactionis, ex qua vt notanter ſcribit Africanus, & res ipſa oſtendit, nullum initiũ induci poteſt. Quæ omnia aliter ſeſe habent apud Vlpianum: in cujus reſponſo contrahitur mutuum, non ex ſola pactione, ſed ex benignitate juris, beneficio brevis manus, & fictione numerationis, ad quam inducendã omnia media & extrema apud Vlpianum ſunt idonea, & habilia. Quæ eſt vera IC. conciliatio & interpretatio. d. l. ſingularia. & d. l. qui negotium. Ex † qua 12
etiam convellitur ſuperior illa aſſertio, de cõmixtione mutui & mandati apud Africanum: qui ſimplex mandatum tãtum conſtituit, ex quo enaſcitur mandati actio, tam pro ſorte quam pro vſuris; vſurarumque obligatio ex pactione inducitur, quià adjecta invenitur contractui bonæ fidei, ab initio per epiſtolam celebrato, cũ hujuſmodi conventione de præſtandis vſuris, l. ab initio de pact. inter emp. & vendi. Et hac ratione Petrus Faber Præſes Toloſanus Digniſſ. in elegantiſſimis Commentarijs ſuis ad Regulas juris antiqui, rectè obſervavit apud Vlpianum in l. quod contra rationem de Regulis juris. ſingulari jure receptum eſſe, vt ſi à debitore meo juſſero te accipere pecuniam credita fiat. Et quamuis meos nummos non acceperis ex mutuo tamen obligeris. quæ benignitas & juris ſingularis ratio apud Africanum ceſſat d. l. qui negotia. vti etiam alio loco demonſtrabimus.

SVMMARIA.

1. *Furioſos etiam olim in agnatorum gentiliumque tutela fuiſſe. & 18.*
2. *Furoris definitio, & quid ab inſania diſcrepet.*
3. *Sophocles à filijs vt furioſus in judicium vocatus.*
4. *Furioſorum varia genera.*
5. *Furioſus tempore intervalli omnia rectè agit, ſinè curatore, qui eo tempore nomine tantum curator manet.*
6. *Continuum etiam id eſt quod aliquando quieſcit. & nu 7 8 9. 10.*
11. *Contractus à furioſo celebratus in dubio tempore furoris initus præſumitur.*
12. *Furioſus abſenti comparatur, nec delictum tempore furoris ab ipſo factum coërcebitur. & 16.*
13. *Furioſus quomodo probetur.*
14. *L. Diuus Marcus ff. de off. Præſ. emendata & interpretata & 15 16.*
12. *In Maioratuum & feudorum ſucceſſionibus magna inter furioſos adhibenda diſtinctio.*
19. *Prodigis non minus quam furioſis curatorem dari.*
20. *Sola prodigalitas nemini bonorum ſuorum adminiſtrationem aufert.*
21. *Notorium & ſententia quomodo comparentur.*
22. *Interdictio bonorum quomodo fiat. Et quomodo cum prodigo interveniente curatore rectè contrahatur.*

CAPVT DECIMVM-SEPTIMVM.

1 CIcero † libro primo ad Herennium *lex eſt (inquit) ſi furioſus exiſtet, agnatorum gentiliumq́, in eo pecuniaq́, eius poteſtas eſto.* Nec dubiũ eſt eam fuiſſe legem xij tab. Nam & ipſe Cicero ſcribit. lib. 2. tuſcul. quæſt. legem xij tab. vetare furioſum rerũ ſuarum eſſe dominum: definitque furorem mentis ad omnia cæcitatẽ, & ma-
2 jus aliquid eſſe quam inſaniam, quæ licet ſanitate, & integritate mentis careat, mediocritatem tamen officiorum, & vitæ cõmunem cultũ tuetur. Ideoq; non eſſe in xij tab. ſcriptum, *ſi inſanus*, ſed, *ſi furioſus*. Notatq; † Franciſcus
2 Balduinus ad ll. xij. tab. cap. xxxix. ſimilẽ legẽ in Græcia fuiſſe. Nã vocatus fuit à ſuis filijs Sophocles in judicium, vt tanquam furioſus à re familiari removeretur, & acciperet curatorem, cũ propter ſtudium Tragœdiarum deſipere videretur, negligendo rem familiarem. quanquam abſolutus fuerit, cum carmen protuliſſet, quod minimè deſipientis eſſe apparebat. Furioſorum † 4
alij continua mentis alienatione, omni intellectu carent, l. divus Marcus ff. de off. Præſ. l. cum Prætor. §. natura. ff. de judicijs. l. humanitas de imp. & alijs ſubſtitut. quorum morbus perpetuus eſt, l. ſi cum dotem ff. ſolut. mat. alij intervallis quibuſdam ſenſu ſaniores ſunt, ita vt in illis aliquantiſper tantum ſapientia moriatur, vt ex Plinio refert Alciatus. parerg. lib. 2. cap. 6. ideoque furor ipſorum intervallum ſeũ intermiſſionem habere dicitur, d. §. ſi maritus, & l. qui teſta. §. nec furioſus. ff. de

Digitized by Google

teſt. Cajus lib. 2. inſt. tit. 2. l. cum alijs C. de cur. furioſi. Et ita furioſi inducias, & dilucida intervalla accipimus. Ob
5 † quod diſputabat antiquitas, vtrumnè in medijs furoris intervallis permaneret curatoris interventio, an cum furore quieſcente finiretur, & iterum morbo adveniente redintegraretur. Quam ambiguitatem decidens Iuſt. conſtituit curatoris creationem non finiri, & nihilominus per intervalla quæ perfectiſſima ſunt nihil curatorem agere, ſed ipſum poſſe furioſum dum ſapit, & hæreditatem adire, & omnia alia facere, quæ ſanis hominibus competunt: vt nomen quidem curatoris in omne tempus maneat; effectus autē & officij exercitatio, quotiens morbus redierit: nè crebra vel quaſi ludibrioſa fiat curatoris creatio, ac frequenter tā naſcatur quam deſinere videatur. l. fin. C. de cur. furioſi. cum multis incommodis quæ recitat Baldus. d. l. fin. aſſerens adminiſtrationem curatoris eſſe diſcōtinuam, quia tempore intervalli ipſe furioſus per ſe cōtrahit & adminiſtrat, d. l. fin. & Cardinalis. Sabarella cōs. 56. curationem verò continuam, vtpote quæ manet in habitu & potentia, licet exercitium plerumq; ceſſet. Quemad-
6 modum † officia Eccleſiaſtica ſemper continuantur, licet quandoq; juriſdictio, & exercitium quieſcat. Et febris
7 † continua dicitur humor qui putreſcit, & continuè in venis reſidet, licet non continuè ad alias corporis partes ſit extenſus, ſed interpolato tempore creſcente vel decreſcente ordine appa-
8 reat vel dignoſcatur. Qua ratione † ex Innocentio ſcribit Baldus. d. l. fin. quod licet interdictum relaxatum ſit ad tempus, tamen illo tempore finito nō erit novum interdictum, ſed veteris continuatio. Et licet † bannito ad temp⁹ detur ſecuritas, bannum nihilominus 9
continuabitur. Et † qui moritur ex vulnere recrudeſcente quod ſemel ſanatū fuit, mori cenſetur ex priore vulnere, & (vt Baldus ait) d. l. fin. ex radice prioris cauſæ. Quibus addi poſſunt multa inſignia ſimilia ex Antonio Bardo. in tractatu ſuo de tempore vtili & continuo. Illud † meminiſſe aportet quod 10
quamuis tempore intervalli furioſus poſſit rectè contrahere, & adminiſtrare abſq; curatore, in dubio tamen præſumetur actus potius factus tempore furoris quam intervalli: præſertim ſi agatur de furioſi præiudicio ex obligatione qua ipſeſe alteri obſtrinxit. adeò vt is qui allegat tempore intermiſſi furoris actum factum eſſe, onere probandi prægravetur. Cardinalis d. cons. 56. & Anchoranus C. 5. Furioſus † autē qui 11
continua mentis alienatione laborat, propter mentis alienationem ſimpliciter nihil velle aut ſcire intelligitur, nec conſentire videtur: Ideoque abſentib⁹, ignorantibuſq; comparatur. l ij. §. vlt. ff. de jure codicillorum. Nec contractū nec vltimam voluntatem facere poteſt l. furioſum. C. qui teſtam. facere poſſunt, latè Lodovicus de Molina de primogenijs Hiſpanorum lib. 2. ca. 9. nu. 27. cum ſequentibus. Et conſilio & opera curatoris ſemper defendi debet, non ſolum patrimonium ſed & corp⁹, & ſalus ejus, qui furorem vel dementiā non fingit. l. concilio. & l. obſervare. ff. de cura. furioſi. Et verè † furioſus pro- 12
batur, 13

Digitized by Google

batur, per actus ex quibus probabiliter amentia vel judicij defectus deprehendi poſſit. Nec † eſt incognitum furioſos 14 ſi non poſſint per neceſſarios contineri ex juſſu Præſidis carcere concludi l. Congruit. §. furioſis. de offic. Præſidis. & Ità Divus Marcus Scapulæ Fertyllo, ſeu vt liber Florent. habet Tertillo reſcripſit in hæc verba. l. Dinus Marcus de officio Præſidis. *Si tibi liquidò compertum eſt Elium Priſcũ in eo furore eſſe vt continua mentis alienatione, omni intellectu careat, nec ſubeſt vlla ſuſpicio matrem ab eo ſimulatione dementiæ occiſam, potes de modo pœnæ ipſius diſſimulare cum ſatis furore ipſo puniatur. Et tamen diligentius cuſtodiendus erit ac (ſi putabis) etiam vinculis coërcendus.* In quibus per conjunctionẽ leguntur *ac ſi putabis* pro quibus Græci libro ſexto Baſilicon, & Haloander legunt per ſeparativam particulam *aut ſi putabis*. Et quanquam vtrumque poſſit ſuſtineri, tamen ſeparativa particula magis convenire videtur, quia carceris incluſio ſeu vinculi coërctio opponi videtur obſervationi neceſſariorum, & cuſtodũ coërctioni, non ſolũ in reſcripto divi Marci, verũ etiam in ſuperiori reſcripto Vlpia. Sed † hoc 15 leue eſt. lõgè autẽ majore vitio laborãt Pand. Flo. in verbis ſequentib'. *Quoniam tã ad pœnã quã ad tutelã eius, & ſecuritatem propinquorum pertinebat.* Etenim vincula non ad pœnam ſed ad cuſtodiã adhibentur furioſo, qui (vt Reſcripto Divi Marci continetur) furore ipſo ſatis punitur. Adeò vt in conjunctione illa verborũ *tam, quam,* prima pars ſenſum negativum habere debeat, qui in Norico libro invenitur. hoc modo, *Quoniã non tam ad pœnam quam ad tutelam &c.* Sed in noſtro antiquiſſimo manuſcripto rectius habetur, *quod non tam ad pœnã quam ad tutelam &c.* Quo modo etiam Accurſium legiſſe conſtat. Et † nè pro- 16 tinus à Reſcripto Divi Marci abeamus, ſequens verſicul. ſi verò. Florẽt. ſine interpunctione ità legitur: *Si verò (vt plerumq; adſolet) intervallis quibuſdam ſenſu ſaniore, non fortè eo momento ſcelus admiſerit (nec morbo eius danda eſt venia) diligenter explorabis.* Quæ ex Norico libro ita reſtituenda ſunt: *Si verò (vt plerumq; adſolet) intervallis quibuſdam ſenſu ſanior eſt, num fortè eo momento ſcelus admiſerit, nec morbo eius danda ſit venia, diligenter explorabis.* Quæ vera germanaque eſt lectio cum eleganti ſententiã. Nam particula *nec* negationem ſignificat, perinde ac ſi dictum eſſet, ſi eo momento ſcelus admiſerit, morbo venia danda non eſt. Et eleganter dubitationis particula *num* id eſt nunquid, reſcripto adijcitur hoc modo, *num fortè eo momento &c.* ad denotandam dubitationem rei de qua Imp. jubet diligẽter explorari, vt ſi tempore intervalli ſcelus admiſſum deprehendatur, pœna locum habeat, ſi verò in ipſo furore, pœnæ modum diſſimulare conveniat, vt in eo furore qui ità ferox, ità pernicioſ' eſt, vt nulla ſanitatis mica remanſerit. l. ſi non dotem. §. ſin autem ff. ſolut matrimonio. In quo quis continua mentis alienatione laborat, & omni intellectu caret. Talis enim ſimpliciter nihil velle neq; ſcire intelligitur, nec conſentire videtur. Ideoq; abſentibus ignorantibuſque comparatur. Vide copioſè apud Petrum Royſium. 4. deciſ.

Digitized by Google

17 Litua.nu.319. cum ſequentibus. Et † proindè diligens diſtinctio adhibenda eſt in majoratuum,feudorum, & aliorum bonorum ſucceſſionibus, nec nō promiſcuis commercijs, inter naturalē & perpetuum, atque accidentalem furorem l.1.& ibi.DD. de bonorum poſſeſſione infan.vel furioſo delata. l. finali.§.tali.C.de curatore furio.l. furioſus. De acquir. hæreditate. cum multis alijs praxi accōmadatis per Lodovvicum de Molina de primeg. hiſpan. ca. 15.nu.31.cum ſequentibus. Et rurſus lib.2.cap.9.num.37 cum ſequentibus. Et Franciſcum Caldas in l. ſi curatorē habens.in verbis.cū non abſimiles C. de in integ. reſtitut. Furorem autē aut ſanam mentem quis probare debeat, habet Boërius. Deciſione 23. & ſeqq.

18 Et in † omnibus conſilio atque opera curatoris,non ſolum patrimonium,ſed & corp⁹,& ſalus ejus defendi debet, qui verè furioſus probatur per act⁹ ex quibus probabiliter amētia vel judicij defectus deprehendi poſſit. Neque ſolum

19 † furioſis Decemviri ſed & prodigis interdixerunt bonis, curatoremque dandum eſſe putarunt. Quod moribus initio introductum,ac l. 12. tab. cautum, & à Prætoribus ac Præſidibus obſervari ſolere notat Vlp.in l 1.ff.de Cur.fur. Idque ad imitationem Græcorū, quorum lege prodigi à foro concionibuſque arcebantur. Et quia (vt Iuſt. §. fin. Inſt.qui ſunt ſui juris vel alieni. ait) intereſt Reipublicæ nè quis re ſua malè vtatur. Ob quod rectè Vlpianus in d.l. 1.ita ſcribit; *Solere hodiè Prætores vel Præſides,ſi talem hominē invenerint, qui neq; tempus, neq; finem expenſarum habet,ſed bona ſua dilacerando ac diſſipando profundit,curatorem ei dare exemplo furioſi.* Everſorem appellat Caius lib. 1. Inſt. Tit. de Tutelis: qui in libris noſtris hoc circuitu deſignatur, is cui bonis interdictum eſt.l.is cui bonis. ff. de verb.ob.l.3.de Donationibus. Nā prodigis per Prætorem vrbanum bonis interdicebatur, Paulus lib.3. Sententiarū ca. 5. & lib.8. cap.6. Antè † quam quidem interdictionem, bonorum admi- 20
niſtratio non amittitur. Prodigalitas enim non adimit jus commercij ſeu contractus & adminiſtrationis. d. l. Is cui bonis. cum vnicuique liceat bonis ſuis abuti,l. ſed etſi. §.conſuluit. ff. de petit.hæred.& vnicā donatione omnia ſua bona præſentia donare.l.2. §. ſi totas. C. de inoff. don. Decius Con. 30. Sed vt prodigo adimatur jus contract⁹, & curatorem accipiat, neceſſaria eſt interdictio judicis & interdictionis proclamatio ſeu publicatio, vt habet communis opinio.in d.l.is cui bonis, & ibi Caſtr. Aret.& Franciſ. à ripa nu. 38. etiam ſi prodigalitas ſit notoria. Etenim † licet notorium, & ſententia in 21
pleriſq; articulis, potiſſimum cum de rei veritate detegenda agitur, comparentur.l.Emptorem in p.ff.de ac. emp. in hoc tamen aliiſque ſimilibus,vbi de facto ipſo non quæritur, ſed lex judicis interventum, & Decretum ac Decreti executionem requirit, parem vim nō habent: ſed adjuvandum eſt notoriū ſententia,declaratione & publicatione ejuſdem: Alexander,& Zaſius in d. l. cui bonis. Aufrerius deciſ. Toloſana. 362.ipſumque notorium comparatur ſententiæ quantum ad declarandum, non

Digitized by Google

non quantum ad interdicendum ſeu prohibendum, vt Baldus ait. d. l. 1. de Cur. fur. ipſaque interdictio operatur in prodigo, quod furor in furioſo. Et interdictio ipſi qui aſſeritur prodigus eſt facienda, l. Iulianus ff. de Cur. fur. Nec ex edicto, nè quis cũ aliquo prodigo contrahat, cenſetur prodigo facta interdictio, Ioannes Gratus Cons. 5. nu. 5. niſi cum eo cuius nota eſt prodigalitas contractum fuerit, ad vſum ſeu cauſam improbatam. l. ſi quis cum ſci-
22 ret ff. pro emp. Formulam † autem & modum quo prodigis bonis interdici ſolet, recenſet Franciſcus Balduinus d. c. 39. ad ll. xij. tab. Et qua ratione hodiè interdicatur alicui bonis, docet Damhouderius in patrocinio pupill. tomo 4. Et quomodò prodigus cui bonis interdictum eſt cum curatoris authoritate contrahere aut diſponere poſſit, ad ſimilitudinem pupilli curatorem habentis, tractant DD. in d. l. is cui bonis, & in l. ſi Curatorem. C. de in integr. reſtit. Et Lodovicus de Molina de primogenijs Hiſpa. lib. 2. cap. 9. nu. 23. cum ſeqq.

SVMMARIA.

1. *L. 5. §. ſi id quod ff. de his qui deiec. vel effuderunt rectè à Cuiatio reſtituta.*
2. *Sufficere verbi ſignificatio.*
3. *Actio de deiectis & effuſis in dominum ædium non in deiectorem competit.*
4. *Differentia directæ & vtilis actionis reprobata.*
5. *Vtilis actio ex hoc edicto quomodo competat.*
6. *L. ſi vero §. cum autem. de his qui deiec. vel eff. emendata.*
7. *L. 5. §. ſupra eum locum d. t. lectio & interpretatio. & 8.*
9. *Securitatem viarum Principem præſtare debere.*

CAPVT DECIMVM-OCTAVVM.

INter multas & præclaras emendationes quibus Iacobus Cujacius ius Civile fœliciter, & ingenioſè illuſtravit, celebritatem habet, & ad genuinum ll. ſenſum aperiendum pertinet, præpoſterationis animaduerſio, & re-
1. dintegratio verborum, quæ † apud Vlp. inverſa tranſpoſitaque corruptè legebantur, in l. 5. §. ſi id quod. ff. de his qui deiecerunt, vel effuderunt. hoc modo: *In eum competit actio qui poſuit, non in eum qui habitavit, quaſi hæc actio non ſufficiat.* quæ neque rectè conjunguntur, neque edicti ſententiæ conveniunt, neque legitimũ ſenſum habent: quem ex commutata orationis formula, & tranſpoſitis verbis accipiunt, ſi cũ Cujacio obſervationum lib. 22. ca. 32. ita legamus: *In eum competit actio qui habitavit, non in eum qui poſuit, quaſi hæc*

Digitized by Google

actio non ſufficiat. vel vt nobis aliquando viſum fuit: *in eum competit actio qui habitavit, quaſi in eum qui poſuit hæc actio non ſufficiat*. Id eſt, ſatis eſſe non poſſit ad conſtringendum eum qui poſuit.
2 Quomodo † dictio illa ſufficere accipitur apud Ciceronem in Saluſtium: *Poſteaquam* inquit *immenſæ gulæ impudiciſſimi corporis quæſtus ſufficere non potuit*. Et rurſus in Antonium. *Quamquā nec Scriba ſufficere nec tabula nomina illorum capere*. Item apud Statium.

Vade Puer tantiſq; innixus ſuffice bonis.

Et apud Virgilium. 2 Æneidos.

——— *Nec ſufficit vmbo Ictibus.* ———

Et rurſus v. Æneidos.

Nec nos obniti contra, nec tendere tantum Sufficimus. ———

3 Cur † autem actio ex edicto hoc adverſus eum qui poſuit non ſufficiat, pulchra ratione comprobat Vlpianus in d. §. ſi id quod. ita ſubyciens. *Quia poſitum habuiſſe vtiq; non videtur qui poſuit, niſi vel dominus fuit ædium, vel inhabitator.* Quoniam principalis edicti verba adverſus habitatorem concepta ſunt, qui ſuam ſuorumque culpā præſtare debet, ſive in ſuo ſive in conducto, vel gratuitò habitet l. 1. in fi l. hoc edictum illo tit. quia curare ac proſpicere debet, ne qua tranſeuntibus ex ſua domo noceatur. Et quamuis poſterior edicti pars latius patere videatur, vt videlicet actio competat, ſive dominus aut inquilinus habitet, ſive non: Non tamen egreditur perſonas domini, inquilini, vel alterius, ad quem principalis domus adminiſtratio ſeu diſpoſitio pertinet, d. l. 5. §. ait Prætor. cui imputatur quod malos, & negligentes homines in ædibus ſuis admiſerit. Vndè
† intelligitur, vanam eſſe multiplicem 4
diſputationem & diſtinctionē interpp. in d. §. ſi id quod. de directa & vtili actione, & an is qui poſuit ea teneatur: nam Vlpianus generaliter reſpondit, hanc actionem ad eum qui poſuit ſeu dejecit non pertinere, niſi ſit dominus vel inhabitator. Et vt directa ceſſet propter deficientia verba edicti, ita etiā ceſſabit vtilis, quia non eſt neceſſaria, cum alia remedia, puta l. Aquil. in factum actio, & ſimilia poſſint competere.
re. Licet alioqui † neceſſitate ita poſtu- 5
lante etiam ex hoc edicto vtilis actio detur, adverſus pictorem, qui clipeum vel tabulam expoſitam in pergula habuit, cujus caſus tranſeunti damnum dedit d. §. ſed quod. aut adverſus præpoſitum navi, ſi de nave quid dejectū ſit, d. l. hoc edictum in fine. Aut ſi anchora ex reſticulo ſuſpenſa decidiſſet, & damnum dediſſet: quia legitima & honoraria actio deficit, id eſt, nullum aliud remedium supereſt, quam vt ad exemplum actionis ex edicto, vtilis detur. Quæ aliter ſe habent in eo qui ex ædibus, vel parte aliqua ædium, quid deijcit: Nam quamuis edicto non teneatur, tamen in factum actionem patitur, & ex l. Aquilia. plerumque etiam ex locato conveniri poteſt, vt Vlpianus reſpondit l. ſi vero plures § cum autem
ff. de his qui dejec. vel eff. his verbis † 6
Cum autem l. Aquiliæ actione propter hoc quis comdemnatus eſt: meritò ei qui ob id quod hoſpes, vel quis alius de cœnaculo dejecit, condemnatus eſt, in factum actionē dandam eſſe Labeo dicit adverſus dejecto-

rem

rem, quæ in omnibus libris inutilium verborum, & geminatione ejuſdẽ rei, confuſa ac prorſus mendoſa ſunt. quæ equidem ſic emendanda cenſeo: *Cùm autem l. Aquil* (ſeu verius) *cum autem hac actione quis ob hoc quod hoſpes vel quis alius de cœnaculo dejecit condemnatus eſt, meritò ei in factum actionem dandã eſſe Labeo ait.* Quæ clara ſunt, & manifeſtã ſententiam habent, oſtenduntque ei qui ex hoc edicto de effuſis vel dejectis ab alio condemnatus eſt, actionem in factum dari adverſus dejectorem vel effuſorem, quam rectè exercere non poteſt antè condemnationem. Quemadmodum videmus in regreſſu de evictione & ſimilibus ſpeciebus. Per quod removetur impropriatio, occaſioque impropriandi dictionem *condemnatus* apud Accurſium, & alios interpp. in d. §. cum autem. ad verbum

7 actionem. Antequam † ab edicto de dejectis & effuſis abeamus, excutienda eſt in ejuſdem edicti tractatu anceps apud Vlpianũ lectio, in d. l. 5. §. ſupra eũ locum ff. de his qui dejecerunt vel effuderunt. Nam Florentiæ ità legitur; *Supra eum locum quo vulgò iter fiet, ſiue quo conſiſtetur poſitum habeat. accipere debemus poſitum ſiuè in habitationis, vel cœnaculi, ſivè etiam in horrei vel cuius alterius ædificij.* Ex quibus Haloander auferendi caſu hæc verba pronuntiat: *Sive in habitationibus, ſiue in cœnaculis, ſiue etiam in horreis.* Sed hæc lectio non poteſt cõſiſtere cum verbis ſequentibus *vel cujus alterius ædificij.* Ideoque magis probandam arbitror lectionẽ Flor. cui alij omnes ferè conſentiunt, Idque ſubaudita dictioni *loco.* vt perindè ſit ac ſi Vlpianus dixiſſet poſitum habeat, ſive in habitationis, ſiue cœnaculi ſiue etiam in horrei, vel cujuſlibet alterius ædificij loco. propter antecedentem loci mentionem, & græcã loquendi formulam, in qua verbum *cauſa* vel *gratia* vel *nomine* reticetur. Vt cùm dicimus, rei ſervandæ poſſidere. l. 5. §. poſtquam ff. vt in poſſ. legatorũ. fideicommiſſi non teneri l. 77. §. qui dotale ff. de legat. 2. ſi quis evitandi criminis id egit, vt Reipub. cauſſa abeſſet, l. 18. §. 1. ff. ad l. Iuliam de adulterijs. damni nõ amplius parte ſua conſequuturum l. 11. § officium ff. de aqua & aquæ plu. arc. damni infecti miſſus in poſſeſſionem l. 15. §. ſi quis damni ff. de dam. infecto. Quibus adijcimus illud Senecæ de exitu Claudij. *Tum Divus Auguſtus ſurrexit ſententiæ ſuæ dicendæ* ſubaudita dictione *cauſa.* Et Labeo ait in l. 2. ff. de naut. fœnore. *Si nemo ſit qui ex parte promiſſoris interpellari trajectitiæ pecuniæ poſſit.* Si quis plura de ea re videre deſideret, legat elegantiſſimum lib. ſingularem parergon Briſſonij, & quę poſtea à Iuſto Lipſio, & alijs obſer-
vata ſunt. Eſt † autem ſententia Vlpia- 8
ni quod ad proſpiciendum ſecuritati commeantium, non ſolum in principalibus ædium partibus, verumetiã in ſubgrunda proiectaque, alijſque partibus extantibus, vetitum eſſe quid poſitum habere, cujus caſus nocere poſſit: pœna propoſita, quæ à domino ædium vel inquilino exhibetur, propter publicum favorem itinerum. qui hoc efficit,
vt non † ſolum adverſus privatos tran- 9
ſeuntibus proſpiciatur, ſed etiam adverſus Principes ac dominos terrarum, qui

ad ſecuritatem & cuſtodiam ſui territorij teneatur. vſque adeo vt ſi rapina vel deprædatio quam Robariā vocant in eorum ditione contigerit, etiam per extraneas perſonas, ipſi ad damnum reponendum obligantur, glo. Bart. Ang. & alij. in l. nequid. de incend. ruina nauf. dum tamen ejus potentiæ ſint quod prohibere hujuſmodi maleficia poſſint. Et tunc prohibere potuiſſe videntur, ſi cuſtodias in inſidioſis locis non poſuerint, cum poſſent, de quo Articulo multa inſignia ſcribit Vdalricus Zaſius Cons. 24. & ſeq. vol. 1. & Renatus Choppin' de iuriſdiction. Andegauenſium lib. 1.

SVMMARIA.

1. *L. Qui prior ff. de judic. vera lectio & explicatio. & nu. 5.*
2. *Appellare verbi ſignificatio.*
3. *Appellatio vtrique parti communis.*
4. *Appellatio defenſionis ſpecies.*
6. *Qui ad judicium appellat actor eſt. & 7. 8.*

CAPVT DECIMVM-NONVM.

COmpendio verborum latè patentem materiam I C. hic attigit. in l. qui prior ff. de judic. Nā pertinet hæc res non tantum ad actiones præjudiciales, verumetiā ad accuſationes, & in vniverſum ad ordinē judiciorum. Præterea variè hoc Reſponſum legitur, nam communes libri ita habent: *Qui prior appellat, prior agat.* Haloander verò & Gothofredus omittunt dictionem *prior* poſteriore loco poſitam, inflectuntque verbum *agat*, vt legatur *agit*. quę lectio propè accedit ad lib. Flo. in quo ità legitur: *Qui appellat prior agit.* punctione facta poſt dictionē *prior*. vt ſignificetur eam non referri ad ſequens verbum *agit*, ſed ad verbum *appellat* quod præcedit, & cujus varia ſignificatio difficultatem auget. quo-
2 niam † hoc verbum vulgò referimus ad provocationem quæ fit ad ſuperiorē judicem, & præterea appellare ſignificat in judicio convenire, ad judicem vocare. l. fidejuſſor obligari in fine. de fidejuſſo. l. 2. C. de procur. Et hoc modo Valerius accepit lib. 4. cap. 8. ſic inquiens: Neque de ſorte quenquam debitorum ſuorum, neque de vſuris paſſus eſt appellari. Et huc pertinet quod dicitur. Bona nomina niſi appellentur mala fieri. Et apud Martialem.

Appellat rigida triſtis me voce Secundus.

Item Seneca. Nemo beneficia in calendario ſcribit, nec avarus exactor ad diē & horam debitorem appellat. Et † ſa- 3
nè ſi priorem ſignificationem ſequamur, quæ refertur ad provocationem interpoſitam ad ſuperiorem judicem, erit ſtrictior hujus reſponſi vſus, & eo amplius, non ſatis rectè omnia convenient. Nam quamuis quoad judicij ordinationem, qui appellat aliquo modo actor ſit, dum ſcilicet ipſe coram ſuperiore libellum offert gravaminum. Eſt

tamen

Digitized by Google

tamen appellatio communis vtrique parti, ſic vt etiam adverſarius de ſuis gravaminibus conqueri poſſit. Imò etſi non conqueratur, judex tamen ſuperior ea quoque aliquandò reparat. Bald. in l. vlt. C. de appell. Adde † quod
4 non omninò agat is qui appellat, aut provocat, imo potius ſe defendit, adverſus iniquitatem prioris judicis, adeo vt nec excommunicatio obſit proſequenti appellationem l. ſignificaverũt de exceptionibus. Nec verum eſt onus probandi ſemper & indiſtinctè ad appellantem vt actorē reyci. gloſ. & D D. ad l. hi qui ad civilia. C. de appell. Re-
5 ctius † igitur alteram illam generaliorem ſignificationem amplectendo, intelligemus hic eum appellare qui prior in jus vocavit, & primus litem inſtituit. Generaliter enim prius auditur agendo, qui prius vocat ad judiciũ. Et hac ratione pertinebit hoc reſponſum non ſolum ad duplicia judicia, nec ad ſolas mutuas petitiones cõvenientiũ & reconuenientiũ, vt cõmuniter interpp. arbitrantur. ſed ad quaſlibet actiones, & in vniverſum ad ordinem judiciorum & cognitionem in quibuſlibet
6 cauſis: Quia † ſemper, & regulariter verum eſt, eum qui appellat prius, agere, ſive reus conveniendo viciſſim petat, ſive tantum excipiat. Nam cum exceptio eſt peremptoria differtur ejus cognitio, donec conſtet de intentione actoris. c. 1. de ordine cog. Et † tam la- 7
tè patet hæc regula vt etiam adaptari poſſit pluribus reis credendi, ex quibus qui appellat prior actor eſt, & debitor ei reſpondere tenetur, & ſolvendo illi liberatur. Item pluribus † Procurato- 8
ribus ex quibus qui prior appellat & litis conteſtatione alios prævenit, ſolus agit. l. plurib⁹ 5. de prob. Iohannes Igneus in l. fideicommiſſum nu. 205. ad S C. Velleianum. Et tantarum eſt virium hæc regula quoad ordinem judiciorum, vt quamuis non vitiet ſententiam, ſi prætermittatur & non obſervetur, juſtam tamen appellandi cauſſam prebeat. l. 1. C. de apell. c. 2. de ord. cog. Ita vt præcipuum fundamentum ordinis cognitionum, ex hac regula dependere videatur. quia generaliter qui appellat, prior agit. Niſi ex genere cauſæ actio vel exceptio per adverſarium oppoſita pri⁹ tractari debeat. l. 1. l. cũ ſtat⁹ tot. tit. C. de ord, cog. c. 1. & 2. eo tit. l. quoniam Alexandrum ad l. Iuliam de adulterijs. l. lite. C. de Libera. caus.

SVMMARIA.

1. *L. Titius heres Semproniј. De actionibus empti. vera lectio & declaratio.*
2. *Punctus loco copulæ eſt.*
3. *Clauſula Et quicquid juris Sempronij fuit, venditioni addita, quid operetur.* & 4.

CAPVT VIGESIMVM.

1 Scevolæ † lib. ſecundo reſponſorũ in l. Titius heres Sempronij. De actionib⁹ empti. ſecundũ librum Florentinũ hæc ſunt verba: *fundus Sempronianus, quicquid Sempronij juris fuit, erit tibi emptus.* Quib⁹ in communibus

Digitized by Google

editionib' copula adijcitur,hoc modo: *Et quicquid juris.* In quo interpretes magnam variationē facti & juris diverſitatē conſtituunt,exiſtimantes copulā operari amplitudinē & extenſionē ej', quod in venditionē deductū eſt; & nō fundū tantū,verū etiā fundi jura in cōvētionē deducta eſſe, cùm ceſſante copula verba illa, *quicquid Sempronij juris fuit*, ad diminutionē ſeu min' conſtantē firmāq; affirmationē venditoris de jure Sēpronij appoſita cenſeantur.domin' Gab.Mude' poſt alios,in d. l. Ti-
2 ti' heres, nu.2.Sed † hæc differētia copulæ appoſitæ & omiſſæ levis momēti, & ad juris ſeu facti variationem aut diverſitatē inſufficiens videtur:quoniam licet conjunctiones hujuſmodi nō proferantur aut exprimantur, vim tamen occultā ſuggerunt,& tacite ſubaudiuntur tanquā neceſſariæ ad clauſularū cōnexionē & ſermonis continuationē,ac punct' habetur pro copula, l. ſi arrogator.§.1.De adoptionibus, vt celeritati conſulatur,maximè in ea figura,in qua idē verbū repetitur & ſubauditur,totaq; conſtructio dependet ab ejuſdē verbi ſeu adjectivi determinatione. Vt videre eſt in Scevolæ reſponſo,in d.l. Titi' hæres. in quo ſecundū editionē Florētinā ſubauditur & ſuppletur copula, quæ in libris communib' eſt expreſſa. Ita vt vtraq; lectio ſuſtineatur, & vtroque loco verba illa: *quicquid Sempronij aut Semproniani juris fuit*, augmētū ſeu
3 adjectionē inducāt.Efficiantq; † vt nō ſolū fund',ſed etiā fundi jura expreſſa & in venditionē indeterminatè deducta videātur: hoc fine & ſcopo,vt quāvis venditor illo caſu demonſtratis finib',nō teneatur jura aliqua fundi præſtare,quę nō ſunt,cogi tamē poſſit exigente bona fide ad exhibitionē inſtrumētorū hereditariorū,& aliorū quę ad manū habet,& ex quib' demonſtratio juris quod defunct' habuit eſt facilis. Ad quod alioqui ſine adjectione illa: *quicquid juris*, non teneretur, etiā ſi addita eſſet formula,vti eſt optim' fund', ſeu vti optimę maxumeq; ſunt ędes:cū verbis illis non ſignificetur ſervitutē ædib' deberi,ſed illud ſolum, quod liberæ ſint,& nulli ſerviant:l. qui vti optimæ de verborū ſignificatio. Quia via, iter,aqueduct',& reliqua jura prędiorū nō debentur, niſi in vendendo fuerint dicta aut expreſſa,l.in vendēdo.De cōtrah.empt.aut dolus obijci poſſit venditori,quod ſciens & callidè ſervitutē fundo debitā celaverit, quæ poſtea per ignorantiā emptoris vſucapta vel præſcripta eſt.d. l. in vendendo. Plura de clauſula illa, *quicquid juris*, videri poſſunt apud Bartholū & alios.l.ſi ſic.§.ſi mihi. De legatis 1. Illud † omittendū 4
nō eſt,quod quāvis venditor vigore dictæ clauſulæ, *quicquid juris*, vltra demonſtrationē finiū teneatur exhibere inſtrumenta hereditaria, & alia quorū exhibitio nō eſt difficilis,non tamē tenetur ea emptori tradere & apud eū relinquere,ſed ſufficit exhibitio, & exēpli ſeu tranſumpti conceſſio,licet multi in curia & palatio verſati, aliter judicent,vt Salicetus admonet.in d.l. Titi' hæres Sempronij.

Emendationum libri tertij.

FINIS.

Digitized by Google

ELBERTI LEONINI
EMENDATIONVM SIVE OBSERVATIONVM,
LIBER QVARTVS.

SVMMARIA.

1. *Impenſarum materia in jure noſtro ſparſim tractata.*
2. *Impenſarum triplex diſcrimen.*
3. *Impenſæ neceſſariæ quæ dicantur.*
4. *Vtiles impenſæ quæ ſint. Et l. impenſæ de verb. ſignif. vera lectio & interpretatio. & 6.*
5. *L. quod dicitur de impenſis in res dot. fact. vera lectio.*
7. *Differentia neceſſariarum & vtilium impenſarum vndè conſtituenda.*
8. *Voluptuariæ impenſæ quæ ſint.*
9. *Impenſas quaſdam perpetuam rei vtilitatem continere, quaſdam temporariam, earumque diſcrimen.*
10. *Sumptus quærendorum fructuum gratia facti, in fructus imputantur, & vel à malæ fidei poſſeſſore deducuntur. Et 21. 22.*
11. *Impenſas perpetuam rei vtilitatem continentes pro diverſitate negotiorum variè conſiderari.*
12. *Bonæ fidei poſſeſſor regulariter impenſas deducit. Malæ fidei ſecus. Et 27. 51.*
13. *Malæ fidei poſſeſſor, impenſarum nomine gravius aliquando condemnatur.*
14. *Impenſas à re inſeparabiles nè à bonæ quidem fidei poſſeſſore ſemper recuperari. Et 18. 45.*
15. *Impenſæ in expoſitos infantes factæ ſpecialiter privilegiatæ.*
16. *Malæ fidei poſſeſſori in neceſſarijs impenſis judicis officio conſuli, in vtilibus per abraſionē. & 17.*
19. *In foro tamen conſcientiæ aliter hæc obſervari.*
20. *Emphitentæ vaſalli & aliorum qui cauſam poſſidendi habent ſingularè jus pro recuperandis impenſis.*
21. *Cui fructus anni debentur impenſas fructuum gratia factas, refundit.*
23. *Malæ fidei poſſeſſori, domino rem vindicante, actionis remedio non ſuccurri, refutatâ Molinei & Martini Gloſſatoris ſententiâ. & 24. 25. 26.*
28. *Bonæ fidei poſſeſſor etiam adverſus creditorem hipotecarium meliorationes deducit. & 31.*
29. *Bonæ fidei poſſeſſor an creditorem hypotecarium poſſit excludere, oblato rei pretio quod tempore acquiſitionis fuit.*
30. *Feudo vel Emphiteuſi ad dominum reverſa citra culpam, dominus meliorationes refundit.*
32. *Vſufructuarius & is qui ex fideicommiſſo rem cogitur reſtituere, quas impenſas deducant. & 33. 34.*
35. *L. ſumptus. & l. emptor ff. de rei vend. explicatæ reiectâ Copi, Haloandri & Tiraquell. ſententia.*
36. *Impenſarum cum fructibus compenſatio quomodo ineatur. & 37. 38. 39. 40.*
41. *Meliorationum æſtimatio ad quod tempus referenda. & quomodo ineunda. & 42. 43.*
44. *Vtiles impenſæ ſi admodum magnæ ſunt, domino quomodo ſuccurratur.*
46. *Pro conſequendis impenſis an rei retentio permittatur. & 47.*

Digitized by Google

48. *Petitio damnorum & intereſſe rei reſtitutionem non impediunt.*
49. *Meliorationum probatio cui incumbat.*
50. *Reſtituta re, pro impenſis conſequendis vix eſt remedium.*

CAPVT PRIMVM.

1 INfinita † & per varia Digeſtorum & C. loca diſperſa ſunt, & in quotidiano vſu verſantur, quæ ad impendiorum & meliorationum materiam pertinent. Quæ vt ordine tractemus, & latiſſimè vagantē articulum, perfectiore quadam interpretatione explicemus, conveniens eſt, generaliter & per capita, ex ordine ſingula perluſtrare; ex quibus vera legum ſententia, atque vſus juris deprehendi poſſit. Et commodiſſimū videtur principium facere à conditione, natura, &
2 diſcrimine impenſarum. Quarū † quędam ſunt neceſſariæ, quædam vtiles,
3 quædam voluptuariæ. Impenſæ † neceſſariæ dicuntur, quæ ſi factæ nō ſunt, res aut peritura aut deterior futura ſit, l. impenſæ. de verb. ſig. & quæ in ſe habent neceſſitatem impendendi. l. 1. de imp. in res. dot. factis. quibus non factis damnari poſſeſſor in judicio deberet, culpæ negligentiæque nomine. Et neceſſariarum impenſarū exempla ſunt, reficere ædificia vetera & ruentia, quæ conſervari expedit, aggeres facere, flumina avertere, moleſque proijcere in mare vel flumem, aggeris ſtruendi, vel portus conſervandi gratia, oliveta dejecta reſtituere, arbores in locum demortuarum reponere, vites propagare, ſeminarium agri præparare, in ſervorū valetudinem impendere, & ſimilia d. l. impenſæ. & d. l. 1. 2. 3. & d. l. in totum de impenſis in res dot. factis. Vtiles † 4
impenſas Fulcinius ait in d. l. impenſæ. eas eſſe quæ meliorem dotem faciunt, deteriorem eſſe non ſinunt, ſecundum veterem lectionem. vel ſecundum reſtitutam ex lib. Flo. *non deteriorem eſſe non ſinunt*, duplicata negatione, ad ſignificandum non ſatis eſſe quod vtiles impenſæ dotem deteriorem fieri non ſinant, ſed meliorem ex illis fieri oportere. Quod Paulus non obſcurè ſignificat, d. l. impenſæ. dū pro maiore declaratione vtilium impenſarum, hæc verba ſubijcit: *Ex quibus reditus mulieri acquiritur.* Et apertius probat Vlpianus in l. quod dicitur in fin. de imp. in rebus dot. factis. dum ita inquit. *Vtiles impenſæ ſunt quas maritus vtiliter fecerit, remque vxoris meliorem fecerit.* Quem † Vl- 5
piani locum ad evitandam ejuſdē verbi repetitionem. Haloander ita legit: *Vtiles impenſæ ſunt quas maritus vtiliter fecit, & quæ rem meliorē vxoris reddunt.* Quæ emendatio, cum ex ipſo jure & diſpoſitione nihil mutet, habeatque maiorem latinitatis elegantiam, eſt tolerabilis. Quod † autem ad rem ipſam 6
attinet, magni momenti cenſeri debet reſtitutio ex Pandectis Flo. & duplicata negatio, quoniā altera omiſſa, ſecūdum veterem lectionem, vtilium impenſarum definitio & neceſſarijs conveniret,

veniret,quæ rem deteriorem eſſe non
ſinunt. Quarum modum excedunt vti-
les,in eo quod non ſolum rem deterio-
rem eſſe non ſinant,ſed eo ampliꝰ me-
liorem faciant,& proventum augeant:
vt ſunt aucta arbuſta , paſtinationes,
doctrina puerorum,erectio piſtrini,aut
tabernæ , & ſimilia , quæ reditum &
fructum rei vltra priſtinam formam &
modum augent.d.l. impenſæ.Ideoque
Græci vtiles impenſas definiunt, quæ
dotem meliorem faciunt his verbis
βελτίονα ποιοῦσα τὴν προῖκα in l. impenſæ
7 ff.de imp. in res dot.fact. Et his † vtili-
bus impenſis plerumq; refectio & re-
paratio annumeratur, quandò non ex
neceſſitate,& ad conſervandam veteris
rei formam, ſed ad augendum rei fru-
ctum aliquid extruitur vel reparatur.d.
l. impenſæ. Et è diverſo novi operis
extructio , plerumque neceſſarijs im-
penſis annumeratur, quando res quæ
extruitur eſt neceſſaria, veluti horreū,
piſtrinum, ſine quo prædij vſus plerū-
que haberi non poteſt d. l. impenſæ
aut ſi domus quam inhabitat colonus
combuſta,reficiatur per maritum l.di-
vortio §.fin. ff. ſolut.matr. Vndè rectè
dici poteſt,has impēſas prout in res vti-
les vel neceſſarias convertūtur,nūc vti-
libꝰ nūc neceſſarijs annumerari. ſic vt
ex cauſſa fine & effectu, differentia ne-
ceſſariarum & vtilium impenſarū con-
8 ſtitui debeat. Voluptuariæ † impenſæ
ſunt quæ ſpeciem duntaxat ornant, nō
etiam fructum augent,vt ſunt viridaria,
aquæ ſalientes, incruſtationes, lorica-
tiones,picturæ,& ſimilia d. l.impenſæ.
& l. voluptuariæ. de imp. in res dot.
9 fact.Rurſus † quędam impenſæ ad per-
petuam rei vtilitatem vel neceſſitatem
fiunt,quædam ob cauſſam temporariā,
& fructuum colligendorum percipien-
dorumque gratia. Cujus diſtinctionis,
ſicut & ſuperioris effectus eſt maximꝰ.
Nam † ſumptus quærendorum fructu- 10
um gratia facti,veluti in arando, ſeren-
do agro,re evicta vel avocata non reſti-
tuuntur poſſeſſori , l. divortio. §. im-
penſæ ff. ſolut. mat. Sed tanto minus
fructuum nomine ab illo pręſtatur. ex
quibus prius eſt ſatisfaciendum expen-
ſis,quæ quærendorum & colligendorū
eorum gratia factę ſunt. Ang. Peruſinꝰ
in l. ſumptus de legat. 1. Fructus enim
non ſunt niſi qui deductis impenſis ſu-
perſunt. l. ſi domino ff.de pet.hær. Vn-
de generaliter lex ſtatutum & quævis
alia diſpoſitio loquens de fructibus, in-
telligitur deductis impenſis, etiamſi a-
gatur contra prædonem, fraudatorē,&
quemuis alium malę fidei poſſeſſorem.
And. Tiraq. in retract. conſanguinita-
tis § 1.gloſ. 1. Etenim nullus caſus in-
tervenire poteſt, qui hoc genus dedu-
ctionis impediat, l.fundꝰ qui dotis fam.
her. l. 2. ff.de his quæ in fraud. credito-
rum. Adeò quod nec fructuum,nec lu-
cri, nec cujuſque alterius rei ratio aut
æſtimatio iniri poſſit, niſi deductis im-
penſis, etiamſi agatur de eo caſu, quo
quis integros fructus reddere jubetur.
excepta cauſſa decimarum vel obliga-
tione fructuum in certa quantitate. Ti-
raq.loco cit. Sumptuum † verò ad per- 11
petuam rei vtilitatem & neceſſitatem
factorum longè alia eſt ratio,quę prop-
ter diverſitatem incidentium negotio-
rum variam inſpectionem habent &
tractatum multiplicem. Nā plerumq;

Digitized by Google

de hujuſmodi impenſis eſt quæſtio, in ſpeciali rei vindicationis judicio. Tex. h. & in l. domũ C.eo.tit.& in §. certè Inſt.de rerum diviſione.Plerumque in vniverſali judicio, & petitione hæreditatis,familiæ herciſ.& ſimilibus.plerũque in dotis materia l. plane l. ſed etſi lege.§.conſuluit de pet. hær. & tot. tit. ff.ſine hær. Item in materia legatorũ, l.divortio §.impendi.& l.fructus.ff. ſolut.matri.& tot. tit. ff. de impen. in res dota.factis.Fideicommiſſorum l. ſenatus §.Marcellus de Legat.1. in ſocietate & rerum communione l. domum & l.ſumptus.ff.de legat.1.Item in reſtitutione feudi vel emphyteuſeos. Rurſus in retractu conventionali vel conſuetudinario. tot.tit. ff. pro ſocio & l.ſi vt proponis C.de ædificijs privat.Item in actione hypotecaria quæ à creditore contra tertium poſſeſſorem exercetur, Alexander, & alij in l. fundus. §.ſi res. de pignoribus. Didacus Couvaru. variarum reſolut.lib.1.c 8.Item in materia decimarum,& alijs infinitis ſimilibus: in quibus omnibus, ſecundum caſus occurrentes plerumque diverſa, plerumque eadem eſt ratio. Ita vt incidentia negotia in vna materia, non abſurdè aliquando decidantur per jura
12 loquentia in alia materia. Quorum † omnium diſtinctio & explicatio vt ſit clarior & illuſtrior, concludemus pro regula,quod poſſeſſor fundi alieni, impenſam in eo factam regulariter recuperet,Text.h.in l.in fundo. & l. ſumptus.l.emptor.& in d §. in rem petita. Quod eſt intelligendum in poſſeſſore bonæ fidei: nam malæ fidei poſſeſſores,ejus quod in rem alienam impendunt, non eorum negotium gerentes quorum res eſt, nullam habent repetitionem tex. hic in l. Iulianus. & in § certè de rer. juris. cum petenti culpa objiciatur,quod ædificaverit temerè in eo ſolo, quod intelligebat alienũ eſſe, d.l.Julian⁹.& d.§.certe.de rer. diviſione.Nec intereſt an mala fides ſit inducta per litis conteſtationẽ, an per fraudulentam rei contrectationẽ,ſeu ſcientiam rei alienæ aliunde acceptam, d.l. Iulianus.& l. quæſitum ff.de acqui rer. dominio.Lex enim generaliter, furi & cuicunque malæ fidei poſſeſſori, repetitionem & retentionem meliorationũ & impenſarum negavit,in pœnam criminis & malæ fidei, atque ob injurioſam rei alienæ contrectationem, vel propter præſumptam malæ fidei poſſeſſoris donationem.l.2.in.f.C.eo. §. ex diverſo de rer. diviſione. Quæ ex legis potentia vim ſuam ſemper exercet, quotiens ipſe poſſeſſor non probat geſtionem negotij,vel aliam cauſſam cõtrariam.d.l.domum. Et hoc eſt quod eleganter cum miſterio Iuſtinianus ſcribit.in d. §. ex diverſo. Voluntate malæ fidei poſſeſſoris intelligi proprietatem alienatam,ſi non ignoravit ſe in alieno ſolo ædificare.Tantaq; † eſt le- 13
gis adverſus malæ fidei poſſeſſores indignatio,vt non ſolum ſumptus factos non recuperent,ſed in contrarium eorum occaſione graviorem plerumque condemnationem ſuſtineant, quam ſuſtinuiſſent nullis ſumptibus factis: veluti ſi argento ſurrepto, pocula impenſis furis facta ſint, pocula condici poterunt, & in condictione poculorũ, & celaturæ æſtimatio fiet,quæ impẽſis furis

Digitized by Google

ſuris facta eſt. Quemadmodum ſi infans ſurreptus adoleverit, æſtimatio fieret adoleſcentis, quamvis ſumptibus & cura poſſeſſoris creverit l. ex argento ff. de condic. fur. ſic vt furi propter expenſas non ſuccurratur, ſed conditio ejus oneretur, in eo quod nō ſolum rei ſurreptæ, ſed etiam meliorationis ſuis impenſis factæ, æſtimationem præſtare
14 teneatur. Sed hoc † non eſt generaliter accipiendum, ſed tantum in meliorationibus quæ à re ipſa abradi aut ſeparari nequeunt, propter naturam ipſius rei, & inſeparabilem connexionem & cohærentiam, quæ hoc efficit, vt dominus à reſtitutione impenſarum immunis ſit, & rem ſuam recuperet liberam cum augmento meliorationis: Non ſolum in poſſeſſore malæ fidei, verū etiam à poſſeſſore qui eſt bonę fidei; abſque diſcrimine impenſarum, an vtiles ſint, an neceſſariæ. d. l. ex argento. Et hoc eſt quod diſertè ſcribit Salycetus, in d. l. domū. etiam neceſſarias impenſas nō recuperari, quando à re ſunt inſeparabiles: vt in alimentis ſervo præſtitis, in artificio ſervi vel pueri, etiamſi agatur de poſſeſſore bonæ fidei l. niſi venalem ſupra eo. Niſi dominus ſervum aut puerum melioratum venalem habeat, & plus pretij conſecuturus ſit propter artificium: vel niſi domino prius denuntiatū ſit vt impenſas ipſe ſolveret. l. aut ſi ante. ſupra eo. aut ex fructibus meliorationum poſſeſſor ſumptus conſervare poſſit. l. cæterū. & l. quod ſi artificē ſupra eo.
15 Et denique † niſi agatur de infantibus expoſitis, qui non reſtituuntur, niſi refuſis quæ in alieno puero vel ad diſcēdum artificium juſtè conſumpta ſunt. Quod ſingulari ratione conſtitutum eſt, propter miſerationē ejus qui alioqui periturum ſuſcepit. De quo elegātes Canones facti ſunt, in Matiſionenſi, & Valenſi Concilijs, quos refert Iuo Part. 3. c. 252. & ſeqq. Alioqui verò † 16
neceſſarios ſumptus etiam malæ fidei poſſeſſor conſervat officio judicis, d. l. domum. Ità tamen vt dominus rei has impenſas præcisè præſtare non cogatur, ſed [illegible]tionem habet an eas reddere velit an pati quod tollatur ædificiū: quod ſi paratus ſit pati, liberatur etiam adverſus bonæ fidei poſſeſſorem. Vtiles † autem impenſas ex quibus res eſt 17
meliorata, & majoris æſtimationis facta, malæ fidei poſſeſſor neq; per actionem, neque per retentionem, neque officio judicis recuperat aut conſervat, ſed habet duntaxat deductionem, & abraſionem materiæ, ſervato priſtinæ rei ſtatu illæſo. Tex. h. in l. in fundo. Salicetus in d. l. domum & DD. in d. l. ſi in area. ff. de condic. indeb. Niſi dominus ædificij paratus ſit pretium materiæ ſoluere, & ædificium retinere, Tex. h. in d. l. in fundo. Ex † quibus intelli- 18
gitur impenſam quæ in alendo aut erudiendo ſervo facta eſt, & ſi quæ eſt ſimilis, propter inſeparabilē connexionem, nec per abraſionem conſervari poſſe. Nulloque alio remedio conſuli poſſeſſori, niſi vt cum fructibus artificij hujuſmodi impenſam compenſet, aut ab eo petat, qui ſervum venalem habet, & propter artificium plus pretij conſequatur, l. cæterum. & l. quod ſi. & l. niſi venalem. ſupra eo. Alioqui hujuſmodi impenſas etiam quilibet

Digitized by Google

bonæ fidei poſſeſſor perdit: eodē modo quo malæ fidei poſſeſſor amittit impenſas, voluptatis & ornatus cauſſa factas: adeò quod nec per abraſionem, aliovè modo illi ſubueniatur. Sed
19 † prædicta vera ſunt in foro exteriori, non etiam in foro conſcientiæ, in quo non pœna criminis, ſed illati damni duntaxat compenſatio penditur. Ex quo conſequitur id quod Paulus reſpōdit in d.l.ex argento de cond. furtiua. *Furem non ſolum teneri ad reſtitutionem argenti ſurrepti, ſed etiam celaturæ, quæ impenſa furis facta eſt*, non procedere in animæ judicio, in quo re perempta fur tenetur ad æſtimationem ſimplicem, non ad eam qua poterat res æſtimari in eo ſtatu, in quo erat impenſis & cura furis meliorata: Niſi ex veriſimili conjectura appareat, quod dominus eandē meliorationem feciſſet, nulla vel modica impenſa: Nam eo caſu etiam melioratio eſt præſtanda, quatenus dominus eſt læſus. Alioqui verò fur, aut malæ fidei poſſeſſor eo nomine non tenetur. Imò poteſt in animæ judicio deducere, materiam ornatus & voluptatis cauſſa factam, vt videlicet tanto minorem æſtimationem & compenſationem faciat. Deindè † limitantur prę-
20 dicta non procedere, ſi poſſeſſor qui ſciens impenſam in rem alienam fecit, cauſam & titulum poſſidendi habeat: vt eſt Emphiteuta, Vaſallus, Maritus, Gravatus fideicommiſſo, Vſufructuarius, Qui patitur retractum, & quilibet alius juſtus poſſeſſor. pulchre Portius cons.9.nu.12. vel ſi judicis authoritate neceſſariç vel vtiles impenſç ſint factç, hæ enim repetuntur quamuis ab eo factæ qui non ignorabat rem alienam eſſe, aut alteri reſtitui debere. l. domus. & ibi Bart. Bald. Alex. & alij. de leg. 1. Caſt. cons.425. ſuper 1. quæſito lib. 1. Bald. Cons. 303. incipiente in Chriſti nomine lib. 1. Rollan. à valle cons. 79. Andre. Tiraquell. in retract. con-
venti. §.7. gloſ.1. nu. 7. Rurſus † intel- 21
liguntur prædicta de ſumptibus rei ipſius conſervationem, vtilitatem, aut etiam ornatum reſpicientibus: non etiam de his quæ fiunt quærendorum vel colligendorum fructuum gratia: quoniam ij ſumptus in primis & antè omnia deducuntur, etiam à malæ fidei poſſeſſore, imputandò illos fructibus, vt tanto minus fructuum nomine reſtituat: quia non intelliguntur fructus, niſi deductis impenſis, eorum colligendorum gratia factis. l. ſi à domino. vel patre §. fructus de pet. hæred. Adeò
† vt ſi domino feudi, poſt mortem va- 22
ſalli, debeatur proventus vnius anni ex conſuetudine, nihilominus tenebitur dominus, ſumptus legitimaſque impēſas, in illis quærendis, ſeminandis, colligendiſque, ac etiam conſervandis factas, refundere, vt eleganter ſcribit Pirrhus Angelbermeꝰ. in conſuetud. Au-
relianenſibus Tit. de feudis. Denique † 23
eſt Martini antiqui gloſſatoris ſententia, quam defendit Carolus Molineus. in tract. de feudis §. 1. gloſ. 6. nu. 87. Quod etiam malæ fidei poſſeſſor recuperet impenſas, eatenus ſaltem quatenus dominus ex ijs tempore recuperationis rei ſuæ ſit locupletior. Et hoc nedum per exceptionem aut officio judicis, ſed etiam via actionis. Idque probari exiſtimat I C. reſponſo. in l. ſi pupilli

pupilli §. ſed etſi de neg. geſt. quo dicitur, etiam prædonem qui ſui lucri cauſſa,& non contemplatione domini aliquid impendit,habere actionem negotiorum geſtorum contra dominum, quatenus factus eſt locupletior. citatq; ad hujus confirmationem Paulum IC. in l. planè de pet. hæred. aſſerentem etiam in malæ fidei poſſeſſore haberi rationem impenſarum: addita cauſſa, quia nō debet petitor ex aliena jactura lucrum facere. Quo nihil evidētius ad confirmationē ſuæ ſententię dici poſſe arbitratur Molineus. Et ad jura in contrariū militantia,quibus negatur actio, & quodlibet aliud remedium malæ fidei poſſeſſori; primo reſpondet, illa procedere per ſubauditionem,ſi aliunde quam ex ſola ſcientia appareat,malę fidei poſſeſſorem ędificaſſe vel impendiſſe animo donandi vel perdendi. quod juris præſumptioni & diſpoſitioni adverſatur. Secundò & melius vt ipſe ait, jura in contrarium militantia, accipienda & intelligenda ſunt de mero juris rigore, quem temperat benignitas ex ratione naturali: Quia iniquū eſt quempiam cum aliena jactura locupletari. d. l. plane, & d. l. ſi pupilli. §.
24 ſed etſi quis. Sed † nec iſta Molinei opinio poteſt ſubſiſtere: Nam Paulus IC. in d. l. ſi in area. ff. de condic. indebiti. generaliter denegat omne remedium, tam æquitatis quam juris. Et ſi ad verū venire lubeat, nulla eſt ęquitas quæ à Molineo pro fundamento aſſumitur, ob quam malæ fidei poſſeſſori, ſcienter in re aliena ſumptum facienti, ſua ipſius contemplatione ſubueniri debeat. c. damnum. de reg. ju. in 6. Extatque adverſus Molineum, apertum & inevitabile reſcriptum impp. in l. dominus C. de rei vind. denegantium malę fidei poſſeſſori omne remedium, exceptis neceſſarijs impenſis, pro quibus ex æquitate indulgetur officium judicis.
Prętereà jura pro Molineo citata, con- 25
tra communem ſententiā, ſi rectè excutiantur nihil faciunt, nā reſponſum in d. l. ſi pupillus. §. ſed etſi. quo dicitur etiam prædoni tribui negotiorum geſtorum actionem contra dominum, quatenus factus eſt locupletior, nihil pertinet ad rei vindicationem, ſed ad perſonalem actionem negotiorū geſtorum, quia non eſt iniquum teneri dominum quaten' locupletatur. Quemadmodum in actione de in rem verſo, ſi mutua pecunia accepta, ſervus domum dominicam exornaverit tectorijs & quibuſdam alijs, quæ magis ad voluptatem pertinent quam ad vtilitatem, pati debet dominus creditorem hoc auferre, ſine domus injuria. l. quod ſi ſervus. §. ſed ſi mutua ff. de in rē verſo. Et hoc propter naturam judicij bonæ fidei, in quo ex æquo & bono vtriuſque partis ratio habenda eſt. Quod ſecus eſt in vindicatione, quæ ſtricti juris eſt, & in qua bonæ fidei ratio non
exuberat. Sed nec † alterum reſpon- 26
ſum à Molineo adductum in l. plane. de pet. hæred. aliquid momenti habet: nam Paulns in eo reſponſo non agit de vindicatione aut ſingulari judicireaoli, quod eſt ſtricti juris, nec aliquod remedium poſſeſſori vltro accommodat: ſed hoc ſolum diſponit quod poſſeſſori cōvento petitione hæreditatis, cōſulatur pro impenſis quibus dominus rei

Digitized by Google

factus eſt locupletior. eodem modo quo diximus in actione de in rem verſo,& negotiorum geſtorum. Ad cujus exemplum ipſa petitio hæreditatis bonæ fidei eſt, l. vlt. C. de pet. hæred. & ampliorem poteſtatem judici permittit,propter potentiam juris vniverſalis, etiam perſonales præſtationes admittentis.Sic vt mirum non ſit,in illo vniverſali & bonæ fidei judicio,etiam malæ fidei poſſeſſori ſuccurri, quandò hæres illud judicium elegit,& contra malæ fidei poſſeſſorem inſtituit.Aliter atque cum abſtinet hæres ab vniverſali illo judicio,contentus vindicatione rei ſuæ: quia tunc poſſeſſori non ſuccurritur,aliquo remedio æquitatis vel rigoris. Ex quibus ſatis manet confutata nova Molinei declaratio, confirmaturque & explicatur cõmunis interpp. ſententia, quod malæ fidei poſſeſſori, pro neceſſarijs impenſis ſolo officio judicis ſuccurratur,pro vtilibus per deductionem, ſervato illæſo priſtino rei ſtatu,niſi agatur Petitione hæreditatis, Familiæ herciſcundę, Negotiorum geſtorum,vel alio ſimili bonæ fidei judicio, quod eſt vel merè perſonale, vel mixtũ, et in quo perſonales præſtationes veniunt.d.l.plane. & d. l. ſi Pupilli §. ſed & ſi quis l. in hoc judicium §. diverſum.ff.fam.herciſ.Nunc † ad bonæ

27 fidei poſſeſſorẽ revertamur, qui regulariter,vt diximus,impenſas recuperat, non ſolum neceſſarias,ſed & vtiles,plerumque per exceptionem & retentionem,plerumque per abraſionem, ſecundum diverſitatem caſuum, quos lex non vniformiter determinat. Tex. in l.in fundo & l.ſin autẽ.§.in re hoc tit. ſed ſpectatis circumſtantijs & momentis cujuſque negotij,idque nõ ſolũ in vindicatione,verũ etiam ſi noxali vel dotali judicio agatur,d.§.in rẽ petita.aut ſi agatur de exhibitoria actione Ædilitio edicto l. illud ſciendũ cũ ſeqq.ff. de ædil edicto. vel de eo qui ex pacto revendendi, vel conſuetudine, rei emptæ, vel melioratæ retractũ patitur.latè Iohan. Igneus. in l. dudũ C.de cont.emp.Boer.deciſ.47. And. Tiraq. in retractu convention.§.7.in.p. Idem

† eſt in eo,qui actione Hypothecaria rẽ 28
obligatã & melioratã avocat à poſſeſſore.Nã non aliter ei res cũ meliorationibus reſtituitur, quã ſi prius reſtituat poſſeſſori pretiũ meliorationũ, ex quibus res ipſa facta eſt pretioſior. Etenim tertius poſſeſſor etiã adverſus creditorẽ hypothecariũ deducit impenſas, & meliorationes extantes, l. ſi fundus in principio.de pigno.licet ipſi debitori hoc non permittatur. latè Didac. Couu.varia.lect.lib.1.ca.8 poſt princ. Carol.Molin.de feudis §. 1.gloſſ.5.nu.

6. Imò † quod fortius eſt, exiſtimat 29
Carolus Molineus loco citato. tertiũ poſſeſſorẽ nedũ poſtulare poſſe reddi ſibi impenſas, ſed etiã ſi hoc malit excludere creditorẽ,offerendo ei æſtimationẽ rei quæ erat tempore quo acquiſivit. eaque ſoluta diſſolui hypothecã. Quod idem Bart.Bald. & plerique alij tradiderunt.in l.2.C. de prædijs & alijs rebus minorũ.Quibus contradicit,dubitanter tamen Didacus Couuaruias, loco citato. in eã inclinans ſententiã, quod poſſeſſori hæc facultas tribui non debeat: quid enim ſi alluvione aut alio fortuitò caſu res ſit meliorata, iniquũ erit

erit(vt ipſe ait) creditorem à poſſeſſore excludi,oblato pretio rei quod erat antequã poſſeſſori acquireretur: Cũ omnis rei melioratio etiam poſtea contingens hypothecæ ſubiaceat.d.l.ſi fundus in p.Sed rectè hanc rem expendiſſe videtur Carolus Molinæus, loco citato. dum ampliationem prædictam non ſimpliciter intelligit, ſed reſtringit ad meliorationes factas ſumptu & induſtria poſſeſſoris: ſecus aſſerens in melioratione contingente caſu fortuitò, per alluvionem, per extinctionẽ vſufructꝰ morte vſufructuarij, aut ipſo tẽporis lapſu variante rei pretio, vel alio ſimili caſu. Tunc enim poſſeſſor oblatione ſua non excludet creditorẽ, à beneficio,& hypotheca iſtiuſmodi meliorationũ. Id quod eleganter probat Petrus Royziꝰ deciſione Lituanica quin-
30 ta numero 390. Rurſus † procedunt
prædicta,in Vaſallo,& emphyteuta, ſi feudum & emphyteuſis revertatur ad dominum,l.vnicam § tractat. C. de rei vxor.action. & directo dominio conſolidetur, citra culpam: puta propter defectum linæ, vel temporis lapſum, ſi ità limitatum erat feudum vel emphyteuſis: Nam dominus tenetur pretium meliorationis Vaſallo vel emphyteutæ ſoluere.l.1.§.ſi vaſallus.l. 2.C. de jure emphi.ſecus ſi ob culpam, ingratitudinem forte(quam feloniam vocant) aut propter canonem non ſolutũ emphyteuſis fiat caduca: Nã hoc caſu meliorationes Vaſallus,& emphyteuta amittunt. Vt hæc & alia pleraque pulchrè explicant in hac materia, Carolꝰ Molinæus loco citato. Et Arnoldus Ferronius in conſuetud. Burdegal.tit. de do-

te.§ 10. & 11. Additque Molinæus † 31
ſuperiora quæ de tertio poſſeſſore dicta ſunt,procedere non tantũ contra ſimplicem creditorem pignoratitium vel hypothecarium,ſed etiam contra eum qui habet dominuim vtile, vel rei vindicationem,in ſubſidium tamen, & de jure ſpeciali,vt ſi res empta ſit á marito pecunia mulieris. Quod eſt notandum pro ijs qui emũt domos veteres & ruinoſas,& poſteaquã eas ſplendidè & vtiliter repararunt, advolant priores creditores,eas publicè venditioni exponẽtes,quã emptor impedire poteſt, intercedendo pro meliorationibus modo, & ratione prædicta. Præterea † quæ de 32
vindicatione,& noxali judicio, de creditoribus hypothecarijs, de Vaſallo, emphyteuta,& ſimilibus dicuntur, locum habent etiam in eo qui fideicommiſſo eſt gravatus, & in vſufructuario ſi in res reſtitutioni obnoxias impenſam fecerit,l.domus, & ibi Bart. Bald. Alexander & alij de lega. 1. Caſtrens. Con.425.ſuper 1 queſt.lib.1.dummodò tamen impenſa ſit magna, & notabilis: Nam paruæ impenſæ non recuperantur ab vſufructuario & ſimilibus, ſed compenſantur cũ fructibus. Caſt. Conſ.citato l.omnimodo ff.de impenſis in res dot. factis. Quod eleganter Baldꝰ Conſ.303.in Criſti nomine.lib. 1. confirmat, conſulendo ſuper expenſis pro cuſtodia rei pignoratæ, vel quæ retractui & revenditioni ſubiacet factis. Quæ autem ſint paruæ & magnę impenſæ,relinquitur arbitrio judicis æſtimandũ,ex perſonarũ & rerũ qualitate.l. 1. de jure delibe.Gloſſ.in d.l.omnimodo. Et † quod de maioribus im- 33

Digitized by Google

penſis recuperandis dicitur, intelligere
oportet, ſi poſſeſſor qui ſumptum fecit,
nullos fructus percepit: Nam ante om-
nia compenſatio fructuum eſt admit-
tenda, cum impendijs, etiam à bo-
næ fidei poſſeſſore factis, ità vt admiſſa
compenſatione fructuum, ſuperfluum
meliorationum dominus rei reſtitue-
re cogatur, Tex.h.in l.ſumptus, & in l.
emptor. ſiue fructus percepti ſint natu-
rales, ſive civiles: quoniam omnes ean-
dem in reſtitutione naturam & regu-
lam habent, l. prædiorum ff.de vſur.
ſive ante ſive poſt litem conteſtatam
ſint percepti, l. quod ſi ſumptus ff. de
pet.hæred.& l.in inſulam §. fructus ſo-
34 lut.matrimo. Ita vt meritò † notata ſit
ſententia Accurſij in d.l. ſumptus. vo-
lentis ſumptuū cōpenſationē fieri dū-
taxat cū fructib⁹ antè litē cōteſtatā per-
ceptis: quia litis cōteſtatio nō impedit,
ſed magis coadjuvat hanc cōpenſatio-
35 nē. Verū † difficultatē faciunt duo re-
ſponſa, in d.l.ſumpt⁹.& in d.l. emptor.
in quib⁹ cōpēſatio fructuū, diſertis ver-
bis coarctari videntur, ad fruct⁹ ante litē
conteſtatā perceptos. & conſequēter, ad
ſumpt⁹ qui ante litē coteſtatā facti ſunt,
fructuū colligēdorū gratia, vt multi in-
telligunt. Quos noviſſimè ſecuti ſunt
Iohannes Cop⁹ Parriſienſis in tractatu
de Fructib⁹ & Andr. Tiraquell. in tracta
tu conſang. glo. 1. n. 24. Georgi⁹ Haloā-
der animaduertēs, alio pertinere illa re-
ſpōſa, verba Papiniani immutavit. Et v-
bi cōmunis lectio, atq; etiā exēplar Flo-
rentinū habet, Ante litē conteſtatā, ſen
tētiā Papiniani prorſus immutata legit,
poſt litē cōteſtatā. Sed lectio mutatio-
q; Haloandri (licet multi neoterici etiā
magni nominis eū ſequātur) nimiū te-
meraria videtur, & ad juſtitię ęquilibriū
revocata, ratione deſtituitur; ęquè vt ſu-
perior Copi Tiraquelli, & aliorū ſentē-
tia. Papinian⁹ enim nō agit de ſumptib⁹
fructuū cauſa factis vt priores illi volue-
rūt, ſed de ſumptib⁹ in rem ipſam, & in
prędiū quod alienū eſſe apparuit, à bo-
næ fidei poſſeſſore factis, & quib⁹ (vt ait
Papinian⁹) prædiū eſt meli⁹ redditū. Et
nō de fructib⁹ poſt litē cōteſtatā percep
tis, eſt Papiniano ſuſcepta diſputatio (vt
Haloander putavit) ſed de fructib⁹ per-
ceptis ante litē cōteſtatā, de quib⁹ an cō
penſarentur magna erat diſputatio. Nā
cū bonæ fidei poſſeſſor fruct⁹ ante litē
cōteſtatā perceptos, & conſumptos, na-
turali rationi lucretur pro cultura, &
cura l bonæ fidei ff. de acqui rer. dom.
videri poterat, eorum rationem haberi
nō debere in minuendis impēſis, quib⁹
res ipſa pretioſior facta eſt. ſed in cōtra-
riū pōderavit Papinian⁹, majorē æqui-
tatis juſtitięq; rationē. Etenim † cū ob 36
ſumpt⁹ in rē alienā factos poſſeſſori nō
cōſulatur niſi per retentionē ex æqui-
tate, juſtū fuit, æquitatē illā pro poſſe-
ſſore ſtantē, tēperari contraria quadam
ęquitate, quā replicando adverſus doli
exceptionē oppoſitam, obijcere poteſt
domin⁹, rei ſuæ reſtitutionē deſiderās,
oblata præſtatione ſumptuū ad vtilita-
tē rei factorum, quatenus fructuū etiā
ante litē conteſtatā perceptionē exce-
dūt. Quoniā quod poſſeſſor propter bo-
nā fidē lucretur fructus, non proficiſci-
tur ex ſummo jure, ſed ex ęquitate, quę
ceſſat, vel potius moderationem admit-
tit, quotiens poſſeſſor vltra lucrum
fructuum, pro retentione ſumptuum
in

Digitized by Google

in re aliena factorum laborat, cum periniquum ſit, & domino rei nimis oneroſum, ſi poſſeſſor & ſumpt⁹ omnes reciperet, & ſimul lucretur fructus ante litē conteſtatam perceptos. Adeò vt æquitas quæ poſſeſſori lucrum meliorationū attribuit, moderationē eā recipiat, vt cū ſumptibus meliorationū, fructus etiā ante litem conteſtatam ex re aliena percepti compenſentur, ex æquiſſima & veriſſima Papiniani ſententia. in d. l. l. ſumptus. & in d l. emptor. Quā
37 † vſus forēſis & praxis quotidiana obſervat. Ita vt licet ab interpretibus in cōmentarijs neglecta, & ignorata fuerit, conſulendo tamen rectè eam perceperint Paulus Caſtrenſis Cons. 247. Col. f. lib. 1. & Soſinus Cons. 184. in fine lib. 2. Ex quibus intelligitur à veritate alienā eſſe correctionem Haloandri, nec ſubſiſtere ea quæ de hac re traduntur à Iohanne Copo. & Andr. Tira-
38 quello locis citatis. Prætereà † ſequitur non rectè referri à Papone, in arreſt. Galliæ. tit. de reſt. fruct. cap. 14. vel non firmiter ſubſiſtere arreſtū Pariſienſe, quo ſcribit, retractatā fuiſſe ſententiam inferioris judicis, qui fruct⁹ etiā ante litē conteſtatā perceptos, cū ſumptibus
39 compenſari juſſerat. Illud † verum eſt hanc compenſationem fructuum, etiā ante litem conteſtatam perceptorū (nā de poſtea perceptis nulla eſt dubitatio) fieri ex Papin. ſententia, quādò percepti ſunt fructus ex re prorſus aliena, & in qua poſſeſſor non habet cauſſam ab agente ad rem & fructus, vt rectè Baldus annotavit. d. l. in inſulā §. fructus. & in l. divortio §. impendi. ff. ſolut. matri. Secus eſt enim ſi percepti ſunt fructus ex re propria, quamuis reſtitutioni ſubjecta, vt eſt illa quæ ex fideicommiſſo, vel jure retractus, aut finita cauſſa Feudi vel emphyteuſis reſtitui debet. gloſ. Bart. & alij in d. l. emptor. Tiraquell. loco citato. Aut ſi res quidem aliena ſit, ſed poſſeſſor cauſam habet ab agente ad rem & fructus vt in colono, in marito dotem accipiente, & ſimilibus. Auguſt. Beron. queſt. 22. Vnde † ele- 40
ganter diſtinguit Rollandus à Valle, Cons. 30. an quis ſimpliciter ſumptum fecit in re aliena, & ex ea fructus receperit: an verò in re ſua quam per fideicommiſſum aut alia ex cauſſa reſtituere tenetur. Nam priore caſu fit compenſatio fructuum cum impenſis, poſteriore verò caſu ceſſat compenſatio: niſi agatur de pacto legis commiſſoriæ, addictionis in diem, & alijs ſimilibus. In quibus ex poteſtate conditionis reſolutiuæ, fructus & omnes aliæ acceſſiones reſtituūtur & ſequuntur conditionem rei principalis. l. item quod dictum de addic. in diem. Proximum
† eſt prædictis vt alia moderatio ſubij- 41
ciatur: nam vt primo quod poſſeſſor impēdit deducitur ex fructibus perceptis, & reditu rei, reſtituiturque id ſolum quod reliquum eſt, & ad quod fructus non ſufficiunt, d. l. ſumpt⁹. & l. emptor. & l. imperator. de in diē addic. Ita id ipſum quod eſt reliquū, nō reſtituitur ſecūdū tēp⁹ quo facta eſt impēſa, ſed quo res ipſa reſtituitur, ita vt earū impēſarū æſtimatio, fiat tantū de extātib⁹ ſecūdū præſentem rei ſtatum. Tex. h. in l. in fundo ff. de rei vind. And. Tiraq. de retract. Conven. §. 5. Gloſ. 4. & §. 1. in p. Natta Cōſ. 3. in fin. Adeò vt impēſæ

olim factæ,quarũ hodie nulla eſt vtilitas,repeti nõ poſſint,niſi agatur petitione hæreditatis,in qua impenſæ non extantes veniunt ſpeciali æquitatis ratione,propter perſonales præſtationes,atque potentiã juris vniverſalis, l. planc. ff.de pet.hæred. quę ceſſat in ſingulari judicio,quod eſt ſtricti juris: & ſimplici poſſeſſore,qui eas impenſas tantum recuperat,quibus res facta eſt pretioſior,Tex.in d.l.in fundo. inſpecto tempore ſolutionis faciendæ,l. domus hæredit.de legat.1.DD.in d.l.in fũdoCarol.Mol.in conſuet Parriſien.tit.1.§.1. gloſ.5.n.97.& 98. Ludovvicus de Molina de Hiſpano.primog.lib.1.cap. 20. nu.13.rejecta cõtraria opinione Baldi. & Iaſonis.ſiue agatur de neceſſarijs ſiue vtilibus impenſis,id quod eleganter expreſſit Vitruvius Architecturæ lib.2.c. 8. dum ita inquit : *Itaq; cum Arbitri communium parietum ſumuntur,non æſtimant eos quanti facti ſunt,ſed quanti rem pretioſiorem reddunt.* Et ſi quid ex veteri pariete in novum conjectum ſit deduci ex æſtimatione oportet.l. ſi non fuit.ff.de damn.infec. Quod ingenioſè explicat Cœlius Caling. Epiſt.quęſt. lib.2.haberurq; in hujuſmodi ęſtimatione,non tam ratio valoris ipſius rei, quam fructuum & reditus inde provenientis: vt in turri cujus impenſa annuum reditum ſuperat. l. ſi fundus ff. de reb.eorum qui ſub tut.Neq; ſemper
42 † reſtituitur verum pretium meliorationis,& juſta æſtimatio,ſed plerumq; longè minus:puta ſi valor ſuperet quãtitatem impenſarum,vt ſi poſſeſſor impenderit centum, fundus autem inde melior factus ſit in centum & quinquaginta , dominus tantum centum reddere cogetur.hoc eſt tantum quantum impenſum eſt,& non tantũ quantum res melior facta eſt.Quia vt Celſus ait,in d. l.in fundo.Si plus pretij fundo acceſſit, tantum quantum impenſum eſt redditur. Quod & Canon probat, in c.1.de reſt.in integrum.Licet è contrario,ſi centũ impenſa ſint, & melioratio facta ſit in quinquaginta, dominus liberetur reſtituendo quinquaginta, quibus fundus factus eſt pretioſior. In vniverſum enim conſtitutũ eſt , non debere infinitam aut incertam ęſtimationem fieri,puta ob tectoria & picturas.Licet enim ob hæc magna erogatio facta ſit, tamen moderata æſtimatio facienda eſt: quia honeſtus modus ſervandus eſt , non immoderata luxuria cujuſque ſubſequenda, l. ex damni ff. de dam.infecto. Quæ omnia non ſolũ in ſimplici poſſeſſore, ſed & in quolibet alio titulum & cauſſam poſſidendi habente obtinent. Veluti in gravato per fideicommiſſum,d. l. in domo. in emphyteuta, in Vaſallo, & ſimilibus, Rollandus à Valle cons.28.Vndè † apparet, minus durum eſſe quod ſcribit 43
Baldus,pręcisè ſtandum literæ textus, diſponentis quod dominus ſoluit omnes expenſas factas in meliorationem: Quoniam id ſemper inſpicimus quod eſt levius domino rem ſuam repetenti. Adeo vt ſi plus impenſum eſt quã res valet, ſufficiat meliorationis pretium reſtituere. Si verò melioratio excedat pecuniam expenſam , ſufficit id quod impenſum eſt refundere d.l.in fundo. Et † hoc in ſumptibus neceſſarijs. In 44
vtilibus verò adhuc minus juris habet

poſſeſſor:

poſſeſſor: Nam ſi magna ſit impenſa,
quam dominus fundi non erat factur',
id ſolum conſequetur vt poſſit tollere
inædificatum, illæſo priſtino rei ſtatu,
niſi dominus paratus ſit tantum dare,
quantum habiturus eſſet poſſeſſor his
rebus ablatis. vel niſi dominus fundũ
reſtitutum ſit diſtracturus. Plerumque
45 † etiam amittit poſſeſſor omnes impẽ-
ſas, veluti ſi puerum aut ſeruum artifi-
cem fecerit, ſecundum ea quæ ſuperius
ſunt tradita. Plura de hoc articulo, & ad
limitationem, & declarationem prædi-
ctorum pertinentia, ſcribit Andr. Tira-
46 quell. locis citatis. Reſtat † paucis vi-
deamus, quo modo ſiue quà via, impẽ-
ſæ & meliorationes peti & obtineri
debeant. Et traditum eſt judicem ex
officio ſe debere informare, & æſtima-
re impenſas, conceſſa rei retentione,
donec æſtimentur & ſolvantur impen-
ſæ, Corneus. Cons. 102. nu.7. Feli. in
c. de quarta. de præſcriptionibus. Ete-
nim ſolum exceptionis beneficiũ hoc
caſu eſt proditum, cujus objectu po-
ſſeſſor impedit & remoratur rei ipſius
reſtitutionem. Vſque adeò vt etiamſi
impenſæ non ſint liquidæ, reſtituere ta-
men non teneatur rem ipſam, niſi ſo-
lutis impenſis poſt earũ liquidationẽ,
d. l. ſervus in f. ff. de condit. & demonſt.
latè And. Tiraquel. d. §. 7. gloſſ. 1. n. 13.
Adeò vt facultas retinẽdi, quę fit prop-
ter expẽſas neceſſarias vel vtiles factas.
in re aliena, tranſeat etiam ad ſingularẽ
ſucceſſorem, Alex. in l. ob judicium §.
1. ff. communi dividundo Aret. in l. ſi
quis rem in f. de acq. poſſeſſ. nec oblata
cautione perimatur, And. Tiraq. in d.
§. 7. niſi res longam indaginem deſi-
deret, & liquidatio perplexitatem, & di-
fficultatem habeat. quo caſu ſufficeret
oblata cautio fidejuſſoria. vt eleganter
ſcribunt Petrus de Anchorano Cons.
33. poſt. princ. & Andreas Barbatia,
Cons. 36. parte ſecunda. Ex quibus fit,
quod regulariter nõ condemnetur po-
ſſeſſor ſimpliciter ad rei reſtitutionem,
ſed cum adjectione & temperamento,
vt eam faciat recuperatis impenſis, &
meliorationibus, quandò exceptio an-
te ſententiam fuit oppoſita. Quod † ſi 47
poſſeſſor eam prætermiſerit, poterit ad-
huc in executione ea ſe tueri & reſtitu-
tionem rei differre, quoniam non ar-
guit ſententiam iniquitatis, neque eſt
propriè peremptoria, ſed magis dilato-
ria, And. Tiraquel. in d. §. 7. nu. 16. Ni-
colaus Boerius deciſ. 43. nu. 9. Exem-
plo exceptionis rei non traditæ, vel
pretij non ſoluti, quæ in executione
rectè proponitur, eamque ſiſtit & re-
moratur, etiamſi exceptio ſumptuum
aut meliorationum altiorem requirat
indaginem, vt pulchris rationibus pro-
bat Capitius deciſ. 17. Secus † eſt in ex- 48
ceptione ſeu petitione damnorum, &
intereſſe, l. Iulianus §. ferri. ff. de act.
emp. l. ſi in rem §. fin. ff. de pign. actio-
ne. Nã hæc nõ retardat executionem,
& reſtitutionem rei, ſed damna quæ
liquida ſunt reddi jubentur, & pro illi-
quidis cautio præſtatur. Nec † eſt præ- 49
termittendum neceſſariam eſſe proba-
tionem meliorationum, ex parte illius
qui ſumptus ſibi reddi poſtulat, l. im-
perator ff. de in diem addict. Quæ
ſumptuum & meliorationũ probatio,
difficultatem & plerumque etiã mag-
nos ſumptus & laborẽ habet. ob quod

Digitized by Google

neceſſaria eſt diligens cautio in Advocatis, vt in meliorationum materia, benè deducant & articulent, & articulatas meliorationes ſufficienter probent: vel ſi difficultatem probationis proſpiciant, ſuadeant parti ſuæ, vt quauis occaſione viam tranſactionis arripiat, ad evitationem maximarum moleſtiarũ & impenſarum, quas pro recuperandis meliorationibus quotidiè fieri vi-
30 demus. Poſt † reſtitutionem autem factam, bonæ fidei poſſeſſori nullo modo conſulitur, quia vix eſt, & non niſi ex ſumma æquitate, vt retentionem habeat pro impenſis in alieno factis, quæ naturali ratione ſequuntur ſoli dominum. Neque hic competit aliqua perpetua exceptio, ſed tantum retẽtio, & in conſequentiam retentionis, exceptio temporalis quæ poſt reſtitutionem extinguitur; denegato omni alio remedio. Niſi agatur de hærede gravato per fideicommiſſum, qui etiam poſt reſtitutionem condictionem habet, L. qui exceptionem §. ſi pars. ff. de condic. indebiti. l. ſi res. ff. ad Trebell. quoniam non in alieno, ſed in ſuo ædificavit, aut ſumptum fecit. Ex quibus intelligitur 31
earũ demũ meliorationũ æſtimationẽ repeti poſſe, ex quibus facto induſtria & impenſa hominis, res eſt aucta & melior reddita, & quæ per ſe ſubſiſtunt, & à re principali ſeparari poſſunt: Nam in augmento ſeu acceſſione intrinſeca, & quæ abſque facto hominis ex natura rei contingit aliter ſervatur, ſive agatur de Feudo, emphyteuſi, Majoratu, Vſufructu, vel alio jure finito. Quod eleganter per diverſas facti ſpecies, in vſu forenſi frequenter controverſas, explicat Lodovvicus de Molina de Hiſpanorum primogeniorum origine ac natura libro primo. cap. 10. 11. & 26.

SVMMARIA.

1. *L. ſi quæ ſunt Cautiones ff. fam. herciſ. mendo liberata.*
2. *Exempla inſtrumentorum quandò probent.*

CAPVT SECVNDVM.

1 IN † l. ſi quæ ſunt cautiones ff. famil. herciſcund. Ità legitur: *Cæteri deſcriptum & recognitum faciant.* quæ imperfecta videntur, & addita voce *Exemplum* ita emendari poſſunt. *Si quæ ſunt cautiones hæreditariæ, eas judex curare debet, vt apud eum maneant qui maiore ex parte hæres ſit, cæteris deſcriptum & recognitum exemplum faciat.* Secundum Græcorum ſententiam qui legerunt, & cæteris dat exempla. Et veriſimile eſt dictiones illas *deſcriptum* & *recognitum* a Triboniano, Irnerio, vel alio antiquo, interpretationis gratia additas eſſe, cum prius ſimpliciter legeretur, *Cæteris exemplum faciat*, vti Græci vertunt, & in præcedẽti Vlpiani reſpõſo legitur in l. cæteræ. in fin. ff. eod. his verbis: *Hæredem enim exempla dare debere.* Qua ratione inſtrumenta emptionalia

Digitized by Google

tionalia debent remanere penes auctorem qui de evictione tenetur, præſtita cautione de illis exhibendis cum fuerit neceſſe. l. inſtrumentum C. de fideicōmiſſis l. Titi⁹ heres Sempronij. & ibi Sa-
2 li. & alij de Actio. empti. Quod † autē ad exempli confectionem attinet, neceſſe eſt eam fieri per cognitionem ſeu ex mandato judicis, parte vocata, niſi pars ſeu adverſari⁹ ſit pręſens, Domini. de rota deciſ. Fuit dubitatum vtrū inſtrumentum cum ſeqq. in antiquis & deciſ. 620. Si compulſoria in novis. aut exempla ſint facta per eundē Notariū qui originalia confecerat inſtrumenta, Rota deciſ. 390. Nota inſtrumenta extractâ in novis. vel agatur contra eū qui exemplū produxit. l. ad hæc. C. de fid. inſtr. Et ita contra tutorem probatur ex inventario, licet non appareant originalia inſtrumenta. De quo plura videri poſſunt apud Alphonſum Diaz, parte 3. tit. 19. l. 8. 9. & 10. Ad protocollum quandò recurrendum ſit, & qui tranſumptum petere poſſint, & quibus protocollum ſit exhibendum tractant Ioannes Gallus in Arreſtis parlam. Parriſien. deciſ. 32. & Octavianus Cacheranus in deciſ. ſenatus Pedemont. deciſ. 16.

SVMMARIA.

1. *In l. fin. C. de teſt. milit. vetus lectio defenſa.*
2. *Tribunatus numerorum quid fuerit.*
3. *Adoleſcentes ad delectum cogi ſolitre. & 4.*
5. *Impuberibus, honores dignitatum militarium & olim fuiſſe collatos, & hodiè conferri. & 6.*

CAPVT TERTIVM.

1 IVſtinian⁹ † Iohanni Præfecto Prætorio ita ſcripſit. in l. fin. C. de teſt. milit. *Licet antiquis legibus permittebatur pupillis, ſi tribunatum numerorum merebantur vltimū elogium cōficere poſſe: Attamen indignum noſtris temporibus eſſe videtur, eum qui ſtabilem mentem nondū adeptus eſt. propter privilegia militū ſapientium hominum jura pertractare, & in tam tenera ætate, ex tali licentia, parentibus fortè ſuis vel alijs propinquis nocere.* Cujus reſcripti prima verba mendoſa eſſe ſcribit, Iacobus Rævardus, variorū lib. 4. cap. 8. Et ita emendari debere vt pro, *tribunatu numerorum* legamus, *in tribunatu numerorum*, ea nimirum ratione & forma, qua *(in officio tui culminis merendi licentiam habent)* Præfecto cuidam Prætorio reſcripſit imperator Conſtantinus, in l. vlt C. de caſt. pecu-
lio. Nā † cū Tribunat⁹ numerorū, ſig- 2
nificet militū tribunatū, quē qui gerit militū tribunus eſt, & Cohorti aut Legioni præpoſitus; in quo & armorum ſcientia, virtus corporis, morumq; honeſtas & ſollicitudo requiritur, credibile non eſt (inquit Rævardus) militarem tribunatus hujuſmodi dignitatem, à

Digitized by Google

Romanis Principibus in pupillos vnquã collatã fuiſſe. Ideoq; Iuſtiniani lòcum accipiendũ eſſe, de pupillo qui in numeros collatus, & in aliquã cohortẽ receptus eſt, id eſt in Tribunatu numerorũ meretur, & militiã incipit addiſ-
3 cere: Adoleſcentuli enim † vt author eſt Plinius lib. 8. Epiſtolarum. ſtatim caſtrenſibus inbuebantur, vt imperare parendo, duces agere cum ſequerentur aſſueſcerent. Eoque pertinet quod ſcribit Vegetius lib. 1. cap. 3. *Si antiqua (inquit) conſuetudo ſervanda eſt, incipientẽ pubertatem ad delectum cogendam, nullus ignorat*. quam quidem incipientẽ pubertatem omninò referendam putat Ræuardus, ad id quod Iuſtinianus de
4 pupillis ſcribit d. l. vlt. Sed † Ræuardo refragantur & Iuſtiniani & Vegetij verba. Iuſtinianus enim agit de pupillis in tenera ætate conſtitutis, & ſtabilem mentem atque robur virile nondum adeptis. Vegetius verò de incipiente pubertate, que (vt ipſe Iuſtinianus ait) ante completum decimum quartũ annũ, & finitã pupillarẽ ætatem non accipit initium, §. 1. inſt. quibus modis tut. finitur. Præſertim ſi agatur de ætate militum, qui non niſi poſt pubertatẽ, & primo flore ætatis, dum per ætatem militarem laborem ferre poſſunt, militiæ aſſcribuntur. Alexander ab Alexandro genial. dierũm lib. 1. cap. 20. Ob quod Ræuardi opinio reijcienda eſt, & lectio vetus retinenda. Et † quod 5
Iuſtinianus ſcribit, in d. l. vltima. Tribunatum numerorum apud impuberes olim fuiſſe, referendum videtur ad imaginarium militiæ genus, ſeu codicillarem, & nudam ſine adminiſtratione dignitatem: Nã Suetonius in Auguſt. cap. 38. ſcribit, Auguſtum Senatorum liberis, non Tribunatum modo legionum, ſed & Præfecturas alarũ dediſſe: ſed abſque adjuncto vt videtur labore militiæ, vt Cicero ſcribit in Epiſt. 8. lib. 1. *Et ſimul ſum admiratus* (inquit) *cur tribunatus commoda, dempto præſertim labore militiæ contempſeris.* Id quod ex Vopiſco, Appiano, Tacito, & alijs Petrus faber in l. fœminæ. ff. de reg. juris. pertractat latius. Quibus addi poſſunt ſcripta Lelij Taurelli, in tractatu ſuo de Militijs. Quo † modo etiã 6
nuper Ordines Belgij illuſtriſſimũ Fredericum, juniorem filium C M. Principis Auriaci in decimo ætatis anno legioni militum præfecerunt.

SVMMARIA.

1. *Libera legandi facultas L 12. tab. permiſſa.*
2. *L. Furia & Voconia legandi libertas coanguſtata.*
3. *Prohibitionem L. Furiæ generaliter ad omnes pertinuiſſe. & 4.*
5. *Exceptis tamen certis perſonis quibus plus mille aſsium capere licebat.*
6. *L. Furia hodiè per L. Falcidiam abrogata.*

CAPVT QVARTVM.

Decem-

1 DEcemviri † in 12.tab.Ita ſcripſerunt: *vti quiſq; legaſſet rei ſuæ ità jus eſto.* Quibus verbis latiſſima poteſtas tributa fuit, & hæredes inſtituẽdi,& legata, & libertates dandi, tutelas quoque conſtituendi. Et adeò liberã fuiſſe legandi poteſtatem ex Lege 12.Tab.ſcribit Iuſtinianus inſt.ad.l. Falcid.in princ. vt liceret vel totũ patrimonium legatis erogare. Ita enim in ea cautũ erat. *Vti quiſquè legaſſet rei*
2 *ſuæ ità jus eſto.* Quod † deinde lege Furia & Voconia coanguſtatum fuit, *Tulit apud maiores* (inquit Cicero in oratione pro Balbo) *legem C.Furius de Teſtamentis L. Voconius de mulierũ hæreditatibus,* Lege Furia,vt Theophilus ait inſt.ad l. Fal. jubebatur,legatarijs non amplius mille aureis legari poſſe, qui plus accepiſſet,id quod plus eſſet quadruplicatũ reſtitueret, quod Vlpianus confirmat ità ſcribens *Lex Furia teſtamentaria plus mille aſsium legati mortiſue cauſa prohibet capere.* Eodem quoq; pertinere videntur Varronis verba lib.4. de lingua latina. *pro aſsibus nonnunquam æs dicebant antiqui,à quo dicimus mille æris lega-*
3 *ſſe.* Quæ † cum liberam legandi facultatem nimium coartare videbantur, Franciſcus Hotomann⁹,de re nummaria, legis æquitatem ſive cauſſam aliquam probabilem inquirendam arbitratur. Et ipſe non exiſtimat,in vniverſum ita cautum fuiſſe , nè quis civis Romanus plus mille aſſes legaret. Si quis amplius ſibi datum,mortiſuè cauſa relictum cepiſſet, quadrupli pœnam ſubiret. ſed proprie hanc legem latam arbitratur adverſus libertos, præſertim cœlibes,nè ſuam hæreditatẽ, patronis ſuis naturali quodam jure debitam, legatis aut exhaurirent aut onerarẽt. Cujus rei argumento eſſe recitat alteram regulam ejuſdem Vlpiani cujus hæc verba ſunt, *Septimo gradu datur bonorum poſseſsio cognatis manumiſſoris,quibus per l. Furiam plus mille aſſes capere liceret , ſi nemo ſit ad quem bonorum poſſeſsio pertinere poſsit.* In † quo ego ſubſiſtendum 4
arbitror,propter generalitatem l. Furiæ à Iuſtiniano & Theophilo relatæ. quã Antonius Auguſtinus quoque ſecutus eſt,in tractatu ſuo de legibus. Et quia Vlpia.in vniverſum legem latam fuiſſe indicat,exceptis certis perſonis quibus plus capere licebat. Id † quod altera re- 5
gula Vlpia.ſub titulo de poſſeſſionibus dandis evidentius confirmatur. Nam Vlpianus in ea non coarctat legem Furiam ad libertorum hæreditatem, ſed in contrarium exceptionem à regula proponit,qua permittitur cognatis manumiſſoris, ex bonis libertorum, per legem Furiam plus mille aſſium capere. Per quod regulæ generalitas confirmatur , & conſtans Hotomanni aſſertio ſubuerti videtur. Et vt vt ſit,certum 6
eſt legem Furiam abrogatam eſſe lege Falcidia lata, quantamcunq; enim pecuniam dari legarive permiſſum eſt, dummodo ex eo teſtamento , quarta portio hæreditatis apud hæredem remaneat.l.1.ff.ad l.falc.

SVMMARIA.

Digitized by Google

1. *L. bovem § mortis de Ædil.edict. reſtituta. & 2.*
3. *L. imperatores, itemque l 3 ff. de bon. eor. qui ante ſent. vera lectio. & 4 5.*
6. *Eorũ qui mortẽ ſibi conſciverunt variã exempla. & 7.8.9.10.11.12.13.14.16.17.18.19.*
15. *Mors vltronea quando impunita & 27.*
20. *Metu pœnæ mortem ſibi conſciſcentium pœna.*
21. *Heredes ſemetipſum occidentis innocentiam probantes bonorum confiſcationem effugiunt.*
22. *Mortem vltroneam de conſuetudine varie puniri. & 23.24.25.26.*
28. *Mortem ſib inferre ignaviæ non fortitudinis eſt. & 30.*
29. *Flauij Ioſephi exemplum.*

CAPVT QVINTVM.

1 APud † Paulum in l. bouem. §. mortis. ff. de Ædil. edict. in quibuſdam codicibus ita legitur. *Mortis concupiſcendæ cauſſa ſibi quid facit, qui propter nequitiam maloſq; mores, flagitium, vel aliquod admiſſum, mortem ſibi conſcire voluit.* Vbi recti⁹ ex Norico libro ita legi poteſt, *Mortis concupiſcẽdæ cauſſa quid facit, qui propter nequitiã, maloſuè mores, flagitiumue aliquod admiſſũ mortẽ ſibi cõſcire voluit*, expũcta litera l. & cõmutata particula *vel* in *ve*. Et
2 † vt in ſuperiori articulo Haloandri lectio eſt perfectior, ita in ſequentib⁹ verbis Haloãdri codex ex alijs emendand⁹ eſt, vt videlicet nõ legatur, *niſi dolorem corporis non ſuſtinendo vt id fecerit.* Sed ſecundum tenorem aliorum codicum, *non ſi dolorem corporis non ſuſtinendo id fecerit.* Articuli enim ſunt diverſi, qui potius per oppoſitionem quam per ex-
3 ceptionẽ conjungũtur. Vitioſa † quoq; eſt Haloãdri lectio, in alio IC. reſpõſo, ad hanc materiã pertinẽte. in l. imp. ff. de bon. eorũ. qui ant. ſent. dũ ita habet: *Severus & Antonin⁹ Aulo Iulio, eos qui latrones nominatim corruptis accuſatoribus, diẽ ſuũ obierint, &c.* Reponendũq; eſt ex emendatioribus libris: *Impp. Severus, & Antoninus Iulio Iuliano*, ſeu poti⁹ *Aulo Iuliano, eos qui à latronibus nominati corruptis accuſatoribus. &c.* Sed † 4
juſta eſt dubitatio in Martiani reſpõſo, in l. 3. §. 1. de bon. eorum qui mort. ſibi conſc. vtra lectio alteri palmam præripiat. apud Haloandrum ita legitur. *Qui rei criminis non poſtulati manus ſibi intulerint, bona eorum fiſco non vindicentur, non enim facti celeritatem eſſe obnoxiam, ſed conſcientiæ metum in reo velut confeſſo teneri placuit.* In editione Gebenenſi & alijs pleriſque ità legitur, *vt qui rei criminis non poſtulati manus ſibi intulerint, bona eorum fiſco non vindicentur, non enim facti ſceleritatem eſſe obnoxiam, ſed conſcientiæ metum in reo velut confeſſo teneri placuit.* Satis manifeſtum eſt in Gebenenſi, & alijs editionibus redundare particulam *vt.* ſed quæſtio eſt anne *celeritatem* an verò *ſceleritatem facti* legere oporteat, nam vox *ſceleritas* non admodum frequens eſt, & an proba ſit, & illi loco conveniat, meritò dubitatur. Scio † gloſſarium editionis Ge- 5
benenſis ſcribere Sceleritatem dici ἀρχαϊκῶς, ſicut dicitur malitas, famulitas,

tas, ſolitas, viciſſitas, ſqualitas, dilucitas, vberitas, ponderitas, & ſimilia. Sed ego apud bonos authores dictionem illam nondum inveni, nec video qua mente, aut ſententia Martiani reſponſo accommodari poſſit: Martianus enim ex Papiniano, celeritatem facti, id eſt præcipitem feſtinationem ad mortem, excuſatam habet; ſed metum imminentis criminis, id eſt contracti ſceleris, & ſceleritatis (vt ita loquar) cõſcientiam notat, arg. l. 1. §. 23. ff. ad S C. Sillanianum. Adeo vt *ſceleritatem* legendo, eadem eſſet ſignificatio duorum articulorum, quos I C. vt diverſos ſeparavit, & ſibi invicem oppoſuit. Credendum itaque eſt, ſcioli alicujus audacia, vel imperitia librarij, dictioni celeritatem literam ſ. fuiſſe antepoſitam. quod tamen omninò non aſſevero, vnicuique ſuum relinquens judicium atque arbitrium.

6 Meritò † autem I C. intereſſe dicunt, & diſtinguunt qua ex cauſſa quis mortem ſibi conſcivit: inveniuntur enim qui tedio vitæ mortem ſibi irrogant, vt Amphion filijs ab Apolline interfectis, de quo Poëta in ibin.

Addidit vt fidicen, miſeris ſua funera natis.
Sic tibi ſint vitæ tædia juſta tuæ.

7 Quidam † etiam impatientia doloris adacti, mortis conſilium repererunt, in quibus Aiax Thelamonius, qui prælato ſibi Vliſſe in armis Achilis, ſuo ſe gladio interemit.

8 Quoſdam † pudor ad mortem voluntariam compulit. Sic Dioxippum vita exceſſiſſe Quintus Curtius refert, lib. 9. ſuę Hiſtoriæ. is enim poſt Horratam Alexandri Magni militem ſingulari certamine ſuperatum, fragrantibus odio in eum Macedonibus, (Alexandro regi ſurrepti aurei poculi quod in ipſius necem ex compoſito miniſtri ſubduxerant, falſo accuſatus) dum conjectum oculorum (quibus vt fur deſtinabatur) ſuſtinere non poterat, convivio excedens, epiſtola quæ regi redderetur conſcripta, ſua ſe manu occidit: & ſæpè (ſicut Quintus Curtius ait) minus eſt conſtantiæ in rubore quam in culpa.

Sunt † quibus idem conſilium 9
vt mori quam vivere mallent, morbi impatientia ſuggeſſit. Quod Pomponio Attico, viro Marci Tullij Ciceronis amicitia & literis claro, accidiſſe memoriæ concreditum eſt. Eum enim ſenem admodum, morbo diu diuexatum, inito moriendi conſilio, victu ſuapte voluntate abſtinuiſſe & vita accepimus.

E. quoque † Proculeum 10
Auguſti Cæſaris familiarem, in maximo ſtomachi dolore, gipſo poto mortẽ ſibi conſciviſſe C. Plinius refert.

Eſt
† & illud Calani priſcæ memoriæ Philoſophi illuſtre exemplum, quod ad trium & ſeptuaginta annorum ætatem, inoffenſa valetudine provectus, aliū tunc correptus dolore, in conſpectu Alexandri Magni (fruſtra vitam retinere ſuadentis, & ab incepto teterrimo eum revocantis) dijs patrijs adoratis, conſcenſo rogo, incendio voluntario occubuit. 11

Scipio † partibus C. Pompeij 12
generi ſui parum fœliciter defenſis, in Hiſpaniam navigans, qua vehebatur nave à Cæſariano milite capta, ferro ſe trãſuerberavit, nè Cęſaris captiuꝰ eſſet. Similis † exitus mortiſque appetendæ

Digitized by Google

cauſſa, Catoni Vticenſi viro clariſſimo, Romanæque ſapientiæ principi fuiſſe memoratur, qui nè & ipſe in Cæſaris victoris veniret poteſtatē, diſtricto gla-
14 diò ſe interemit. Decius † pro Repub. ſe devovit, & in medios hoſtes concitato equo mortem petens irruit. Et plura ejuſdem farinæ exempla refert Petrus Royſius Maureus. in deciſionibus Lituanicis deciſ. 1. nu. 35. cum multis
15 ſeqq. In † quibus ſecundum leges civiles concita mors pœnam non habet, Tex. in l. 1. C. de bonis eo qui. & in d. l. fin. Alij vero conſcientia ſceleris, ſive rei poſtulati ſive in crimine deprehenſi mortem ſibi irrogant. Quemadmo-
16 dum † legitur de Nerone, qui à Senatu hoſtis patriæ judicatus, nè dignas ſui flagitij pœnas Populo Romano perſolveret, ſupplicij ignominiam morte præventam effugiſſe refertur. Eodem
17 † modo Cornelium Gallum Poëtam è vita exceſſiſſe Ammianus Marcellinus eſt author, lib. 17. ſua hiſtoriæ. Quippè cum Ægipti præfectura per avaritiam geſta, furtorum direptæ provinciæ arceſſeretur, acrem nobilitatis indignationem formidans, gladio incubuit.
18 Lucinius † quoque Macer repetundarum poſtulatus, laqueum torſit & vo-
19 lūtaria ſe morte affecit. Scribit † Quintus curtius, lib. 21. ſuę Hiſtoriæ. Dymnum Macedonem, ad conſpectum Alexandri Magni (cui inſidias paraſſe dicebatur) conſcientia ſceleris mortem
20 ſibi conſciviſſe. Multa † ſunt hujuſmodi apud priſcos authores exempla, metu pœnę mortem ſibi irrogantiū, quorum funus non effertur ſolenni ritu, nec lugeri ſolent; & bona eorum fiſco vindicantur. d. l. fin. in prinp. Quod verum eſt, ſi ejus criminis rei fuerint, vt ſi damnati fuerint, morte aut deportatione afficerentur, d. l. fin. §. vt autem divus Pius ff. eo. Nam *divus Pius reſcripſit, ita demum bona ejus qui manus ſibi intulit confiſcari, ſi eo crimine nexus fuerit, vt ſi damnaretur bonis careret, alioqui hæredem habiturus. Prætereà † etiamſi capitalē crimē & mor- 21
te, & deportatione dignum ſit, cujus quis reus poſtulatus ſit, ſi tamen hæredes parati fuerint cauſſam ſuſcipere, & probare atq; oſtendere defunctū innocentem fuiſſe, cōſervant bona, d. l. fin. modò hæredes juſtam rationem innocentiæ oſtendant: quia ab illis probatio exigitur. Denique prædicta omnia locum, habent, ſecundum juris communis conſtitutionem. De conſuetudine † autem, multis locis contrarium 22
ſervatur; Nam ex quacunque cauſa quis ſe interfecerit, ſiue tædio vitæ, ſive ex impatientia doloris, ſiue metu criminis, ſive alia ratione, corpus in ſterquilinio, cum canibus communem ſepulturam habeat, gloſ. in c. placuit 23. queſt. 5. Roma. ſingul. 264. incip. fui interrogatus. Iacobinus de S. Georgio in tractatu de feudis §. dictique vaſalli. nu. 19. vel quod ex conſuetudine magis vſitatum eſt, furca ſuſpenditur, & bona confiſcantur, late Iohannes Igneus. in l. 1. §. ſi ſibi manus ff. ad S C. Sillan. Quo pertinet quod Servius ad illud Virgilij libro 12. ſcribit. de Amata vxore Latini, quæ ipſa ſe ſuſpendit, & nodum informis lethi trabe nectit ab alta. In † libris Pontificalibus cautū 23
fuiſſe legitur, vt qui vitā ſibi finiviſſet,

Digitized by Google

24 is inſepultus abijceretur. Et † referunt
Gelliꝰ lib. 15.c.5.& Plutarchus de cla-
ris mulieribus, ad cohibendum furorē
virginum Melitarum, manus ſibi ſpō-
te inferentium, cautum fuiſſe, vt quæ
virgines corporibus ſuſpenſis mortuæ
deprehenderentur, cum eodem laqueo
quo peruinctæ eſſent, nudæ per forum
25 ad ſepulturam traherentur. Tarquinius
Priſcus cadavera eorum qui ſibi mortē
conſciſcebant, crucibus affigi juſſit,
ſpectanda vnicuique, & feris volucribꝰ
dilaceranda, Plinius ſecundus lib. 36.
26 cap. 15. Lex † fuit in Græcia, ex Græ-
cia deinde in Galliam & Italiam tran-
ſlata, qua is qui ſe interſiceret inſepul-
tus abijciebatur, & bona confiſcaban-
27 tur. Val. Max. lib. 2. c. 1. Quod † de ju-
re limitatur, niſi appareat ex dementia
vel furore mortem interveniſſe, aut ca-
ſu quem prolapſum eſſe in puteū, vel
ex gradibus decidiſſe, aut aliter caſu
fortuitò perijſſe: de qua re, inſignia &
ad vſum praximq́; pertinentia exem-
pla habet Philippus Decius Cons. 438.
Soſinus Nepos Cons. 51. nu. 7. parte 3.
Et Ioannes Babtiſta Ferretus, Cons. 7.
Et ità Franciſco SC. decretum fuiſſe re-
fert Renatus Chopinus de juriſd: An-
degauenſium lib. 1. cap. 42. nu. 10. his
„ verbis. Placuit Domino Regi de mu-
„ liere ſubmerſa, quod quia ipſa aliquan-
„ dò non erat ſui compos, vt relatū fuit
„ Domino Regi, hæredes ipſius in bonis
„ ſuis tam mobilibus quam immobili-
„ bus ſuccederent, nec aliquid propter
„ hujuſmodi caſus, ad Dominum Re-
„ gem deveneret. Et adijcit ſimile exem-
plum Renatus de regio in curia Parri-
ſienſi Conſiliario, qui morbi acuti im-
patientia, in Sequanam amnem ſe cō-
merſerat. Idemque obſervari vidi in
honeſtiſſima vidua Clariſſimi IC.
Gabrielis Mudæi, antea præceptoris, &
poſtea collegæ mei, de me optimè me-
riti. Ex quibus † facilè convincitur, va- 28
nam eſſe opinionem eorum, qui cre-
dunt viri fortis eſſe, mortem ſibi conſ-
ciſcere potius, quam grave aliquod &
acerbum malum perpeti, mortemque
infamiæ præponendam: Nam vt Ari-
ſtoteles tertio Ethicorum ſcribit, non
eſt vera ſed falſa fortitudo ea, qua quis
pro pudore vel honore moritur. Ideo-
que eos qui id faciunt, non fortes ſed
ignavos, paruique & abjecti animi ha-
bendos pronuntiavit: Probant enim
ſe id quod fugiunt ferre non poſſe, ne-
que pares eſſe ei caſui ſuſtinendo, prop-
ter quam vitam relinquunt, quod effæ-
minatam potius animi mollitiem quā
magnitudinem probat. Flavius † Ioſe- 29
phus de bello. Iudaico. lib. 3. cap. 14.
in elegantiſſima oratione quam captus
de morte ſibi non conſciſcenda ad ſo-
cios habuit, hæc pronuntiavit. Ecquid "
tantopere ò ſocij propriæ cædis auidi "
ſumus, aut cur amiciſsimas inter ſe res, "
corpus & animam in diſſenſionem vo- "
camus, mutatum me quiſpiam dicet, "
ſed Romani hoc ſciunt, optimum in "
Bello mori, ſed lege Belli, hoc eſt à vi- "
ctoribus trucidari, proindè ſiquidem "
Romanorum ferrum deprecor, vere "
meo gladio meaque manu ſim dignus, "
ſin illi hoſti ſuo parcendum putant, "
quanto juſtius noſipſi nobis peperce- "
rimus. &c. De † qua re elegantiſſimè 30
quoque ſcribit Auguſtinus, lib. 2. de ci-
vit. dei. Multiſque rationibus oſtendit,

Digitized by Google

Lucretiam Catonem, cæteroſq; hujuſmodi, fruſtra in hiſtorijs à fortitudine laudari. Quibus adde quæ ex Ariſtotele & Euripede refert Antonius Muretus, variarum lect. lib. 4. cap. 2. Etenim verus homicida eſt, & reus homicidij, qui ſe ipſum occidit aut ſpontaneam mortem ſibi infert, ca. non eſt noſtrũ & cap, placuit 23. Queſt. 5. Et formam procedendi contra cadaver ejus qui ſe ſuſpendit præcipitavit aut aliter occidit, pulchrè tradit Ioannes Bacquetus, des droicts de domaine. par. 5. cap. 7. de cas Roiaulx nu. 16. cum ſeqq.

SVMMARIA.

1. *L. cum de indebito ff. de probat. emendata & explicata. & nu. 3. 8.*
2. *In condictione indebiti cui incumbat probatio. & 4.*
5. *Cuiacij opinio reprobata.*
6. *Viſiones quid Iuſtiniano & I C. ſignificent.*
7. *Tribonianum multa I C. reſponſa reformaſſe.*

CAPVT SEXTVM.

1 CVm † de condictione indebiti agitur, quæri ſolet quis probare debeat, id eſt, cui incumbat on⁹ probandi, actori qui ſe ſolviſſe dicit, an reo qui aſſerit ſe debitũ accepiſſe. quod Paulus libro 3. Quæſtio. in l. cum de indebito. ff. de probat. eleganter tractat his verbis: *Cum de indebito quæritur quis probare debeat, res ità temperanda eſt. &c.* omiſſis dictionibus *non fuiſſe debitum,* quæ à Gloſſario ineptè addita, I C. reſponſum obſcurant & conturbant.
2 Nam † quæritur apud Paulum ex vna parte an debitum, ex altera parte an indebitum ſolutum ſit, non quis probare debeat. Quam † rem Paulus ità temperat ac moderatur, vt ſiquidem is qui accepiſſe dicitur rem vel pecuniam indebitam, hoc negaverit, & ipſe qui dederit legitimis probationibus ſolutionem approbaverit, ſine vlla diſtinctione, ipſum qui negavit ſeſe pecuniam accepiſſe, ſi vult audiri, compellendum eſſe ad probationes præſtādas, quod pecuniam debitam accepit: Nam abſurdum eſt, eum qui ab initio negavit pecuniam accepiſſe, poſtquam fuerit conuictus eam accepiſſe, probationem non debiti ab adverſario exigere. Sin verò ab initio confiteatur quidem ſe accepiſſe pecunias, dicat autem non indebitas ei fuiſſe ſolutas, præſumptionem videlicet pro eo eſſe, qui accepit nemo dubitat. Quæ optima eſt ſecundum diverſitatem circunſtantiarum legis moderatio atque diſtinctio, ſi † in verbis illis *rem vel pecuniam indebitam* dictio *indebitam* tanquã 3
inutile gloſſema tollatur: cum alioqui propter qualitatem illam additam, is qui acceperit rectè negaret ſe accepiſſe: Neque enim † cogitur fateri ſe ac- 4
cepiſſe

cepiſſe indebitum, neque ob negatio-
nem indebiti punitur, ſed ob hoc quod
negavit ſe pecuniam accepiſſe. Cum a-
lioqui is qui dedit onere probationis
prægravetur: quia non præſumitur pe-
cunias ſuas jactaſſe, & indebitas effudi-
ſſe. Quæ elegans eſt ratio, & loquendi
phraſis IC. digna. vti & illa eſt quæ ſe-
quitur, *ſin autem is qui indebitum quæri-
tur, vel pupillus vel minor ſit, vel mulier,
vel forte vir quidem perfectæ ætatis, ſed
miles, vel agricultor, & forenſium rerum
expers, vel alias ſimplicitate gaudens, &
deſidiæ deditus, tunc eum qui acceperit pe-
cunias oſtendere debere, benè eas accepiſſe,
& debitas ei fuiſſe ſolutas, & ſi non oſten-*
5 *derit, eas redhibere.* Ita † vt non po-
ſſim probare ſententiam Iacobi Cuia-
cij, obſervationum lib. 21. cap. 26. exi-
ſtimantis omnia præter principium re-
ſponſi Triboniani eſſe, propter prolixi-
tatem, & græcum (vt ipſe putat) ſcribē-
di genꝰ, & deniq; quia dictio *viſionum*,
cujus mentio fit in hoc reſponſo, demū
tempore Iuſtiniani inolevit. Quod à
vero alienum videtur: non enim græ-
cū ſed latinū loquendi genus, in omni-
bus verbis dicti reſponſi, ſecundum e-
6 mendatiores codices invenitur. Et † di-
ctio *viſionum* non eſt ætate Iuſtiniani
adinventa, ſed pervetuſta, vt Antonius
Auguſtinus annotavit. Emend. l. 2. c. 2.
atq; veteribus IC. & oratoribꝰ cognita
& frequentata, nō ſolū in Pauli reſpōſo
in d. l. cū de indebito. verumetiā Vlpia-
ni, l. ſed etſi §. adeo autē ff. de pet. hęred.
in l. quamvis §. ſi mulier ff. ad Velleia-
nū. Et ipſi Ciceroni lib. 4. Academica-
rū, dū ità ſcribit: *Nec poteſt is cui eſt vi-
ſio veri falſiq; communis, vllū habere ju-
diciū, aut vllā omninò veritatis notā.* Di-
cunturq; viſiones, apprehenſiones ſeu
opiniones, referūturq; ad id quod cuiq;
videtur. Quod elegāter cōprobat Quin-
tilianꝰ, quas (inquiens) Græci fantaſias
vocāt, nos ipſi viſiones appellamus, per
quas imagines rerū abſentiū ità repræ-
ſentātur animo, vt eas cernere oculis, ac
pręſentes habere videamur. Quomodo
apparationes nequitia præſtigiatorū in-
ſtructę, in Decretis Cononicis Viſiones
appellātur. Et Angelꝰ Politianꝰ lib. 7. epi
ſtolarū, qui multa vetuſta vocabula in
vſum revocavit, dixit, *pulcherrimas atq;
admirabiles viſiones, nō modò animo con-
ceptas, ſed & oculis repræſentatas.* Et huc
pertinet illud Pſalmiſtæ, pſalmo 88.
Tunc locutus es in viſione ſanctis tuis. Ob
quod nō rectè in marginalibꝰ additio-
nibꝰ ad Paulū & Vlpianū locis ſupra ci-
tatis. in editione Gebenēſi, Viſiones ac-
cipiūtur pro interrogationibꝰ ſeu quæ-
ſtionibꝰ. Scio † quidē ex Iuſtiniani mā- 7
dato in veterū IC. reſponſis, atq; etiā in
eo forte de quo agitur, multa, & maxi-
ma eſſe à Triboniano reformata: adeò
quod nec Principalibꝰ Cōſtitutionibꝰ,
in veteribꝰ libris relatis pepercerit. l. 2.
§. tāta. C. de vet. jur. enucleādo. Sed nō
puto Tribonianū vſpiā ità interpolaſſe
veterū IC. reſponſa, vt plerūq; integrū
reſpōſum, vel majorē illiꝰ partē, conti-
nua ſerie ex ſuis verbis cōponeret. Nec
quidquam facit pro aſſertione Cujacij,
ſermonis prolixitas, ea enim apud
Paulum non ex inutili verborum
inculcatione (quæ plerumque apud
Iuſtinianum eſt) ſed ex rerum & tra-
ctationis multiplicatione proficiſci-
tur, quæ plerumque alia IC. reſponſa

Digitized by Google

8 triplo prolixiora cõſtituit. Illud † præ-
termittendum non eſt, in Pauli reſpon-
ſo ſupereſſe alià quædam gloſſemata,
quibus ſublatis oratio maiorem habet
elegantiam. Nam in ijs verbis *præſump-
tionem videlicet pro eo eſſe qui accepit ne-
mo dubitat*. Dictionem videlicet redun-
dare, vti etiam in ſequentibus verbis *&
maximè ſi ipſe*, copula & ſupervacanea
eſſe videtur, & rectius Haloander in fi-
ne reſponſi legit, *indiſtinctè* non *indiſ-
cretè*, vt alij libri habent, quamuis di-
ctio *indiſcretè* tolerari poſſit: Nam IC.
agit de cautione incerta, quæ nullam
cauſam habet inducendæ obligatio-
nis, eique opponit cautionem certam,
quæ cauſas explicat propter quas con-
ſcripta eſt.

SVMMARIA.

1. *L. nihil intereſt. ff. de naut. fœnor. emendata & explicata. &. 4. 5. 7.*
2. *Pignoribus datis, olim etiam vltra duplum ſortis vſuras exactas fuiſſe.*
3. *Quod hodiè ex Iuſtiniani Conſt. correctum eſt.*
4. *Ceſſante periculo marino vſuras ad legitimum modum ſtatim revocari & duplum nunquam excedere. & 5.*
6. *Traiectitiam pecuniam quandiu navigat navis inifinitas vſuras recipere. & 8.*
9. *Luculli lex ſuper vſuris in Aſiâ.*

CAPVT SEPTIMVM.

1 INcerta † & vacillans parumq; ex-
plicata adhuc eſt lectio, & interpre-
tatio ejus quod Papinianus reſpon-
dit, in l. nihil intereſt. ff. de naut. fœno-
„ re. Nihil intereſt trajectitia pecunia ſi-
„ ne periculo creditoris accepta ſit, an
„ poſt diem præſtitutũ & conditionem
„ impletam periculum eſſe creditoris
„ deſierit, vtrobique igitur majus legiti-
„ ma vſura fœnus non debebitur, ſed in
„ priore quidem ſpecie ſemper, in altera
„ vero diſcuſſo periculo nec pignora, hi-
„ pothecæve, titulo majoris vſuræ tene-
„ buntur, pro operis ſervi trajectitiæ pe-
„ cuniæ gratia ſecuti, quod in ſingulos di-
„ es in ſtipulatum deductum eſt, ad finẽ
„ centeſimæ non vltra duplum debetur.
Nam in primis dubitatur an verba illa
nec pignora, ſuperioribus an ſequenti-
bus conjungi debeant. Nec conſtat vbĩ
pendeat, & vbi concludatur oratio: in
pleriſque enim codicibus verba illa *nec
pignora* ſuperioribus adhærent, & vnico
contextu leguntur, & hujuſmodi ha-
bent ſententiam, ceſſante creditoris pe-
riculo, fœnus legitimam vſuram non
excedere, & conſequenter nec pignora
hypothecaſuè titulo majoris vſuræ re-
tineri poſſe: quod juris rationi eſt con-
ſentaneum. Nam † quamuis veteribus 2
legibus quibuſdam, occaſione pignorũ
creditori traditorum, permitteretur,
majores & vltra duplum vſuras exigi,
l. penult. C. de vſuris, tamen Iuſtinia-
nus

Digitized by Google

nis † id abrogavit ſua conſtitutione, qua vetuit occaſione pignorum datorum, majores vſuras exigi, d. l. penult. cui conſtitutioni, interpolatis verbis Papiniani, Tribonianus artificio ſuo Papiniani reſponſum accommodavit, adijciendo verba illa. *Nec Pignora, hypothecævè, titulo majoris vſuræ tenebuntur.* Quæ ad novum jus pertinere, & Iuſtiniani conſtitutioni convenire nõ du-
4 bitatur. Ità † vt verba illa *nec pignora* in vulgatis codicibus malè ſeparentur à ſuperioribus, quibus adhærere debent. Et vt verba illa *nec pignora*, ſuperiorib᷒ ſunt conjungenda, ità verba illa, *pro operis ſervi*, ad inferiora pertinent, & (vt rectè habet Lugdunenſis Rovilij editio) novam periodum conſtituunt, & vnico conіextu cum ſequentibus legi debent, hoc modo, *Pro operis ſervi trajectitiæ pecuniæ gratia ſequuti, quod in ſingulos dies in ſtipulatum deductum eſt, ad finem centeſimæ nõ vltra duplum debetur.* Mittebatur enim cum trajectitia pecunia ſerv᷒ creditoris, & quia creditor interim operas ſervi amittebat, ſtipulabatur pro illis in ſingulos dies certam pecuniam, l. trajectitiæ ff. de ob. & act. quæ durante periculo à nautico fœnore non ſeparabatur, & ex contractu trajectitio, vſque ad centeſimã permittebatur, ex Iuſtiniani cõſtitutione in l. eos §. in trajectitijs C. de vſuris. nec limitibus dupli concludebatur. diſcuſſo autẽ periculo finiebatur centeſima, & non niſi legitimæ vſuræ peti poterant, quæ duplum non poſſunt excedere, d. l. pe-
5 nult. §. curſum. Eoq; † pertinet quod Papinianus à Triboniano interpolatus reſpondit, pro operis ſervi trajectitiæ pecuniæ gratia ſequuti, quod in ſingulos dies in ſtipulatum deductum eſt ad finem centeſimæ, id eſt poſtquam diſcuſſo periculo præſtauo centeſimæ ceſſat vltra duplum non debetur, & ſors cum vſuris non poteſt duplum excedere, ſecundum Iuſtiniani conſtitutionẽ. ità vt non ſolum ratione ipſius trajectitiæ pecuniæ, verumetiam operarum ipſius ſervi, vſuræ diſcuſſo & ceſſante periculo minuantur, & ad legitimum modum revocentur: cum antea † du- 6
rante tranſmarino periculo (quod permagnum eſt) veteres noluerint nauticam vſuram vllo modo circumſcribi, ſed liberæ voluntati partium ſubeſſe, d. l. nihil intereſt. Ità quod etiam centeſimam vſuram poſſit excedere. quod Paulus lib. 2. Sentent. non obſcurè ſignificat; dum ſcribit, Trajectitiam pecuniam propter periculum creditoris, quamdiu navigat navis, infinitas vſuras recipere. Eaq; eſt vera † lectio & in- 7
terpretatio Papiniani, per quam aliorũ codicum (quos Budæus ſequitur) fides labefactatur & convellitur, dum pro verbis *ad finem centeſimæ*, inverſo verborum ordine perperam legitur *ad finem non vltra duplum centeſimæ*, quæ nullum idoneum ſenſum habent, & à juris rationibus aliena ſunt Nec poteſt ſubſiſtere opinio Franciſci Duareni, exiſtimantis finem apud Papinianum ſignificare modum ſeu taxationem, cum (vt ex Paulo retulim᷒) conſtet fœnoris trajectitij nullum eſſe modũ ſeu taxationem præfinitam, appareatq; ex prædictis, apud Papinianum finem accipi pro termino ſeu extremitate centeſimæ, id eſt eo quo centeſima propter

Digitized by Google

diſcuſſum periculum terminatur: Eodem modo quo Virgilius.

Quem das finem Rex magne laborum.

Et libro ſecundo Æneidos

Hic finis Priami fatorum.

3 Ex † quibus etiam convellitur Caroli Molinæi aſſertio, in tractatu vſurarum. nu. 100. cum ſeqq. finem centeſimæ conſtituentis in duplo, poſteaquam vſuræ præſtatio aſcendit ad dupli quãtitatem. Quod juris diſpoſitioni refragatur, cum in centeſima nautici periculi, duplum liceat excedere: & Papinianus in d.l. nihil intereſt finem centeſimæ intelligat, non ex fine impleti dupli, ſed in fine depulſi periculi marini, ex quo ceſſat centeſimæ obligatio, licet legitimæ vſuræ curſum ſuũ retineant, cum ea moderatione, nè vltra duplum præſtentur. Vt Iuſtinianus tradit in d.l. penul. C. de Vſur. Et longo † tempore 9
ante Iuſtinianum & Vlpianum conſtitutum fuit à Lucullo, qui vt vrbes Aſię à fœneratoribus & publicanis oppreſſas liberaret, non vltra duplam jure fœnoris repeti poſſe conſtituit, Plutarchus in Lucullo.

SVMMARIA.

1. *Traiectitiam pecuniam infinitas vſuras recipere.*
2. *Traiectitij contractus exempla reprobata Molinæi ſententia. & 3.*
4. *Hodiè ex Iuſtiniani Conſt. omnes vſuras referri ad probabilitatem eius quod intereſt.*
5. *Probabilitas eius quod intereſt quomodo computetur.*
6. *In omnibus in quibus ſubitur periculum ſortis, maiores vſuras communibus licet exigere.*
7. *Conſuetudines & ſtatuta circa fœnus nauticum & aſſecurationum materiam variare.*
8. *Periculum aſſecurationis quando incipiat, quibus caſibus præſtetur, & quando finiatur.*
9. *Culpa aſſecurati, ab aſſecuratore præſtanda non eſt, & quomodo culpa contrahatur. & nu.* 10. 11.

CAPVT OCTAVVM.

1 RECtè † Paulus ſcribit trajectitiam pecuniam propter periculum creditoris infinitas vſuras recipere poſſe: quoniam alia eſt ratio nautici fœnoris, quam vſurarum communium, quia recipiuntur non ſolum propter dilatam ſolutionem & reſtitutionem, verumetiam & quidem principaliter, ob periculum maris, & navigationis, ſeu vt IC. ait *ipſius periculi pretium*. Perindè † acſi piſcatori erogaturo 2
in apparatum, pecuniam dederim, vt ſi cepiſſet, vel Athletæ vndè ſe exhiberet exerceatq́; , vt ſi viciſſet redderet: Nam his caſibus omne periculum eſt creditoris, ità vt pecunia data, alias per creditorem repeti nequeat, quam ſi ſalva navis ad locum deſtinatum peruenerit, l. Fœnerator. ff. de nautico fœnore. Piſcator felices jactus fecerit & ceperit,

aut.

Digitized by Google

aut Athleta vicerit, vt pulchrè I C. ſcri-
bit, omnia hæc conjungendo, æquali-
terq; decidendo, propter æquale. peri-
culum, quod creditor his caſibus ſuſti-
3 net. Ità vt † non ſatis ſolidum videa-
tur, quod Carolus Molinæus naviga-
tionis periculum ſeparat à caſu piſca-
tionis & Athletæ: quaſi periculi pre-
tium magis obtineat in piſcatore & A-
thleta, quam in navigatione tranſma-
rina: æquè enim magnum vbique eſt
periculum, & major plerumque incer-
titudo eſt in navigatione navis, quam
in piſcatione vel Athletæ colluctatio-
ne, propter frequentes, & (vt Salycetus
in l. 3. C. de nautico fœnore. ſcribit)
inexorabiles & nemini parcentes ma-
ris tempeſtates, ob quod pretij pericu-
lum, non tantum Piſcatori & Athletæ,
ſed etiam navigationi accommodari
4 debeat, ex vera I C. ſententia. Quod †
autem attinet ad infinitam vſurarum
nauticarum rationem, ſciendum eſt Iu-
ſtinianum moderationem induxiſſe in
l. eos C. de vſuris. qua voluit nauticam
vſuram non eſſe majorem centeſima,
vt & in Papiniani reſponſo à Tribonia-
no interpolato exprimitur, l. nihil in-
tereſt ff. de naut. fœnor. Sed poſtea ex-
pertus multas eſſe variaſque conditio-
nes trajectitij contractus, qui commo-
dè revocari non poſſent ad vnam le-
gem, & ad vnum certumque modum,
addidit Novellam, qua conſuetudines
quaſdam approbavit. & quia nec ea ra-
tio ſatis ſuccedebat, promulgavit poſtea
aliam conſtitutionem priorem abro-
gando, quæ ipſa quoque in deſuetudi-
nem abijt, re tota (improbatis aleato-
rijs contractibus) revocata ad juſtitiam
probabilitatemque ejus quod intereſt,
l. vnica. C. de ſententijs quæ pro eo
quod intereſt. quam paſſim in omnib⁹
obſervamus, ſive agatur de nautico fæ-
nore, ſive de communibus vſuris, ſive
de pœna dationi quantitatis addita, d. l.
vnica. l. cum allegas C. de vſuris cap.
ſuam de pœnis. Et in † conſideranda 5
probabilitate ejus quod intereſt, ante
omnia videndum eſt, nè in infinitum
computatio deducatur, aut ex immodi-
cis peruerſionibus, in circuitus inexpli-
cabiles redigatur, ſed hoc ſolum quod
re vera inducitur damnum reddatur,
d. l. vnica. adhibità diſtinctione quæ ſit
conditio pecuniæ creditæ quod pericu-
lum, & cujus temporis, ſive † agatur de 6
conditionibus in fortuna poſitis (vt in
piſcatore, Athleta, & navigatione trãſ-
marina) ſive de ijs qui ſunt poteſtatis &
operæ noſtræ, veluti ſi dem tibi decem
vt intra annum vxorem ducas, ſi non
ducas quindecim mihi reſtituas. Item
ſi dem decem vt me à morbo aliquo
liberes intra certum tempus, ſi non e-
fficias quindecim mihi reddas; licet e-
nim major dubitatio in his quam in
ſuperioribus eſſe poſſit, propter pœnæ
conventionem, eadem tamen omniũ
eſt deciſio & æqualis determinatio,
quia periculũ im omnibus ſubitur ſor-
tis: ſi enim intra præfinitum tempus
vxorem duces, aut me cures, id quod
datum eſt retines. Ità vt hujus periculi
ſeu incertitudinis nomine, liceat prop-
ter pœnæ adjectionem, nonnihil ſu-
pra id quod datum eſt recipere, non
ſervato legitimo modo vſurarum, qui
tunc demum attenditur, quandò non
de periculo ſortis, ſed tantum de ſim-

Digitized by Google

plici mora & dilatione temporis agitur: vt in illa ſtipulatione, ſi mutuum certa die non reddatur, triginta ſolvantur, aut duplum debeatur, l. pecuniæ ff. de vſu-
7 ris. Extantq; † hodiè multæ conſuetudines & conſtitutiones Principum, circa modum fœnoris nautici & pretij aſſecurationem, ita vt in modo & præfinitione vſurarum à veteribus legibus recedatur, ſecundum probabilitatem eius quod intereſt: in alijs verò veteres leges vim & authoritatem ſuam obtineant, veluti quod pretium periculi ſeu aſſecurationis non debeatur, niſi propter ſuſceptum incertum caſum periculi, quod ex navigatione metui ſolet, l. 4. ff. de nautico fœnore & l. 2. C. eo. Nam periculum non deductum in conventionem, eſt debitoris non creditoris. l.
8 fin. C. de naut. fœnore. Cui † accedit quod pretium periculi non debeatur, nec conſideratio ejus quod intereſt ratione periculi capiatur, niſi ex die navigationis, & tantiſper donec diſcuſſo periculo, navis ad locum deſtinatũ peruenerit: ſive agatur de aſſecuratione pecuniæ, ſive de ſuſcepto mercium aut navigij diſcrimine. d. l. 4. & l. 1. C. de nau. fœnore. Idq; abſque diſtinctione caſuum fortuitorũ: creditor enim ſeu aſſecurator tenetur de omni caſu, & cujuſcunq; generis diſcrimine, puta naufragij, incendij, deprædationis, & ſi quæ ſunt ſimilia, quæ imprudentibus con-
9 tingunt. Niſi † culpa debitoris ſeu aſſecurati intervenit, ob illam enim periculum ad eum ſpectat. Quod eleganti Imperiali Conſtitutione probatur. in l. 3. C. de Nautico fœnore. quâ deciditur, nauticum periculum præſtari non debere ei, qui loco navigij non ſervato, vel illicitis mercibus comparatis, in diſcrimen protrahitur: quoniam amiſſarum mercium detrimentũ, hac ſpecie non contingit, ex tranſmarinæ tempeſtatis diſcrimine, ſed ex præcipiti avaritiâ, & incivili debitoris audaciâ. Vndè notat Salycetus hic. in l. 3. conſuetum navigij locum ſervari debere. Id quod etiam locum habet in ſecuritate & periculo pedeſtris itineris, nam periculũ ſuæ culpæ imputare debet, ſi quis derelictâ ſolita via, devia loca ingrediatur, quod ad ſecuritatis obligationem pertinet. Saſius Con. 14. & ſeqq. lib. 1. Ex † 10
prædictis & illud infertur, quod ſi navicularius præter voluntatem vectorum, id eſt eorum qui vehuntur, in locum vel portum latronibus infeſtum appulerit, omne damnum præſtabit vectoribus. Idem ſi in navem vetuſtam & carioſam merces gravis ponderis impoſuerit vel tranſtulerit, nam hic culpa arguitur debitoris ſeu navicularij. l. ſi vehenda §. vlt. ad l. Rodiam de jactu. Eodem † quoque ſpectat quod Salyce- 11
tus ſcribit, in d. l. 3. Navicularium non carere culpa, eundo Venetias per plenum mare, cum poſſit eo peruenire per lacunas. Quæ omnia ſervanda ſunt, propter frequentem in decidendis quotidianis aſſecurationum controverſijs. Denique multa hic Baldus & Salycetus accumulant, de illicitis mercibus, & quomodò committantur, quæ apud illos videri poſſunt.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIA.

1. *De verbis quibuſdam communibus quorum paſſiva ſignificatio inuſitata eſt.*
2. *Largiendi & largitionis vocabulum quomodo accipatur.*
3. *Conſolor verbum non activè tantum ſed & paſſivè frequentari, & 5.*
4. *Cæſaris locus emendatus.*
6. *L. ſi ex duobus ff. de nox. action. vera lectio & interpretatio.*

CAPVT NONVM.

1 AVl' † Gelli' l.5.noct. Atti.c.13. verbis inopinatis, quę à grãmaticis cõmunia vocãtur, & reciprocam ſignificationem habent, hęc annumerat Vtor, vereor, hortor, conſolor, teſtor, interpretor, largior: quia actiuam & paſſiuam ſignificationem habent. ſed addit Gellius, verba hæc omnia ex altera parte, id eſt paſſiva ſignificatione inuſitata eſſe, & an dicta ſint in eam quoque partem quæri ſolere. Et ipſe quidem obſervat in paſſiva ſignificatione accepta verba vereri, vti, conſolari, apud Afranium, Nonium, Quintum Metellum, quamuis freqũetior hujuſmodi verborum ſignificatio
2 activa ſit. Quemadmodum † etiam verbum largior apud autores paſſim active ſignificat, profusè donare, Cicero pro Cornelio Balbo. *Homo tum gravitate & prudentia præſtans tum vel nimiũ parcens in largiẽda civitate*, Plaut' in Amphytruone. *Proin tu iſtam cœnam largire ſi ſapis eſurientibus.* Idem in Aſinaria *jam ipſe vitam meam tibi largiar, & de mea ad tuam addam.* Idem in Milite. *Nam tute vilem feceris, ſi te vltro largibere* pro *largiére.* Et huc pertinet quod Papinianus dixit in l, in ratione §. ſi filio ad l. Falcidiam. *Licet portio ejus largiatur* id eſt concedat, permittat, ſeu patiatur. Et rurſus alio loco in l. ſi filius emancipatus ff. de minoribus. *Si bonorum poſſeſſionis tempus largiretur.* Ad alteram verò ſignificationem dicti vocabuli quæ minus vſitata eſt, refert Gellius quod Saluſtius dixit. *Dilargitis proſcriptorum bonis.* Et ad demonſtrandam evidentius vtramque verbi ſignificationem, adijciendum exiſtimo Vlpiani locum, in quo ità ſcriptum eſt in l. ſi cui legata ff. de fideicom. hered. *Sed hoc ita demum ſi largiatur portio quam accepit ad ſervi pretium*, id eſt ſi portio accepta aſcendat ſeu extenditur ad ſervi pretium. Quomodò largitionum vocabulum etiam paſſive accipitur in Titulis Codicis de officio Comitis ſacrarum largitionum. De Canone largitional. titul. lib. 10. codicis, Itemque de palat: ſacrarum largitionum lib. 12. in quo lapſus eſt Gothofredus, qui largitionum vocem activè intelligit, id eſt donationũ quę fiunt à Principe. Quod in verbo largior ſingulare & vere inopinatum exemplum videtur paſſivę

3 ſignificationis. Quæ † (quamuis Gellio aliud videatur) non vſque adeò infrequens & inuſitata eſt in verbo *conſolor*. Nam præter ea quæ à Quinto Metello Gellius refert, multa claraque exempla ſunt, de vſu dicti verbi in paſſiva ſignificatione. Ex quibus eſt illud Aſinij. *Sed cùm ob ea quæ ſperaveram dolebã, conſolabar ob ea quæ timui.* Item illud Ciceronis Epiſt. lib. 5. cap. 16. *Etſi egomet, inquit, qui te conſolari cupio, conſolandus ipſe ſum.* Item ad Atticum. *Nos malo ſodalitio, ſed non multò tamen conſolamur, quod ipſius vicem minime dolemus.* Et e-
4 legantiſſimè † facit quod Cæſar ſcribit, lib. 3. de bello civili. his verbis » Prima luce omnes eos qui in monte conſederant ex ſuperioribus locis in planitiem deſcendere, atque Arma proijcere juſſit; quod vbi ſine recuſatione fecerũt, paſſiſq; palmis projecti ad terram, flentes ab eo petierunt ſalutem, conſolatos conſurgere juſſit. Quo loco etiam in vltima editione Plantini perperam le-
5 gitur *conſolatus*, pro *conſolatos*. Et † quod Eſaiæ cap. 40. in vulgari tranſlatione legitur: *Conſolamini, conſolamini populi mei dicit dominus.* hinc Conſolabilis paſſive legitur apud Ciceronem ad Sulpitium: *eſt omninò vix conſolabilis dolor. tanta eſt omnium rerum amiſſio.* Similia multa habet Nizoli' in verbo *conſolor*. Solari antiquos abſque præpoſitione dixiſſe, teſtis eſt Pacuvius ita inquiens. *Solatur, auxiliatur, hortaturq́;* in ſignificatione activa: cum à contrario ſolamen à *virgilio* paſſivè dicatur dum ait: *Solamenq́; de colla fiſtula pendit.* Ex quibus conſtat Regulam Gellij de inuſitata paſſiva ſignificatione omniũ verborum communium, eſſe ancipitẽ & dubiam, vt ſunt omnia Grammaticorũ præcepta, propter non ſatis diligentem antiqui ſermonis obſervationem, vel propter vſum loquendi ſubindè variãtem verborum genera, per ſignificationes contrarias. Quibus † addi poteſt 6
verbum *tueor*, quod licet regulariter activam ſignificationẽ habeat, vt tueri officia, ordinem, vitam ſocietatem &c. A Paulo tamen I C. paſſivè ponitur, in l. ſi ex duobus in fin. de nox. action. his verbis: *Si damnatus Hominem tradas, adverſus me tueberis*, id eſt vt rectè ſcribit Accurſius, defenderis, ſecundum communium Codicum lectionem: Quæ elegantior eſt, & linguæ latinæ convenientior quam Florentina, in qua legitur *ſi damnatus Hominem tradas, & adverſus me tueris*, quæ perobſcura eſt & malè cohæret, licet marginalis Plantinæ additio annotet contrarium. Agit enim Paulus, in d. l. & duobus in fin. de pluribus judicijs propoſitis ejuſdẽ ſervi nomine, in quo vſusfructus tuus, proprietas mea ſit: Definitq; cum eum noxæ dedero, officio iudicis contineri, vt etiam vſumfructum actoris faciat, cogendo te pro æſtimatione vſusfruct' conferre ad litis eſtimationem, aut vſufructu cedere, ſi hoc expediat. Et ſi ego dominus proprietatis eum ſervum nolui defendere, denfenſio tibi permittẽda eſt, & ſi damnatus hominẽ tradas, adverſus me tueberis, id eſt adverſus me tut' eris, ne ſervi nomine tecum experiri poſſim: quia ipſe deditionis cauſſam dedi, perſonam ſervi relinquendo indefenſam, l. non ſolum ff. de noxalibus actionibus. Ita vt meritò vſusfructuarius

Digitized by Google

ſtuarius adverſus me dominum proprietatis defendatur, vt pulchrè exprimitur verbis illis, *adverſus me tueberis.*

SVMMARIA.

1. *Veteres multa activè enuntiaſſe quæ nos paſſivè pronuntiamus. & 3.*
2. *L. ita autem §. quidam decedens ff. de admi. tut. vera lectio.*

CAPVT DECIMVM.

1 SVperioribus † eſt proximū, quod quæ nos paſſiva forma, Veteres latini antiquo more activa proferre ſolent. Nam ità Diomedes & Servius legunt verſum Vergilij, libro primo Æneidos.

Inſcia Dido
Inſideat quantus miſtre Deus.

Et ità Alfenus, in l. hæres in fundo ff. de vſufructu legat. demolire dixit pro demoliri. Vlpianus ordinem edictorū vel compendium moderare, cui convenit illud Pacuvij.

Neq; tuum te ingenium moderat,
Neq; fraternum ira exilium levat.

Et hunc morem loquendi Calliſtratus quoque ſecutus eſt, in l. capitalium §. 1. ff. de pœnis. dum ità ſcripſit, igni cremantur plerumque ſervi qui ſaluti dominorum inſidiaverūt. Eodem modo Vlpianus in l. cujus rei in ſ. ff. de vſufruc. activū pro paſſivo poſuit his verbis. *Si id locare cœperit, vt publicè lavet,* id eſt vt lavetur, ex eodem genere videtur quod idem Vlpianus dixit, l. ità autem. §. quidam decedens. ff. de admi. Tutorum. *ex quo innotuit Tutor* id eſt admonitus eſt, vel certioratus eſt, ſe tutorem eſſe: quoniam agitur de ſcientia ipſius tutoris, quæ non niſi per paſſivā ſignificationem verbi *innotuit* exprimi aut deſignari poteſt: cum activa ſignificatio dicti verbi, referatur ad notitiā quam alij habent de aliquo, ſeu per quam quid alijs innoteſcit: juxta illud Plinij lib. 15. cap. 11. *Et eſolochus Apellis diſcipulus petulanti pictura innotuit.* Et alioqui † non *tutor* ſed *tutori* apud Vl- 2
pianum in d. §. quidam decedens legi oporteret. An autem verba illa *ſe Tutorem eſſe* in Vlpiani reſponſo recipienda ſint alij viderint, mihi certè non diſplicent, quia lectioni & interpretationi conveniunt, & in omnibus libris antiquis manuſcriptis & excuſis reperiuntur. Rurſus † ſatis inuſitatæ ſignifica- 3
tionis eſt quod Alphenus in l. in teſtamento. §. quidam. ff. de condic. & demonſt. imperſonaliter dixit ſuſpicabatur, pro eo quod dicimus ſuſpitio erat. Quibus multa ſimilia ex jure noſtro deprompta recenſet Barnabas Briſſonius veluti tueri, ſtipulari, polliceri, obliviſci, exequi, morari, interpretari, moderari, mentiri, arbitrari, quæ activā duntaxat ſignificationē vulgò habere cre-

duntur, & tamen paſſivè in libris noſtris accipiuntur. Vti etiam videmus Paulum dixiſſe in l.25.ff. de neg. geſt. actio formatur, Et mortis tempus intuebitur.in l.lege fabia. De Manumiſſ. cum multis alijs congeſtis poſt Briſſonium, à Iacobo Capello, in defenſione veterum I C. adverſus Vallam, & Scipione gentili.qui hoc amplius plurima dicendi Genera ex Græco tracta, item abſtruſa & rara vocabula, & verba antiquæ elegantiæ ex I C. reſponſis annotarunt.

SVMMARIA.

1. *Amphibologia quid ſit.*
2. *In dubijs quomodo facienda ſit interpretatio.*
3. *Nimia incertitudo vel ambiguitas diſpoſitionem vitiat. & 4.*
4. *L. ſi fuerit ff. de reb. dub. vera lectio & interpretatio. & 5. 9.*
5. *Petri Fabri ſententia notata.*
6. *L. 3. §. ſi quis duobus ff. de adim. leg. interpretata, & conciliata cum l ſi fuerit de reb. dub.*
7. *Ademptio incerta, legati dationem certam non adimit.*
8. *Certa rei legatæ ademptio, dationem legati duobus conjunctim factam perimit. & 4. 5.*

CAPVT VNDECIMVM.

1 DE Ambiguo † ſeu Amphibologia inter IC. & Rethores frequens eſt controverſia, tot. tit. ff. de rebus dubijs. Quint. lib. 7. cap. 9. cum pluribus rebus, aut etiam hominibus, eadem eſſet appellatio, aut verba diverſos intellectus habent, aut cũ aliâs in ſcripto & voluntate amphibologia facit quæſtionem, aut cum diverſæ leges confligunt, atque alijs modis quãpluribus quos ordine tradit Quintilianus. lib. 7. c. 6. 7. 8. & 9. Iuriſconſulti in

2 re dubia † benigniorem interpretationem ſequuntur, l. ſemper in dubijs. ff. de Reg. jũ. l. ſi hæres juſſus de legat. 1. §. 3. ff. de his quæ in teſt. delẽtur, & ambiguas, ac legum diverſis interpretationibus titubantes cauſſas, benignè atq; juris naturalis moderamine contemperant. l. non ſine C. de bonis quæ liberis. quotiens aut ordo Mortalitatis, aut reverẽtia patronatus, aut ratio præſumptioque naturę, aut favor piæ cauſſæ, vel alia conjectura voluntatis, in alteram partem præponderat, l. qui duos §. cum in [illegible] o ff. de reb. dub. l. ſi fuerit d. t. l. ſi quis ad declinandum §. ſin autẽ C. de Epiſc. & cler. l. nulli C. de reb. dub. Tiraq. in tract. de privilegis piæ

cauſæ. Alioqui † ſi par eſt in vtramque 3
partem ambiguitas & incertitudo, inutilis judicatur diſpoſitio: quoniam in ambiguo ſermone non vtrumque dicimus, ſed id duntaxat quod volumus, itaque

Digitized by Google

itaq; qui aliud dicit quâm vult, neque id dicit quod vult, quia id nō loquitur, neque id quod vox ſignificat, quia id non vult. l. in ambiguo ff. de reb. dubijs. Et hac ratione, in hæredum inſtitutionib⁹, in legatis tā libertatis quàm aliarum rerum, & in tutelis teſtamentarijs ità obſervatur, vt cum ex plurib⁹ eodem nomine perſonis, vn⁹ liber, tutor, hæres eſſe, aut legatum accipere juſſus, non appareat quis ſit, nullum liberum, hęredē, tutorem, aut legatariū eſſe, niſi ex alijs apertiſſimis probationibus fuerit revelatum, de qua perſona teſtator ſenſerit: quia non jus quidē ſed probatio deficiat. l. cum ex plurib⁹ de manumiſsis teſt. l. duo ſunt Titij de teſt. tut. l. in tempus. §. 1. de hæred. inſtit. l. ſi fuerit. §. ſed etſi legatum de reb. dub.
4 Quod † eleganter ab Vlpiano libro ſexto diſputationum confirmatur, in l. ſi fuerit. in p. ff. de reb. dub. Cujus verba (pro maiore loci emendatione) referri eſt operæpretium: *Si fuerit* (inquit) *legatum relictū ex cognatis meis qui primus Capitolium aſcenderit, ſi ſimul duo veniſſe dicātur, nec appareat quis prior venerit, an impeditur legatum: vel ei qui monumentum fecerit, & plures fecerint; vel ei qui maximus natu eſt, & duo pares ætate ſint. Sed & ſi legatum Sempronio amico fuerit relictum, & duo ſint æqua charitate conjuncti. Item ſi ex pluribus ſervis ejuſdem nominis, vni vel quibuſdam libertas derelicta ſit. Sed & ſi duobus hominibus eiuſdem nominis fuerit legatum, puta Sempronijs, & mox Sēpronio ademptum ſit, nec appareat cui ademptum ſit, vtrū datio in vtriuſq; perſona infringatur, an ademptio nulla ſit quæri poteſt: Et verum eſt in his omnibus, & legata & libertates impediri, ademptionē autem in vtrumq; valere*, ſecundum Florentinam lectionem & Noricam, in pleriſque recentioribus editionib⁹ approbatām: Quam † Petrus Faber au- 5
thoritate alterius loci, & ipſa juris ratione (vt ipſe ait) ſubnixus, contendit mendoſam eſſe, affirmatque Vlpiani locum, in d. l. ſi fuerit. §. ſed ſi duobus. abnutiuè legendum eſſe hoc modo: *Et verius eſt in his omnibus etiam Legata & Libertates impediri, ademptionem autem in vtrumq; non valere.* Cum enim non appareat cui ademptum ſit (vt ipſe ait) qui fieri poteſt vt ademptio valeat. Sed labitur vir alioqui doctiſſimus. Nam
† quamuis vt alio loco idem Vlp. re- 6
ſpondit, in l. 3. §. ſi quis duobus ff. de adimendis legat. *Si quis duobus Titijs ſeparatim legaverit, & vni ademerit, nec appareat cui ademptum sit, vtriq;* (ſecūdum veram lectionem) *legatum debetur. quemadmodū & in dādo, si nō appareat cui datum sit, dicimus neutri legatum.* Tamen ſi duobus hominibus ejuſdem nominis, puta Sempronijs fuerit conjunctim legatum, mox Sompronio ademptum ſit, rectè dicitur legatum impediri, & ademptionem in vtrumque valere. Id eſt vires & robur habere ad extinguendum legatum in vtriuſque perſona. d. l. ſi fuerit. Diſſimilia enim ſunt, & ex diverſis circumſtantijs componuntur, legata duobus Titijs ſeparatim facta, & ea quę duob⁹ eiuſdem nominis hominibus ſimpliciter & conjunctim abſque partium demonſtratione relinquuntur, & poſteà alteri adimuntur: quoniam in rebus ſepara-

tim duobus Titijs legatis, datio legati certa eſt, ideoque per ademptionem vni factam, quæ incerta & inutilis eſt non convellitur: quoniã diverſæ ſunt legatariorum perſonæ, & res legatæ invicem diſtinctę & ſeparatæ, & conſequenter ademptio vni facta incertitudinem habet rerum & perſonarũ, quia Teſtator neque rem quam voluit adimere, neque perſonam cui ademptum voluit demonſtravit. quod ſecus eſt in legato duobus ejuſdem nominis conjunctim facto, abſq; demonſtratione partium; quoniam conjunctione res in ambiguitatem incidit, incertaq; eſt legati datio. l. ſi is qui ducẽta. de reb⁹ dubijs. Certa autem rei ſeu corporis legati eſt ademptio, quæ demonſtrata re, & in vno legatariorum expreſſa, ad alterũ extenditur, & per prævaleſcentiam in vtriuſq; legatarij perſona legatum perimit, propter conjunctionem & communionem rei, quæ præter ambiguitatem, efficit vt ambo legatarij vnius loco habeantur, & quiſque totam rẽ ſuã, aut ſibi legatam ſeu deſtinatam dicere poſſit, l. ſervi electione §. fin. ff. de legat. 3. l. pupillus §. fin. ff. de verb. ſig. Cũ in re duobus conjunctim legata, etiam teſtamento morte cõfirmato, duntaxat aptitudine quadam juris ſinguli ſolidũ habeant, donec ambo ad legatum perveniant, adeò vt tota res legata ad collegatarium pertineat, ſi alter ſpernat legatum, aut viuo Teſtatore decedat. §. ſi eadem res duobus inſt. de legatis. perindè ac ſi illi ſoli ab initio totum relictum fuiſſet; propter potentiam juris accreſcendi, quod ceſſat quidem in legatis duobus ſeparatim factis, l. 1. ff. de vſuf. accreſcendo, ſed vnicuique ab initio res legata re ipſa attributa eſt. Quæ manifeſta † eſt inter has ſpecies legandi differentia, rationem continens, quarè ademptio vni facta quę incerta 7
eſt, non perimat certam legati dationem, quæ duobus ſeparatim facta eſt.
Et in † contrarium cur certa rei legatæ 8
ademptio, convellat dationem legati duobus conjunctim factam, quæ ab initio aptitudine & deſtinatione quadam, totum legatum vnicuique legatariorũ adijcere videtur, Arg. l. duo ſunt. ff. de reb. dubijs. & incertitudinem & dubium eventum habet, an res legata vtrique per concurſum obueniet, an alteri tantum relinquetur, altero repudiante vel præmoriente. Adeò vt poſteaquam teſtator certo iudicio rem relictam adimit, licet vni tantum, poſteà nihil relinquatur, quod alteri vel vtriq; acquiri poſſit. quod affirmativa verba I C. in d. l. ſi fuerit §. ſed & ſi *Ademptionem autem in vtrumq; valere*, declarãt.
Quæ indè † etiam confirmantur, quod 9
Vlpianus in omnibus ſpeciebus propoſitis, generaliter definit, legata & libertates impediri. quod non procederet in legato duobus ejuſdem nominis facto, niſi ademptio adverſus vtrũque valeret, id eſt in vtriuſque perſona legatum extingueretur, quod alioqui per ſe, & ceſſante ademptione rectè ſubſiſteret.

SVMMARIA.

Libri

1. *Lini & ligni ſignificatio apud I C. & alios ſcriptores quomodo accipiatur.* & 7.
2. *Veteres in variã diverſaque materiã ſcribere ſolitos,* & 4.7.
3. *Cleanthis Aſij exemplum.*
5. *Lini vſus apud veteres.* & 8.
6. *Lintea volumina.*
9. *Iuſtini locus emendatus.*

CAPVT DVODECIMVM.

NVnquam defutura eſt materia ijs,qui ingenij gloriam aucupantur ex emendatione Pandectarum; in quibus quo plura vulnera coëunt ac ſanantur, eo plura erumpunt ac deteguntur; quibus nos(vt hactenus)pro virili opem ferre contendimus,vt Theſaurus ille divini humanique juris,noſtra quoq; opera,emendatior perfectiorque habeatur. Ac primũ
1 † magna eſt dubitatio apud juris authores in multis locis,in tit.de bon.poſſeſſ. ſecund.tab.& cont.tab §.igitur in fine inſt. de pup. ſubſtitut. in quibus de teſtamentaria ſolemnitate agitur.an *linum* vel *lignum* legi oporteat. Et inter recentiores, Marcus Antonius Muretus vir in omnibus diſciplinis verſatiſſimus,aſſeveranter contendit, non *linum* ſed *lignum* legi debere, non ſolum apud I C. verumetiam apud Plautum in Pſeudolo.

Pheniciums Callidoro amatori ſuo
Per ceram & lignum, literaſq; interpretes
Salutem mittit,& ſalutem à te expetit.

Non enim *linum* ſed *lignum* legendum eſſe contendit,quoniam in tabulis ligneis (vt ipſe ait) cera oblitis veteres ſcribere ſolebant,indeque tabulas ipſas lignum vocabant. vndè vice proverbij dicimus contra lignum , id eſt contra tabulas teſtamenti vel chirographi. Eoque pertinet quod I C. dixit,liberis datam bonorum poſſeſſionem cõtra lignum eſſe. Quod & Divus Ambroſius ſcribit , de Tobia ſeu de fœneratore, *Cauſanti debitori incumbunt dicentes, cũ poſsides tua prædia,nos noſtram pecuniam non habemus, aurum dedimus, lignum tenemus.* De quo Iuvenalis quoque ſcribit.

Vana ſupervacui dicens chirographa ligni.

Quamuis †.poſterioribus temporibus 4
etiam in eboreis tabulis majores ſcribere cœperint,juptà illud Poëtę.

Languida ne triſtes conturbent lumina ceræ,
Nigra tibi niveum litera pingat ebur.

Itẽ in citreis,in philira,in tibia,in charta, membrana, corio, & quavis alia materia,l.librorum 52. de legat. 3. Et hoc eſt quod Vlpianus ſcribit,in l.1. ff. de bon.poſſeſ.ſec.tab.lib,45.ad edictũ. tabulas teſtamenti accipere debemus omnem materiæ figuram : ſive igitur tabulæ,ligneæ, ſivè cujuſcunque alterius materiæ, ſivè chartæ, ſivè membranæ ſint,vel ſi ex corio alicuius ani-

Digitized by Google

malis,tabulæ rectè dicentur. Idem probat Martianus in l.1.§. qui rationibus, d.tit.& à Iuſtiniano confirmatur,§.nihil autem intereſt. inſt. de Teſtamen. his verbis,*Nihil autem intereſt, teſtamẽtum in tabulis an in charta membraniſuè vel in alia materi fiat*. Proditque Laer-
3 tius,Cleanthem † Aſſium, cum pecunia careret ad chartas ſibi comparandas,teſtis boumq; oſſib⁹,in tegula ſcribere ſolitum fuiſſe; quod ab Atheniẽ-
4 ſibus fortè didicerat. Vndè † Imperator ſcribit, in l. quoniam indignum C.de his quib.vt indig. omnes de proprijs facultatibus in quacunque materia inſtrumenti conſcribere, quibuſcũque verbis liberam habere facultatem. Scribitque Plinius libro 1.cap. 11., poſteà publica monumẽta plumbeis voluminibus mox linteis confici cœpta. Quod & Cicero pro Rab. probat. Vidique Pariſijs in Monaſterio Sancti Germani,literas vetuſtiſſimas in cortice juniperi perſcriptas. Et de triplici ligno ait Paulus ſentent.lib.5. cap. 25. ad.l. Teſtamentariam, quam explicat Barnabas Briſſoni⁹,de formulis.lib.21. Quibus evidenter probatum veterũ tabulas non tantum in ligno ſed in qualibet alia materia conſtitiſſe. Vide elegantem locum, de varijs chartarũ generibus,& ſcribendi modis,apud Alexandrum ab Alexandro. Genial. dier.
5 lib.2.cap.30. Lino autem vtebantur, non tam ad exarandum literas, exprimendamque voluntatem, quã ad colligendas & conſignandas tabulas, non tantũ in ligno,ſed in qualibet alia mate[illegible] quod Vlpianus ſcribit, [illegible] ff. de bon. poſſeſſ. ſecun. tab. *Si linum quo ligatæ ſunt tabulæ inciſum ſit &c.* Et Iuſtinianus probat his verbis.*eamq́; partem proprio lino, propriaq́; cera conſignare*. Quo pertinet etiam illud Ciceronis in Catilinam.*Tabellas proferri juſſimus, linum incidimus, legimus*, Veteres enim tabulas aut lino inuolvebant,aut cordulis ex lino factis, & cera ſuperimpoſita eas concludebãt, & conſignabant. Et hoc eſt quod apud Scevolam in l. Aurelius §. teſtamento ff. de lib.legata & Iuſtinianum, in l.noſtra C.de teſtamentis. de inciſo lino, & recognito teſtamento legitur. Item quod paſſim tam apud juris authores, quam apud cæteros ſcriptores de prima & ſecunda cera eſt obuium. inſt.de pup.ſubſtit. Horat.lib.2 ſermo.
Lintea quoq; volumina fuiſſe ex Pli- 6
nio,lib.1.c.11.intelligitur. Et quanquã plerique etiam docti viri in contrarium verba Herodoti vrgeant, in fine Polyhymniæ,rectè tamen excuſſa, nullum promiſcuum vſum pugillarium, aut ſcribendi in cera conſuetudinem probãt, ſed ad aſtutum Demerati in occultandis literis conſilium & ſtratagema pertinent,& peregrinum atque inſolitum modum ſcribendi, tranſmittendique ſecretas literas continent, quo non in cera, ſed craſa cera in ipſo ligno inſcriptæ literæ cera ſuperinducta delebantur, nè aut ſcriptura ſine tegmine (vt Iuſtinus ait) indicium daret, aut re-
cens cera dolum proderet. Non † eſt 7
dubium fuiſſe ceratas ligneas tabulas, quibus etiã hodiè plerumque vtimur; ſed erant multa alia inſtrumẽta diverſæ materiæ,ad vſum ſcribendi prodita, quibus etiam abſque cera, veteres quæ vole-

volebant perſcribebant. Et pugillares etiam lignei, cera obducti, & ad ſcribendum adaptati, non amplius lignũ, ſed tabulæ aut pugillares dicebantur:
8 cum † alioqui, lini & ceræ mentio apud Horatium, Suetonium, Quintilianum, & in legibus noſtris, non reſpiciat ſcripturæ perfectionem, ſed ſecuritatem colligandi colligendiq; tabulas. Eoque modo ad obſignationem, & cõcludendi ſolemnitatem referendũ eſt, quod in jure, apud Poëtas & oratores, de prima & ima cera legitur. quotiens vero de ipſa ſcriptura, ejuſq; perfectione agitur, non linum aut lignum & cera ſimpliciter, ſed ſtilꝰ & pugillares paſſim appellantur, vt ex Plinio intelligitur lib. 1. Epiſt. ad Corn. Tacitum *Erãt in proximo (inquit) non venabulum aut lãcea, ſed ſtilus & pugillares: meditabar aliquid enotabamq́, vt ſi manus vacuas, plenas tamen ceras reportarem.* Illud † obiter admonendum duximus, Iuſtini locum, lib. 2. hiſtoriarum. obſcurum & defectivum videri, nam verba illa Iuſtini, *nè recens cera dolum proderet* nullum oppoſitum aut ſenſum habent, niſi ſuperiori loco hæc verba adijciantur *eraſa cera*, ſeu vt Herodotus ait τον κήρον ἐξέκνησε vt hoc modo Iuſtinus legatur. *Omnia in tabellis ligneis eraſa cera magiſtratibus perſcribit, eaſdemq́ cera ſuperinducta delet, nè aut ſcriptura ſine tegmine indicium daret, aut recens cera dolum proderet.* Quo modo ſingula habent ſua attributa, & orationem atque ſententiam non minus perfectam quã elegantem conſtituunt. 9

SVMMARIA.

1. *Nota quid ſit.*
2. *Per notas celerrimè ſcribendi ratio apud veteres. & nu. 14.*
3. *Ob notarum difficilem interpretationem Iuſtinianum voluiſſe vt per conſequentias literarum ſcriberetur. & 13.*
4. *Idemque ante à Baſilio factitatum.*
5. *Notas non ſignis tantum ſed etiam literis ſingulis biniſue conſtitiſſe. & 12.*
6. *Perſcriptio notationi contraria,*
7. *Notarum plura ac diverſa genera.*
8. *Nota ignominiæ apud veteres.*
9. *Notæ itemque imagines memoriæ juvandæ cauſa.*
10. *Ægiptiorum in templis & obelis notæ.*
11. *Hodiernus mos ſcribendi ciferis.*
15. *Teſtamentum notis ſcriptum non valere, vt nec alias notæ ad probandum ſufficiunt.*
16. *Notariorum quæ olim quæ hodiè functio.*
17. *Notariorum creatio ſolius Principis eſt.*

CAPVT DECIMVM-TERTIVM.

Digitized by Google

1 NOta † vt Feſtus ſcribit, nunc ſignum ſignificat, nunc ignominiam. In libris etiam literæ ſingulæ aut binæ, notæ ſunt, quibus compēdio & breviter aliquid perſtringitur, omnibus literis non integrè perſcriptis. Gellius lib. 17. c. 9. de notis Cæ-
2 ſaris. Et † ità olim Romanis mos fuit, per ſigna ac parvas breveſque notas, multa literarum ſenſa colligere per Notarios: Adeò vt quamuis citato ſermone recitatas in foro orationes, per notas actuarij facilè exciperent. In epiſtolis Cæſaris inueniuntur literæ ſingulares, ſine coagmentis ſillabarum, ex quibus verba confici nulla poſſunt. Et plenæ ſunt hodiè monumentorum inſcriptiones, hujuſmodi notarum. Et olim ſcribas fuiſſe qui acta Præſidum notis ſcribebant, Modeſtin⁹ teſtatur, in l. 32. ff. ex quibus cauſſis majores. & Seneca confirmat lib. 24. Epiſt. 91. *Quid loquar inquit, verborum notas quibus quanquam citata excipitur oratio, & celeritatem linguæ manus ſequitur*, eoq; pertinet quod Plinius ſcribit epiſt. lib. 1. ad Arrium Clementem *Sedeo pro tribunali, ſubnoto libellos, conficio tabulas, ſcribo plurima ſed illiteratiſſimas literas*, per literas illiteratiſſimas notas intelligens, differentes à literis, de quibus Modeſtinus agit libro ſingulari de enucleatis caſibus l. inter eos. ff. ex quibus. cau. majores. ità inquiens, *Eos qui notis ſcribunt acta præſidum Reipublicæ cauſſa non abeſſe certum eſt*. Quoniam his qui acta Præſidum notis ſcribant, extra ordinem jus dicitur, l. 1. § ſed certarū. in verbis qui ſunt extra literas vel notas poſiti. ff. de extraordinar. cognitionibus. & ſunt in comitatu Præſidum, & amanuenſes corū dicuntur, vt ex Suetonio in Tito intelligitur. *Ex pluribus* (inquit) *comperi, notis quoq; excipere velociſſimè ſolitum, & cum Amanuenſibus ſuis, per ludum jocūq; certantem, imitari chirographa quæcunq; vidiſſet.* Rectè † autem Plinius 3
notas vocat literas illiteratiſſimas, quoniam ſingularum literarum & notarū difficilis eſt legentibus interpretatio, & ex varietate ſignificandi proclivis eſt error. Ob quod quia notæ ſunt cōpēdia quædā dictionū, ſive (vt Plutarchus ait in Catone) σημεῖα ἐν μικροῖς καὶ βραχέσι τόποις πολλῶν γραμμάτων δύναμιν ἔχοντα Iuſtinianus omnia nomina prudentum, & titulos, & librorum numeros, per conſequentias literarum & nō per ſigla, id eſt per ſingulas literas, voluit manifeſtari; pœnam falſitatis conſtituens adverſus eos qui in poſterum leges per ſignorum (ſeu vt rectius Florentiæ legitur) ſiglorum obſcuritates auſi fuerint conſcribere, l. eandem de cōfirmatione digeſt. Imperator enim animaduertens quantum interpretationi & compoſitioni diſcrimen, dubia ſeu vitioſa ſcriptura adferat, jubet per conſequentiam literarum, ſine vlla compendiariarum notarum & ſignorū dubietate conſcribi omnia, laxioris ſcripturæ diffuſam claritatem, brevioris dēſiſſimis tenebris præferens. Eoq; pertinet quod idem Iuſtinianus non ſiglis aut ſignis, ſed per conſequentias literarum vltimas voluntates ſcribi juſſerit, Auth. quod ſine. C. de teſtamentis. Et
hac † ratione Baſilius conſiderans oc- 4
caſionem maleficij pravis hominibus eo dari, quod numeri quibus verbi

gratia,

graтia,ſemiſſis,ſextãs,vncia, & ſimilia,
deſignantur,per notas recepta antiqui-
tus conſuetudine ſcriberẽtur, loco no-
tarum literis vti juſſerit,quas etiam ru-
ſtici legere poſſent, & de ſuo ſumptus
in chartas, literas atq; ſcribas ipſe ſup-
5 peditavit. Notas autem ex literis † ſin-
gulis aut binis olim conſtitiſſe, ex mo-
numentorum inſcriptionibus intelli-
gitur, vt Valerius Probus, Petrus Dia-
conus, & alij idonei teſtes eſſe poſſunt
in libellis quos de literis antiquis edi-
derunt. Et proindè non rectè Iacobus
Cujacius obſervat.lib.3.c.3. & lib. 12.
cap.40.in fin. negat notas eſſe literas,
diſtinguens ſigla à notis. Etenim nota-
rum ſignificatio generalis eſt, & tam
ſigla ſeu compendia literarum, de qui-
bus Iuſtinianus in conſtitut. ſuis, quã
alia ſigna & demonſtrationes quarum-
cunque rerum complectitur. Et literis
aut ſillabis ſingulis aut binis deſcribi
acta Præſidum, & legitimorum actuũ
inſtrumenta ſolere, inditium faciunt
reſponſum IC.in d.l.inter eos.& teſta-
mentum militare Sempronij Tucida-
ni,quod ſillabis deſcriptũ. L. Manlio,
& Q. Torquato Conſulibus, etiamnũ
inter alias antiquitatis relliquias apud
Georgium Fabricium extare dicitur. Et
eodem pertinet illud Hieronimi ad Iu-
lianum, *ille appoſito Notario cogebat ſe-
qui,quæ velociter edita,velox conſequere-
tur manus.* Item illud Suetonij in Servio
„ Galba. Obſervavit(inquit)ante omnia
„ Liviam Auguſtam, cujus & vivæ gra-
„ tia plurimum valuit, & mortuæ teſta-
„ mento penè ditatus eſt, M. S. namquè
„ quingenties cùm præcipuum inter le-
„ gatarios habuiſſet. quià verò notata
non perſcripta erat ſumma, herede Ti- „
berio legatum ad quinquaginta revo- „
cante nec hoc quidem accepit. Notata „
† ſumma ad literarum ſeu ſyllabarum 6
compendium refertur, cui perſcriptio
contraria eſt, apud Suetonium & apud
Paulum,dum lib. 11. reſponſorum ità
ſcribit in l.lucius Titi⁹ in princ. de mi-
lit.teſtam. *Aliud eſt notis dictare teſta-
mentum,aliud perſcribere, nam perſcribi
dicuntur verba quæ literis omnibus exa-
rantur.* Quamuis contrariâ ſententiâ,
plerumq; perſcribi notæ & literæ dicã-
tur,quibus linea traijcitur, vt in nota
numeri denarij *x* quæ interdum nuda
eſt *x* interdum (vt Priſcianus ſcribit)
perſcripta, id eſt trajecta per medium
literæ linea ſed prior ſignificatio
eſt vſitatior. Et † vt in vniverſum ma- 7
teriam notarum brevibus explicemus,
ſciendum eſt notarum plura eſſe gene-
ra,eaque diverſa,nec in vnam formam
cadentia. Extant notæ in ponderibus
& menſuris,item in agrorum limitib⁹,
de quibus apud Voluſium Mecianum,
Priſcianũ, Agennium Vrbicum atque
alios accuratè tractatũ eſt. Sunt † notæ
ignominię,quæ vetus pœna eſt omni-
bus gentibus vſitata. Romani non ſo-
lum ſervorum malorum, verumetiam
liberorum hominum qui calumniæ
damnati erant, fronti literam k, inure-
bant.Samij captivis Athenienſum no-
ctuam, illi viciſſim Samijs Samenam
inurebant.Eoque pertinet illud Auſo-
nij.

*Ergò notas ſcripto tolerasti Pergame
vultu.*

Plura de his notis,& ratione inſcriben-
di notas infamibus ſcribit Iuſtus Lip-

ſius Electorum lib. 2. cap. 15. Habent
9 Rethores † quoque notas ſuas memoriæ juvandæ gratia, quæ conſtant ex locis & imaginibus. locos appellam⁹ eos qui vt Cicero ſcribit ad Herenniũ lib. 3. breviter perfectè & inſigniter, aut natura aut manu ità ſunt abſoluti, vt eos facilè naturali memoria comprehẽdere & amplecti queamus, vt ædes, angulum, fornicem, & alia quæ his ſimilia ſunt. Imagines ſunt formę quædam & notæ, & ſimulacra rei quã meminiſſe volum⁹, quod genus, equi, leones, aquilæ, quorum memoriam ſi velimus habere, imagines eorum certis locis nos collocare oportet. Quemadmodũ enim qui literas ſciunt, poſſunt id quod dictum eſt ſcribere, & recitare quod ſcripſerunt, ità qui mnemonica didicerunt, poſſunt quæ audierunt in locis collocare, & ex his memoriter pronuntiare, loci enim ceræ aut chartæ ſimillimi ſunt, imagines literis: nã vt literæ ad ſcribendum verbum, ſi illæ ad explicandam rerum reminiſcentiã occurrunt. Quod copioſius explicat Cicero. lib. 2. ad Herennium, & in lib. de orat. Quibus rectè addi poſſunt ea quæ congeſſerunt illi qui de artificioſa memoria ſcripſerunt, in cõgeſtorio (quod vocant) de artificioſa memoria. ex quo multa referũtur in fœliciſſimo dictionario vulgari & latino Venetijs impre-
10 ſſo anno 1568. Et † ab his Rethorum notis nõ ſunt abſimiles, ſed conterminæ & junctis inter ſe finibus cohærentes ſcripturæ, quæ apud Ægiptios templis & obelis inſcribebantur, non vulgaribus literis, ſed figuris & imaginibus animalium aliarumq; rerum. De quibus legi poſſunt ea quæ circumferuntur titulo & nomine Apollinis Niliaci. Multa quoq; ac multiplicia, & diverſi generis ſigna, veteribus Romanis in vſu fuiſſe non dubitatur, cum ad celeritatem ſcribendi, tum etiam ad rationẽ occultè ſcribendi, de qua multa videri poſſunt apud Herodotum lib. 5. cap. 7. & 8. Frontinum lib. 3. cap. 3. Abbatem Trithemium, quamuis principalia illi⁹
opera non reperiantur. Nec † eſt omit- 11
tendum omnes veterum inventiones, ſuperari induſtria eorum qui hodiè peritiam profitentur componendi interpretandique literas quæ in ciferis (quas
vocant) conſiſtunt. Illud † certum, eſt 12
quod quamuis multa & varij generis apud veteres extiterint ſigna & imagines, non ſolum rerum demonſtrationi, verumetiam vocum & dictionum repręſentationi, & expreſſioni ſubſervientes, notas tamen Romanorum, in vſu ſcribendi vt plurimum conſtitiſſe in literis vel ſyllabis, oſtendunt loca Suetonij, Plinij, Gellij, & Divi Auguſtini ſuperius relatã. Probanique libelli Valerij Probi, & aliorum authorum qui de notis ſcripſerunt, impreſſi cum M. Varrone, Verrio Flacco, Valerio Probo, Nonio Marcello, & alijs anno 1585. per Iohannem Lamiarium. A quibus exacta ratio traditur, ſcribendi explicandique notas. Cui conſentanea eſt interpretatio notarum prodita, in dicto vulgari & latino dictionario ex Gratioſo Epidaurite fœliciſſimo antiquario, & notarum interprete diligentiſſimo. Et notæ literarum dicuntur, ſivè perſcripta ſit ſeries dictionum, tranſpoſitis, cõmutatis, & inverſis literis aut verbis,

Digitized by Google

verbis, ſive ſint literæ ſingulares ſine coagmentis ſyllabarum. quorum primum ad occultam ſcribendi rationem refertur de quo Gellius loco citato. & Suetonius in Iul. Cæſare cap. 56. & in Aug. cap. 88. Et Iſidorus lib. 1. originũ c. 24. Alterum verò ad commoditatem celeriter ſcribendi inductum eſt. Quod ſtudium Valerius Probus ſcribit ad citius perſcribendas, vel paucioribus literis notandas dictiones fuiſſe neceſſariũ. Et † de his notis accipienda eſt Iuſtiniani conſtitutio in l. 1. §. fin. C. de Iure vet. enuc. qua jubet Codicis cõtextum conſcribi per conſequentias literarum, abrogata conſuetudine ſcribendi per ſigna & notas, ſeu ſingulares literas ſine coagmentis ſyllabarum, quæ interpretationi legum, & aliorum humanorum actuum, per captiones verborum, & compendioſa ænigmata, maximum adferebant diſcrimẽ atq; incertitudinis

14 vitium. Quod † tanti momenti fuit etiam apud veteres, vt hujuſmodi ſignis aut notis duntaxat vterentur ad celeritatem ſcribendi, & ad citius paucioribus literis notandas dictiones, atque vt vocis curſum, manus celeritas adæquaret, non etiam vt vim probandi haberent, aut aliquam fidem facerent, antequam ſcriptura per coagmenta ſyllabarum, & literarum conſequentiam

15 perſcriberetur. Et † hoc eſt quod IC. reſpondit, in d. l. Lucius in principio. non valere etiam jure militari teſtamentum notis dictatum, & ante mortem teſtatoris literis non perſcriptum. Eadem ratione quingenties MS. legatum in Liviæ Auguſtæ teſtamento relictum Tiberius ad quinquaginta revocavit, quia ſumma notata non perſcripta inveniebatur. Ex quo ſequitur quod tametſi antiqui numeros literarũ notis diſtinguerent, nihilominus tamen ad legitimam authoritatem ſcripturæ notæ illę non valuerunt, ſed tantum ad celeritatem ſcribendi in vſu fuerũt. & proindè rectè Pedius negavit, notas eſſe literas, & Iuſtinianus conſtituit, omnia per literarum conſequentiam perſcribi debere, etiamſi numerus librorũ ſignificetur aut aliud quidpiam.

Ex † quibus manifeſta ratio deprehen- 16
ditur cur Modeſtinus reſponderit in d. l. inter eos. §. eos. *Eos qui notis ſcribunt acta Præſidum Reipub. cauſſa non abeſſe.* Quoniam notarum ſcriptura per ſe authoritate & probationis efficacia deſtituitur. Et Notarij jure veteri & apud antiquos, non niſi amanuenſes erant, nec publicum ſed privatum ſuſtinebãt officium, quod etiam ſervis committi poterat. l. ſi tibi notarum C. de pig. & hijpot. Quibus tamen cauſſas tractare non licebat, l. generali C. de Tabellarijs ſcribis lib. 10. Cęterum quanquam notariorum functio conſtiterit in velocis ſcriptionis privato officio, non tamen ità vile fuit quin ipſe Cæſar Auguſtus, ſcriptione per notas ſe occupaverit, & nepotes futuros Cęſaris, literas, & notare, aliaque rudimenta per ſe plerumque docuerit, vt Suetonius ſcribit in Auguſto ſecundum lectionem Iuſti Lipſij quæ vera videtur, propter verba ſequentia, *Ac nihil æquè elaboravit, quã vt imitarentur Chirographum ſuum,* quæ ad ſcriptionem per notas neceſſariò referuntur. Poſterioribus autem temporibus majoris dignitatis Notarij eſſe

Digitized by Google

cœperunt, publica authoritate teſtamenta, contractus, obligationes, & inſtrumenta de quibuſlibet rebus conficientes, quæ publicam fidem faciunt.
17 Cujus † rei vſus hodiè eſt frequentiſſimus. Et notariorum creationem, eſſe ſummi cujuſdam imperij dignitatiſq; ſymbolum, Cæſarea lege conſtitutum eſt l. actuanos C. de nu. actua. & Chartular. lib. 12. Ità vt prærogativis, & juribus Principi reſervatis, in ſignum ſuperioritatis annumeretur, Carol. Molineus in conſult pariſ. §. 1. gloſ. 5. niſi privilegio, vel privata poſſeſſione antiquiſſima, Ducibus, Comitibus, & Baronibus, jus creandi Tabelliones ſeu Notarios acquiſitum ſit, quod latè tractat, & vſibus noſtris accommodat Renatꝰ Chopinus, de juriſdictione Andegavẽſium, lib. 1. cap. 43. nu. 12. cap. 49. nu. 1. & 2. Item interpres legum hiſpanicarũ à rege Alphonſo latarum part. 3. tit. 19. l. 3. & Iohannes Braquetus. De Dominio Galliæ ca. 25. Ex quibus lucem accipiunt quę de notis & notarijs prolixè ſcribunt Andreas Alciatus parergon lib. 8. c. 19. Iacobus Cuiatius, loco citato, & noviſſimè Iohannes Hunnequinus in notis ſuis ad benedicta Accurſij. in d. l. inter eos in corpore impreſſo Lugduni anno 89. Extantque celebres interpretum Tractatus, & Principum conſtitutiones, tam in Gallia quam in Belgio, quibus ars, officium, atque exercitium notariatus accuratè traditur, certis formulis ac finibus circumſcribitur, atque vſui Forenſi accommodatur.

SVMMARIA.

1. *Legatorum officium perſonalibus muneribus annumerari.*
2. *Legativum ſive Legatitium quid, & quomodo conſtituendum.*
3. *Lautitia Legatis præſtari ſolita.*
4. *Hoſpitia publica decernere Romanis in vſu.*
5. *Legatio libera quid quibus & ob quas cauſas decreta.*
6. *Legatio libera relegationis ſpecies.*
7. *Emendatæ quædam leges ſub tit. ff. de legation.*

CAPVT DECIMVM-QVARTVM.

1 Legatorum officium † perſonalibus muneribus annumeratur, l. munerum §. legati ff. de mun. & honoribus. quæ animi proviſione, & corporalis laboris intentione, ſine aliquo gerentis detrimento explicantur, ideoq; filio propter patris legationem, vacatio non conceditur; nam quod filio ex perſona patris vacatio tribuatur, in honoribus qui ſumptum habent rectè obſervatur, in legationibus, quæ ſolo miniſterio obeũtur, diverſa eſt cauſa, l. fin. §. filio ff. de Legatio. quoni. i Legatis ex publico ſumptꝰ itineris, ſeu viaticũ ſuppeditatur, quod † legativũ ſeu vt 2
Hugo à Porta legit legatitium appellatur, l. 2. ff. de legatio. & d. l. numerum, §. legati, de muneribꝰ. & honoribus. & ex forma legationis vel conſuetudine loci conſtituitur vt Vlpianus libro opinio-

Digitized by Google

nionū reſpondit. His,inquiens, *qui non gratuitā legationem ſuſceperunt, legatitiū ex forma conſtitui*,id eſt ſecundū regulā & præſcriptum ſalarij modū, nā forma accipitur pro regula apud Vlpianum in l.forma ff.de ſenſibus in l. formam.C. de off.præf.orientis.& pleriſq; alijs locis.Quintilianus libro ſecundo cap. 4. *In formam autem Legationis non ſolum quantitatis ſalarij, ſed etiam tempus præfinitur,vt neq; vltra modum præfiniti ſalarij,neq; vltra tempus præſtitutum quidquam ſalarij nomine exigatur, niſi morbo vel alia juſta cauſa impeditus Legatus deſtinato tempore reuerti non potuerit*.Nec
3 † *ſolū* ſalaria legati accipiūt verumetiā
lautitia,quę vt Feſt⁹ ait lautia dixerunt veteres,dicebanturq; munera quib⁹ legati exterarū nationū cohoneſtabātur. Vndè ſcribit Livi⁹, lautia Attalo fuiſſe decreta , & rurſus lib. 8. Belli punici. locū lautiaq; Legatis prębere juſſa,quę Greci xenia vocabant. Vitruvi⁹ lib.6.c. 20.ita ſcribit.*Nā Græci delicatiores,& opulentiores à fortuna,hoſpitibus advenientibus inſtruebāt triclinia & cubicula, & cū penu cellas,primoq; die ad cœnam inuitabāt,poſtero mittebant pullos, ova, olera po-*
4 *ma,aliaſq; res agreſtes*.Romanis, quoq;
moris fuit,vt legatis alijſq; qui inſigne aliquod beneficiū in Romanos contuliſſent,hoſpitiū publicū S C. decernerent.Et plura hujus rei illuſtria exēpla referuntur ab Alexandro ab Alexādro genialiū dierū libro ſecundo c.11. Budęo, & Cōrado Bruno de Legationib⁹
5 lib.4 c.6.Sed † Prędicta obtinēt in lega-
tionib⁹ quę Reipub.cauſā ſuſcipiuntur, nō in legationib⁹ liberis,quæ ornamēti tantū cauſa à Senatu impetrabantur: quemadmodū honorarij Magiſtrat⁹ à Principib⁹ honeſtamēti cauſa titulo ten⁹ cōceduntur vt Budę ait,in poſteriorib⁹ annotationib⁹ ad Pandectas,& impetrabatur.hujuſmodi legationū titul⁹, vt plurimū ab ijs quibus negotia futura erāt in prouincijs, qui hæreditates aut legata perſequi,aut nomina exigere volebant,vt ſcilicet legatorū perſona accepta cōmendabiliores cōtroverſiā haberēt.Quod etiā Cicero teſtatur Epiſt. fam.lib.1.epiſt.12.*Canitius* (inquit) *familiaris meus vir omnib⁹ reb⁹ ornat⁹, negotiorū ſuorū cauſa legatus eſt in Africam legatione libera &c.*Et rurſus in orat.cōtra Rullū *Legatos veſtros authoritate tenui,qui quanquā rerū priuatarū cauſa legationes liberas obeunt,tamē exteræ nationes ferre vix poſſūt;Graue eſt enim nomē imperij,idq; etiā in levi perſona pertimeſcitur, Præterea quod veſtro nō ſuo nomine abutūtur*. Ob quā causā lege 12.Tab. hoc legationis gen⁹ fuit vetitū,his verbis: *Rei ſuæ ergo nè quis Legatus eſto*. Vtebantur† hujuſmodi legationis officio etiā ij,qui ab emulis hoſtibuſue in Repub.minus tuti,honeſtā aliquā causā proficiſcēdi, ac è civiū cōſpectu ſubtrahēdi ſe quęre-
bāt.Sub † hujuſmodi legationis Titu- 7
lo,Scipio Naſica,(cujus egregia moderatio,pietaſq; magis admirabilis fuit cū reliquit patriā, quā cū defendit) Pergamū receſſit.Seneca Epiſt.87.lib.12.Publi⁹ lentul⁹ in Ciciliā profect⁹.Otto Si-
luj⁹ in luſitaniā.Atq; hęc† quidē lega- 8
tio relegationis atq; exilij quandā ſpeciem videtur habere,& ad Oſtraciſmū Athenienſiū inclinat,vt teſtatur Brut⁹ ad Ciceronē.*Cum in his,inquit, anguſtijs verſarer,placitum eſt mihi vt poſtularem*

Digitized by Google

liberam Legationem, *mihi reliquiſq; noſtrus, vt aliqua proficiſcendi cauſſa honeſta quereretur*. Qui hujuſmodi legatione aberant, non videbantur Reipub. cauſſa abeſſe, quià non publici commodi cauſſa, ſed ſui aberant, vt Vlpianus ſcribit in d.l. qui libera ff. de Legationib⁹.
9 Cujus † reſponſum hactenus depravatum fuit, vna dictione *libera* diffiſa in duas partes *liber à*, quemadmodum & Martiani reſponſum, in l. ſciendum in p. ff. de Legatio. dum vulgò ità legitur: *Et ideò arena miſſum non jure Legatum eſſe miſſum, Divus ſeverus & Antoninus reſcripſerunt*. Nam poſteriore loco dictionem, *miſſum*, abundare, & reijciendam non dubitatur, quemadmodum in Vlpiani reſponſo d.l.2. §. ſi indemnitas ff. de Legation. non *diſpenſationes*, ſed *computationes*, ex editione Florentina legendum ſuadet rei ſubjectæ natura, & ratio.

SVMMARIA.

1. *L. non tantum §. & quia heredibus ff. de fideicom. libertat. ſingularis emendatio & explicatio.*

CAPVT DECIMVM-QVINTVM.

ANtonius Auguſtinus vir magni nominis, & nomini reſpondentis ingenij, Martiani reſpōſum mendoſum eſſe, & pro *quicunq;* *cuicunq;* ex Thuſco lib. legi debere arbitratur. quod poſtremum non probo, quia Martiani ſententia eſt, non ſolum hæredes, ſed alium quemcumque debentem fideicommiſſariam libertatē, S C. conſtringere. ad quam ſententiam exprimendam, accommodatiſſima eſt dictio illa vniverſalis *quicunq;*, vt ſecundum vulgarem editionem ità legatur, *vt quicunq; fideicommiſſariam libertatē debet, ex quacunq; cauſa pronuntiatum fuerit eum eoſue abeſſe, perindè habeatur atq; ſi vt oportet ex fideicommiſſi cauſa manumiſſus eſſet*. Mendum autem ſubeſſe Antonio Auguſtino conſentio, cujus ratio & emendatio (quamuis ille in tantæ doctrinæ copia, & ingenij perſpicacia addubitet) mihi ità perſpicua videtur, vt mirum ſit eam non vel à vulgaribus Grammaticis deprehenſam eſſe: Nam defectus ſuppleri, & error qui locum vitiavit ſubmoveri poteſt, ſi conſideremus, vitio librariorum vnā eandemque dictionem in duas diviſam eſſe, ſcribendo: *manumiſſus eſſet* pro *manumiſiſſet*, patiendi verbum ſubſtituendo in locum activæ dictionis, quam ratio conſtructionis & ſententia I C. manifeſtè exigit, vt ità legatur. Et quià de hæredibus tantum cautum erat, adjectum eſt eodem S C. vt quicunque fideicommiſſariam Libertatem debet, ex quacunque cauſa pronuntiatum fuerit, eum eoſue abeſſe, proindè habeatur, atque ſi vt oportet ex fideicō- miſſi cauſa manumiſiſſet &c. Quæ ele-

gantem

Digitized by Google

gantem conſtructionem habent,& veram ſententiam I C. exprimunt, comprehenduntq; & hæredes, & quemcũque alium debentem fideicommiſſam libertatem. Et ità in veteri meo codice manuſcripto exaratum invenio, & res alioqui per ſe tam manifeſta eſt, vt pluribus argumentis abuti non oporteat. quanquam putem dictionem *eoſuè*, & in veteri manuſcripto libro, & in impreſſis codicibus, ab interprete aliquo ſuperfluere,& ad obſcurandam I C. orationem fuiſſe additam. eodem modo quo dictio *juſta* eodem loco perperam addita eſſe videtur, Ideoq; in Pandectis Florentinis tanquam adverſantem IC. ſententiæ rectè omitti: Martianus enim ei cui fideicommiſſa libertas relicta eſt conſulit, reſponderq; manumiſſionem ſequi,& libertatem ei contingere, perindè ac ſi is qui debet fideicõmiſſam libertatem , vt oportet ex fideicommiſſi cauſſa manumiſiſſet, ex quacunque cauſsâ ſive juſtâ, ſive injuſtâ pronuntiatum fuerit. Et juſtæ ſivè injuſtæ cauſſæ diſtinctio, adhibetur dunta[illegible] ad commodum hæredis, vel alteri[illegible] grava[illegible]i, nè ſcilicet libertus, id eſt jus patronatus, eripiatur his qui ex juſta cauſſa abſunt, quod alijs locis tractatum eſt. in d. l. non tantum ff. de S C. Silan.& in l. neq; infantes ff. de fideic. liber.

SVMMARIA.

1. *L. 1. 2. & 3. C. de pact. inter empt. & vendit. explicata. & 5.*
2. *Pacta legis commiſſoriæ in omnibus contractibus præterquam in pignore probari.*
3. *Pactum hoc modo directis, modo obliquis, modo etiam dubijs verbis fieri.*
4. *Pacti directi & obliqui vel dubij differentia.*
6. *Reſoluta ex lege commiſſoriâ venditione, dominium nunquam tranſlatum fuiſſe cenſetur.*
7. *Pactum legis commiſſoriæ venditionem an & quando faciat conditionalem. &* 8. 10.
8. *L. 2. §. Sabinus ff. pro emptore explicata.*
9. *Dictionis niſi tam in contractibus quam vltimis voluntatibus vis ac poteſtas. &* 14. 15. 16. 19.
10. *Tiraquelli ſententia notata.*
11. *Conditio ſive præponatur ſive poſtponatur conventioni nihil intereſt.*
12. *Inter venditionem & promiſſionem vendendi quoad l. commiſſoriam nihil intereſt. &* 13.
14. *L. Titia ff. de manumiſſ. teſt. explicata , rejectâ Curtij Decij & Bartholi ſententia. &* 15. 18.
17. *Ex oratione negativa argumentum à contrario ſenſu non valere. &* 18.

CAPVT DECIMVM-SEXTVM.

Digitized by Google

1 HÆ tres † Conſtitutiones pertinent ad legem commiſſi, ſeu pacta legis commiſſoriæ. Ità appellata, quod vigore illorum committatur & finiatur venditio, propter legem dictam & fidei promiſſionem non adimpletam, l. lege. & l. vlt. ff. de l. commiſſ. ad ſimilitudinē rei emphiteuticæ, quæ domino directo committitur, ſi in ſolutione canonis ceſſetur. l. 2. de ju. Emphit. Et eodem modo committuntur merces, prædia & aliæ res, quæ in publicum cedunt, l. 2. ſi ſeruus exportandus veneat. l. commiſſa. ff. de publican.
2 Nec dubium † eſt quin hujuſmodi pacta legis commiſſoriæ, ſicut addictionis in diem, in emptionibus, & alijs contractibus ſimilibus ſuſtineantur, & pro validis (ſi extrinſecus fraus non probetur) obſervētur excepta cauſa pignoris, in quo penitus prohibitum eſt, creditori propter nimiam captionē & aſperitatem hujuſmodi legem dicere, vt ſi ad diem non ſolvatur pecunia, pignus aut hypoteca ſit creditoris. l. Titius ff. de pignoribus l. fin. C. de pignoribus c. ſignificantem de pigno. Pactū
3 † autem legis commiſſoriæ in venditionibus tendit ad reſolutionem contractus, & rei venditæ recuperationem, concipiturq; & apponitur à venditore rei ſuæ, vel directis verbis, veluti ſi ad diem non ſolvatur pretium, res ſit inempta, l. 4. C. de pactis inter Emp. & vend. vel obliquis & inflexis verbis, veluti quod emptor non ſolvens certo die pretium, cogatur revendere; vel etiam verbis dubijs, qualia ſunt revertatur, redeat, pertineat, & ſimilia. Tex. hic in l. 1. & 3. pulchrè Frācis. Aret. Cons. 6. nu. 7. Quorum † ea eſt differentia, 4
quod ex conventione verbis obliquis inflexis aut dubijs conceptā, non transferatur poſſeſſio aut dominium ipſo jure, nec detur venditori vindicatio, niſi cùm nondum facta eſt traditio, aut emptor precariam poſſeſſionem tantū eſt conſequutus, l. 3. C. de pactis inter Emp. & vend. l. 15. qui in puteum. §. Ariſto autē ſcribit. ff. quod vi aut clam. ſed conceditur ſimplex perſonalis ex empto, vel præſcriptis verbis actio, ad reſciſſionem contractus, & reſtitutionē rei venditæ: cum ex verbis directis, ipſo jure revertatur dominium, poſt cōmiſſam legem vēditionis, l. commiſſoriæ C. de pactis inter empt. & vend. Ipſique venditori rei ſuæ vindicatio concēdatur, contra quemcunq; poſſeſſorem, vt ingenioſè admonet *Accurſius* in l. 1. C. de pactis inter Emp. & vend. dum tractās vim verbi *pertinere* quod eſt dubium, nec directo pactum l. commiſſoriæ conſtituit, ità inquit. Et ſic patet quod non eſt pactum l. commiſſ. ſubaudi, directum, vbi ipſo jure redit dominium, & fit per verba *Res ſit inepta.* Quo † loco vitio librariorum vice 5
copulæ &, *adverſatiua ſed*, in communibus codicibus perperā legitur. Quod
† autem verbis directis appoſitis reſolvatur venditio, revertaturque ipſo jure dominium, poſteaquā in legem venditionis commiſſum eſt, non eam ſignificationem habet, quod dominium ex pacto transferatur aut redeat, l. traditionibus. C. de pactis ſed quod nunquam tranſlatum cenſeatur, veluti re inempta ab initio, propter legem rei ſuæ à domino dictam in ipſa alienatione, & 6

ne, &

Digitized by Google

ne,& poteſtatem præſciſæ reſolutionis ex cauſſa præinexiſtente, per quam perimitur, finiturq; contractus, & omnis illius obligatio, perindè ac ſi nunquam fuiſſet: vt eleganter reſpondit Alexander, Conſil. 1. lib. 1. & confirmat Andreas Tiraq. & nos alio loco plenius in-
7 terpretati ſumus. Illud † hic excutiendum eſt, an venditio cum pacto legis commiſſoriæ, ſit pura an conditionalis. Et Vlpianus reſpondit, in l. 1. ff. de l. Commiſſaria. ſi fundus l. commiſſ. venierit, magis eſſe, vt ſub conditione reſolui emptio, quam ſub conditione cõtrahi videatur. Vndè manifeſtè intelligitur, venditionem ab initio purã eſſe, quia reſolutiva conditio non ſuſpendit actum, nec facit eum conditionalem aut imperfectum, imo verè purum perfectumq;, ſed qui ſub conditione reſoluitur. l. 2. ff. de in diem addic. late And. Tiraq. de retract. convent. §. 2. glo. 1. nu. 47. & ſequen. Et ideo hujuſmodi actus ſeu contractus puri, ſed qui ſub cõditione reſoluuntur, poſſunt interim habere executionem, ac ſi reſolutioni non ſubiacerent. gloſ. in d. l. 2. ff. de in diem addic. adeò quod emptor medio tempore poſſit vſucapere, prout etiam ſuſtinet periculum, & fructus ſuos facit, l. lege. ff. de l. commiſſ. l. 2. §. Sabinus ff. pro emptore. veluti emptione perfecta, & quæſito ex illa dominio. licet poſteaquam lex commiſſ. à venditore exercetur, omnes fructus, omniaq; emolumenta ex re percepta reſtituere cogatur. d. l. lege. niſi partem pretij ſolverit, aut perdiderit, vt ſuo loco declarabitur: quia hujuſmodi reſolutiva conditio, propriè non eſt conditio, nec ſuſpendit nec impedit perfectionem contractus, accipiturque in jure noſtro pro pacto & lege. vt pulchrè probat Andr. Tiraq. in d. §. 2. gloſ. 1. nu. 76. Item pro conventione, vt ex eleganti Pauli reſponſo conſtat. in d. §. Sabinus. in quo merito notatur ſententia Sabini, exiſtimantis verba hæc, *Niſi pecunia intra diem certum ſoluta eſſet, res fieret inempta.* veram conditionem conſtituere, & vſucapionem impedire, arg. d. l. 2. §. ſi ſub conditione ff. pro emptore. quod verum non eſt, quia vt Vlpianus reſpondit in d. l. 1. Magis eſt vt ex verbis l. commiſſoriæ ſub conditione reſolui emptio quam contrahi videatur; ea ratione, quià dictio *niſi* quæ formatur ex *ſi non*, ſecundum omnium ſententiam eſt exceptiva, privativa ſeu ademptiva, ac reſolutiva diſpoſitionis præcedentis, cujus habitum & perfectionem præſupponit, & quam re vera præcedere, & perfectam eſſe ex intentione contrahentium, priuſquam adijciatur pactum l. commiſſ. declarat formula & ſignificatio verborum, quibus venditio cum hoc pacto concepta eſt: venditur enim res pretio conſtituto, addito pacto, vt niſi pretium conventum & conſtitutum ſua die ſolvatur, res ſit inempta, certo preſuppoſito, venditionem præcedere & perfectam eſſe: Neque enim poteſt res inempta fieri, prius non empta venditaque. Quæ vera manifeſtaque eſt ratio, cur vigore hujus pacti, venditionem reſolui potius quam ſuſpendi reſpondeat Vlp. in d. l.
1. Cujus ſententiam † probat, & ſe- 9
quitur Paulus, in d. §. Sabinus timidè

Digitized by Google

tamen ſubdu bitanterque, & cum non nullâ diſtinctione conditionis & conventionis. Quod magnum habet miſterium : Quia quamuis regulariter pacta l. commiſſ. ex formula & ſignificatione verborum, nec non natura rei ſubjectæ, magis ad conventionem & reſolutionem, quam ad conditionem & ſuſpenſionem inclinent, ex Vlp. reſponſo, in d. l. 1. fieri tamen poteſt, ex intentione & voluntate paciſcentium, vt conditionem faciant, & perfectionem venditionis impediant : vt ſi ex veriſimilitudine, vel ex verbis quibus vſi ſunt actum inveniatur vt conditionalis non pura eſſet emptio, l. fin. in fine ff. de manumiſſ. teſtamento. quemadmodum de pacto addictionis in diem ſcribit Vlpianus, in d. l. 2. ff. de in diem addiction. aſſerens ſibi verius videri, inſpiciendum quid actum ſit, nam ſiquidem hoc actum eſt, vt meliore allata conditione diſcedatur, erit pura emptio, quæ ſub conditione reſoluitur, ſin autem hoc actum eſt, vt perficiatur emptio niſi melior conditio afferatur, venditio erit conditionalis; Nam quamuis natura dictionis *niſi*, magis tendat ad reſolutionem & exceptionem ſeu peremptionem perfectæ obligationis præcedentis, tamen cum alia oſtenditur mens & ſententia, contrahentium cedit vis ſignificandi, voluntati & intentioni; & non tam vocis ſignificationem, quam voluntatem & id quod actum eſt ſequimur. Et hoc eſt quod Paulus ſua dubitatione voluit, in d. §. Sabinus. dum ait, videndum eſſe an in pactum legis commiſſoriæ prævaleret conditio vel conventio : Nam quamuis vt plurimum, ſecundum verborum proprietatem & naturam negotij, potius conventio ſit quam conditio, ex ſententiâ tamen contrahentium induci poteſt, vt ſit conditio & ſuſpenſio, non conventio aut reſolutio, ſi id inter eos actum inveniatur. Cujus rei elegans exemplum eſt apud Vlpianum, in d. l. 2. ff. de in diem addic. dum ità inquit. Quod ſi hoc actum eſt vt perficiatur emptio, niſi melior conditio offeratur, venditio eſt conditionalis, nam cum ageretur vt perficeretur obligatio, niſi meliore conditione allata, manifeſta fuit intentio contrahentium, volentium imperfectam eſſe, id eſt non perfici (vt Papinianus ait) venditionem, niſi impleta conditione ſeu lege, quantumuis per dictionem exceptivam explicatam. Prout † etiam in vltimis volun- 9
tatibus, quandò teſtator id egiſſe deprehenditur, dictio exceptiva *niſi* inducit conditionem, non ex propria ſua ſignificatione aut poteſtate intrinſeca, ſed ex alijs verbis teſtatoris, quibus oſtenditur teſtatorem legatum voluiſſe ſuſpendere, vel potius à principio adimere, donec mater moreretur, vel quid aliud accideret. Quæ vera eſt ſententia omnium jurium prædictorum, alioqui magnam obſcuritatem habentium : ex quibus alioquin rectè intellectis multa inferri poſſunt. Primum † 10
non rectè ſentire And. Tiraq. virum alioqui conſummatiſſimum, de retractibus Convent. gloſſ. 8. nu. 77. dum cenſet, ex pacto revendendi venditionem fieri conditionalem, ſi dicatur vendo tibi hanc rem tali pretio, niſi intra

Digitized by Google

intra dictum tempus pretium reſtituatur; quaſi dictio *niſi* conditionem cõſtituat, per quam venditio ab initio ſuſpendatur. quod à vero alienum eſt, nec congruit ſententiæ I C. in d. l. 2. ff. de in diem addictione. reſpondentis venditionem ſub conditione contrahi, ex intentione paciſcentium, quam colligit non ex poteſtate aut ſignificatione dictionis *niſi*, quæ contrariam naturam habet, & dubitationem facit, ſed ex vi & ſignificatione verborum, *vt perficiatur*, quæ apertè exprimunt non eſſe factam venditionem.
11 Secundò † infertur, ad id quod Vlpianus reſpondit, in l. obligationum ferè. §. conditio ff. de obligat. & actio. *conditionem efficacem eſſe quæ in conſtituenda obligatione inſeritur, non quæ poſt perfectam eam ponitur, veluti centum aureos dabis niſi navis ex Aſia venerit*, non eſſe idoneam interpretationem Accurſij, Bartoli, & aliorum, aſſerentium I C. diſcrimen facere, an conditio præponatur vel poſtponatur: quoniam I C. non ordinem aut collocationem verborum, ſed ſignificandi vim, mentemque contrahentium, atque ordinem intellectus reſpicit, nulla differentia facta in formali conceptione verborum, ſed in natura conditionum, & eo quod inter contrahentes agitur; nihil enim refert an ità dicatur, *Niſi navis ex Aſiâ venerit centum dabis*, an ita *centum dabis niſi navis ex Aſia venerit*, quoniam vtroque caſu perfecta & pura eſt obligatio, nulla conditione ſuſpenſa. Id quod intelligitur ex proprietate dictionis *niſi*, quæ eſt exceptiva ſeu ademptiva, & præſuponit efficacem obligationem, cui exceptio apponatur vel adijciatur. Secus autem eſſet in vera conditione, per dictionem *ſi*, vel alio modo conceptâ, veluti, *Decem dabis ſi navis venerit*, vel è contrario *ſi navis non venerit decem dabis*, ità vt in ordine & collocatione verborum nulla ſit differentia, ſed in eorum ſignificatione, vi ac poteſtate, & intentione contrahentium, quam conſiderat I C. in d. §. conditio. Nec arbitror eam Accurſij interpretationem ſubſiſtere, qua intelligit Vlpianum loqui de pura ſtipulatione præcedẽti, cui poſteà ex intervallo per novam convẽtionem adijcitur conditio: Nam Vlpianus loquitur de conditione conjuncta, & inſerta ſtipulationi, & eadem oratione comprehenſa, ſignificatque non ex formula verborum, ſed ex intentione contrahentium, & eo quod agitur, conſiderandum eſſe an conditio ſequatur perfectam obligationem, an vero obligationi inſerta ſit, pertineatque ad eam conſtituendam & perficiendam: Nam etſi conjuncta ſit & inſerta ſtipulationi conditio, poteſt nihilominus poſt perfectam obligationem eſſe appoſita, ſi videlicet verba ſint reſolutiva, exceptiva, aut aliter contrahentes id egerint. Tertio † infer- 12
tur, non eſſe veram per omnia traditionem Bart. in l. 1. ff. de Condit. & demonſt. reſoluentis, quod ſi contractus fiat per verba præſentis temporis, veluti, vendo tibi hanc rem niſi alius meliorem conditionem attulerit, purè venditionem contrahi, ſed ſub conditione reſolui. ſed ſi venditio fiat per verba futuri temporis veluti promitto

Digitized by Google

vendere aut venditurum, tunc contractum cenſeri conditionalem: quia vtroque caſu, dictio *niſi* in eodem ſignificatu accipitur, inducitque privationem, ademptionem, negationem, & peremptionem ejus quod præcedit, non ſuſpenſionem aut dilationem. Et inter verba præſentis vel futuri temporis, vendo, vel promitto vendere, non eſt differentia quoad præſentem obligationem, §. in hac. inſt. de Verb. obligat. licet vno caſu vera venditio, altero promiſſio vendendi conſtitui videatur. quod itaque Bartolus de verbis futuri temporis tradidit, verum non eſt ſimpliciter, & potiſſimum quandò verba illa futuri temporis ſunt affirmativa, licet in negativis, & quæ ademptionem, ſubverſionem, & dilationem ſeu ſuſpenſionem principij re-
n 3 ſpiciunt, aliud dici poſſit. Quibus conſequens eſt, nec illam Bart. doctrinam valere. in l. actionem 4. de tranſac. qua tradidit, per dictionem *niſi*, ſubſequentem verba futuri temporis, negari potentiam, quod ſi ſequatur verba præſentis temporis, negari actum: Nam præterquam quod ſæpè eundem effectum habeant, verba præſentis & futuri temporis, nihilque interſit an ità ſit concepta ſtipulatio, *promitto tibi decem*, an ita, *promitto me daturum decem, ſi navis ex Aſia venerit*, manifeſtum eſt non minus potentiam ſeu facultatem, quam actum de præſenti deſiderari, licet potentia ad futurum actum dirigatur, ex quo actus futurus dicitur, non ipſa potentia quæ nunc eſt, etiamſi agatur de oratione merè negativa.
n4. Veluti † in eo quod dixit I C. in l. Titia ff. de manumiſſ. teſtamento. *Oneſiphore niſi rationes diligenter excuſſeris liber nè eſto*, quæ verba ad impediendū actum libertatis magis, quam ad facultatem ejus implendam ſcripta videntur, etiam ex ſententia teſtatoris, quem conſtat voluiſſe impediri & actum & facultatem aſſequendæ libertatis, donec Oneſiphorus diligenter rationes excuteret, adeò quod rationibus non excuſſis, nec ab hærede manumitti poſſit. excuſſis verò rationibus, ab hærede rectè manumittatur. Ità tamen vt non cenſeatur manumiſſus ex teſtamento. Nullumque momentum habet, quod Curtius, in d. l. actionem. poſt Decium, Bartoli ſententiam approbans, ſcribit, quod licet verba I C. nunc relata, ex ſua natura & proprietate, actum magis quam potentiam reſpiciant, tamen propter ſubjectam materiam impropriari, atque ſolam reſpicere potentiam, quoniam nullum libertatis legatum præcedit, in quo privatio vim ſuam exerceat, cùm privatio futuro actui, æquè vt præſenti ſubijciatur & proportionetur. Ità vt quemadmodum pręſenti derogat, ità impediat ſequentem & futurum. vt videmus in clauſulis privativis & derogatorijs, quæ legibus, teſtamentis, Principum reſcriptis, & gratijs Apoſtolicis ſubyciuntur. in l. ſi quis in princ. ff. de Legibus. Quintò † infertur, errore labi Al- 15
ciat. paradox. lib. 1. cap. 5. in interpretatione verborum quæ nunc relata ſunt. *Oneſiphore niſi rationes excuſſeris liber ne eſto*, dum ſcribit, quod ſtatim, & ante rationes excuſſas, Oneſiphorus libertatem petere poſſit: Quia Scevola reſpon-

Digitized by Google

reſpondit, ſimpliciter & abſolute ex verbis illis libertatem vindicari non poſſe. Etenim verba ſupradicta magis adimere quam dare videntur. quæ reſponſio ratioque I C. evincit, nullo modo ex verbis illis teſtamenti peti poſſe libertatem, nec etiam poſt redditas & excuſſas rationes, quod rectè annotavit Didac. Couvarru. Sed labitur
16 † cum Alciato, in eo quod ſcribit (licet ſubdubitanter & rationibus additis contrarijs) dictionem *niſi* poſtpoſitam negationi affirmare, ſicut poſtpoſita affirmationi negat: quoniam manifeſtum eſt ex regulis Dialecticorum, orationem negativam nihil aſſerere vel ponere, niſi extrinſecus aliquid
17 adiungatur. Ob † quod veriſſimè ſcripſit Baldus, in d.l.2.de. Condit. inſtit. ex oratione negativa, ſumptum à contrario ſenſu argumentum non valere: Quia voluntas quæ ex diſpoſitis non colligitur, nec obligationem, nec legatum, nec fideicommiſſum
18 poteſt inducere. Ex † quo intelligitur vera deciſio ejus, de quo apud Scevolam quæſitum eſt, in d. l. Titia. quod videlicet ex his verbis: *Oneſiphore niſi rationes diligenter excuſſeris liber nè eſto*, libertas vt inquit I C. vindicari non poſſit, etiam excuſſis rationibus. Eademque ratione colligitur ex his verbis *non ducam aliam vxorem niſi te*, matrimonium contractum non probari; quia ſunt purè negativa, quæ nihil aſſerunt vel promittunt, reſoluiturque dictio *niſi* in promiſſionem, veluti ſi Impp. promittant non gerere bellum niſi contra Turcam, non poteſt indè probari obligatio belli gerendi contra Turcam, quoniam perindè eſt, ac ſi dictum fuiſſet, ſi quod bellum geretur, erit contra Turcam, vt rectè annotavit Couvar. loco citato. Poſtremò † infertur ex prædictis, malè 19
ſentire Alciatum lib.5.paradox. cap.5. diverſam ſignificationem dictionis *niſi* conſtituentem in contractibus, & vltimis voluntatibus, quaſi in contractibus dictio *niſi* in dubio accipiatur pro pacto ſeu modo, in vltimis voluntatibus pro vera conditione; quia in ultimis voluntatibus, eadem eſt ſignificatio & acceptio dictionis *niſi*, & ſemper ac regulariter reſolutionem, ademptionem, & privationem ſignificat, niſi à teſtatore vel contrahentibus aliud actum, ex ſubjecta materia, vel alijs verbis inveniatur. vt manifeſtum eſt in contractu ſeu pacto in diem addictionis, d.l. 2. & in vltima voluntate, vt probatur aperto Iavoleni reſponſo (perperàm in multis Codicib⁹ Labeoni tributo) in d.l.quibus diebus §. quidam de Cond. & demonſt. in quo ſuſpenditur differturque præſtatio & legati datio ab initio, non ex vi & poteſtate dictionis *niſi*, ſed ex ratione ſubjectæ materiæ, & adjectis verbis *nè dato*, quæ relata ad præcedens legatum, adimunt & perimunt ſubſtantiam relicti, eamque differunt, donec mater vt inquit I C. moriatur.

SVMMARIA.

Digitized by Google

1. *L. commiſſoriam variè induci.*
2. *Pactum retrovendendi impropriè l. commiſſoriam vocari.*
3. *Idque tam Civili quam Canonum iure licitum.*
4. *Retrovendendi pactum à fiduciaria veterùm mancipatione quomodo differat.*
5. *Facultatem retrovendendi, modo ſimpliciter modo ad certum tempus concedi.*
6. *Ad certum tempus conceſſa retrovendendi facultate, poſt diem oblatio fieri non poteſt. Fallit vt nu. 7.*
8. *L. 2. de leg commiſſ emendata.*
9. *Pactum retrovendendi etiam ſucceſſores ligat.*
10. *Retractus conventionalis potentior conſuetudinario.*
11. *In retractibus an oblatio pretij ſufficiat.*
12. *L. commiſſoria & pacti retrovendendi differentia quoad reſtitutionem fructuum.*
13. *Ex pacto retrovendendi fructus quomodo reſtituantur.*
14. *Pactum retrovendendi vt valeat, contractui eſt inſerendum.*
15. *Paruitatem pretij fraudis ſuſpitionem inducere.*

CAPVT DECIMVM-OCTAVVM.

1 LEx commiſſoria † inducitur nō ſolum ex hac conventione, ſi pretium die convento non ſolvatur res ſit inempta, verumetiam in illa, ſi res intra certum tempus diſpicuerit, aut ſi quid evenerit, puta ſi navis redeat incolumis, & quavis alia ſimili, per quam committitur, hoc eſt reſoluitur obligatio, l. is qui in puteū §. Ariſto ff. quod vi aut clam. Vſque
2 adeò † vt & revendendi pactum atque obligatio huc pertineat, licet propriè magis dicatur lex commiſſoria, ea quæ dicitur ob pretium non ſolutum; ità quod ex pacto revendendi, inducatur ſecundi generis lex commiſſoria, his vel ſimilibus verbis, *vt ſi pretium certa die non ſolvatur, vel quandocunq; reſtituatur emptori, res ſit inempta.* Etenim hæc adjectio efficit, vt pretio reſtituto, venditori detur vindicatio rei venditæ & traditæ, ſi verbis directis pactio concepta fuerit, d. l. ſi a te de pact. inter empt. vel ex vendito actio, aut præſcriptis verbis, ſi pactio facta ſit verbis obliquis aut dubijs. Vocaturque hæc conventio in jure & apud interpretes, pactum retrovendendi, redimendi ſeu retrahendi reſtituto pretio vt copioſè ſcribit And. Tiraq. in retractu convent. in præfatione in p. Addens † & confir- 3
mans, pactum hoc approbari jure Civili & Canonico, niſi cum ipſo pacto concurrat pretij modicitas, in fœnerari ſolito, aut alia noxia circumſtantia, vt idem Tiraq. explicat in d. præfat. nu. 5. & confirmat Romanus, Cons. 244. Additque Andreas † Tira- 5
quellus, Budeum virum conſummatiſſimum, & qui antiquitatem cum novitate miris modis conjunxit ſcripſiſſe, contractum ſub hac revendendi, ſeu

ſeu redimendi lege factum, alium omnino eſſe ab eo, quem veteres fiduciariam mancipationem, aut venditionem vocabant, idcircò quia fides reſtituendi interponitur: Citatque Tiraq. loca aliquot Ciceronis, Boetij, Livij, & aliorum, quibus id probari videtur. quibus accedendum arbitror, quatenus intelligunt, fiduciæ ineſſe obligationis neceſſitatem quæ ex hujuſmodi pacto inducitur, ſecus ſi agatur de ſimplici fiducia, clam inter aliquos habita, vt ſi quis dubium tempus timens amico fundum mancipet, declinandi periculi gratia, & vt depulſo periculo fun-
5 dum recipiat. Porro † redimendi hæc facultas vel ſimpliciter conceditur, & quandocunque exerceri poteſt: vel certo tempore limitatur. Text. h. in l. 2. Quod quomodò accipiendum ſit, & quam latè pateat, in vſu forenſi eleganter & latiſſimè declarat Tiraq. addens vigore hujus pacti reſtitui pretium cõventum per contractum, vel ſi nihil fuerit conventum, id reſtitui debere quod prius datum fuit. d. §. 1. gloſ. 3.
6 Cum autem certum tempus adjectum eſt, neceſſarium eſt venditori, antequã labatur tempus hoc pactum exercere; Nam poſt diem facta oblatio & conſignatio pretij, non reſoluit emptionẽ, etiamſi reſcripto Principis venditor impetraverit, vt poſt diem id ei liceat; Nam agenti venditori poſt diem, obſtat exceptio peremptoria, quæ non poteſt auferri reſcripto Principis, licet aliud ſervetur in dilatoria l. 2. C. de prec.
7 imp. offer. Subticendum † tamen non eſt, venditorem poſt diem non inutiliter ex hoc pacto agere, ſi emptor tempus prorogavit, Tiraq. loco citato. aut ſi pretium, vel partem pretij oblatam poſt finitum tempus ſpontè receperit. Et hoc eſt quod eleganter ſcribit Baldus, Cons. 8. quod licet obligatus ad revendendum ad certum tempus, poſteà non teneatur, ſi tamen poſt terminum partem pretij receperit, cogetur revendere, qui termini præfinitionem ſua gratia limitati proprio facto remiſit; quod in omni jure eſt liberum, Quemadmodum verè & propriè lex commiſſoria remittitur, nec exercetur niſi venditor velit, quia ejus cauſa adjicitur, ideoque venditor invitus eam nõ exercet, vt probatur aperto I C. reſponſo in l. 2. ff de l. commiſſ. Quod † in cõ- 8
munibus libris depravatè legitur ita: *Si ad diem pecunia ſoluta non erit, fundus inemptus ſit, accipi inemptum eſſe fundum*, & rectius legi poteſt ex libris Florentinis hoc modo: *Si ad diem pecunia ſoluta non erit, fundus inẽptus ſit, ità accipitur inemptus eſſe, ſi venditor inemptum eum eſſe velit*. Rurſus † conſiderandum eſt, 9
ex pacto revendendi, non ſolum ipſos contrahentes, ſed & ſucceſſores eorum obligari, Tex. h. in l. 2. in prin. & in l. ſi pactum. ff. de probat. latiſſ. And. Tiraq. d. §. 1. gloſ. 6. niſi taxatio ſeu limitatio adjecta ſit, quæ facultatem hanc, perſonæ venditoris vel alterius adglutinat.
Præterea † tam efficax eſt hujus pacti 10
conventio, vt vigore illius præferatur venditor conſanguineo volenti retrahere, etiam poſteaquam retraxit beneficio retractus conſuetudinarij: retrahens enim ex conſuetudine accipit rem cum ſua conditione, & à prima cauſa regulãtur inferiores, vt Baldus ſcribit,

& in terminis retractus probat Tiraq.
d.§.1.gloſſ.7. Illud adijciens, facultatẽ
hanc revendendi ex pacto reſervatam,
non impedire interim retractũ ſangui-
nis ſeu conſuetudinis, qui rectè exer-
cetur, & vires habet, donec ex pacto
reſoluatur, propoſita actione ex vendi-
to vel præſcriptis verbis, prout petitio-
nem ſuam Actor fundat in contractu
comprehendente pactum, vel in pacto
ſeparatim conſiderato, vt alio loco tra-
ditur. in l. petens C. de pactis & in l. cũ
11 mota. C. de tranſac. An † autem in ex-
ercenda facultate retract⁹ ſatis ſit offer-
re pretium, an verò vlterius requiratur
depoſitio & conſignatio, prolixa & an-
ceps eſt interpp. diſputatio, quam And.
Tiraq. prolixè relatam ità [illegible]
cenſet, quod oblatio ad actionem exer-
cendam ſufficiat, ſed ad [illegible] re-
cuperationem, qui medio tempore & pẽ-
dente judicio percipiuntur, neceſſaria
ſit depoſitio & conſignatio. quod du-
bitationem indè accipit, quod oblatio
adverſarium in mora conſtituere ſole-
at, duntaxat reſpectu excuſationis ejus
à quo fit oblatio, & ad declinandum
periculum interitus vel deterioratio-
nis, vel ad evitandam pœnam, aut vlte-
riorem vſurarum curſum, quem pate-
retur is qui offert, propter non factam
vel dilatam ſolutionem, d.l. interdum.
C. de pactis. & in l. cum mota. C. de trã-
ſactionib⁹ ſed quoad actionem acqui-
rendam, & recuperandum dominium
aut ad implendam conditionem legis
commiſſoriæ, vel pacti de reven-
dendo, aut ad acquirendum quid aliud
ſoluta certa pecunia, videtur neceſſaria
depoſitio & conſignatio. Text. h. in l.
ſi à te. & l. 2. C. de Cond. inter emp. &
vendit. Et ratio quæ eſt in acquirendis
fructibus, etiam militare videtur in ac-
quirenda actione, & rerum dominio.
Cæterum æquitatis ratio magis ſuſti-
net id quod Tiraq. tradidit, vt ad exer-
cendam actionẽ ſufficiat oblatio actua-
liter facta, donec adverſarius recuſet re-
cipere, in quem caſum recuperari ſolet
pecunia, oblato & derelicto auro & ar-
gento, cũ oblatione ſuppletionis quan-
do opus erit, idque expreſsè affirmat
Anchoranus Conſ. 327. viſis diligen-
ter actitatis. & Iohannes Maria de Ri-
minald. Conſ. 296. nu. 15. & 16. Et ità
paſſim obſervatur, & poſt multorum
I C. & practicorum deliberationem, in
magno concilio Mechlinienſi ità pro-
nuntiatum fuit, pro Domino de Gre-
venbroeck, adverſus Dominum Baro-
hem de Obingij, in controverſia ſilvæ
de Authulſt. Quod † verò ad fructuũ 12
reſtitutionẽ attinet, alia ratio eſt in ve-
ra l. commiſſoriâ quæ directis verbis
concipitur, & quæ reſoluit emptionem
à principio, alia verò in pacto reven-
dendi, nam in ſpecie veræ legis Com-
miſſoriæ & propriè acceptæ, quamuis
emptor medio tempore fruct⁹ ſuos fa-
ciat, eveniente tamen conditione om-
nes tenetur reſtituere, l. 4. & 5. ff. de l.
commiſſ. quià nihil penes eum rema-
nere oportet, ex re in qua fidem feſel-
lerit, l. lege ff. de lege commiſſ. niſi cõ-
venerit vt pars pretij ſoluta, vel arræ da-
tæ ab emptore non implente contra-
ctum perderentur, d.l. lege. ff. eo. & l. 1.
h.t. nam hoc caſu fructus pro parte cõ-
penſantur cum parte pretij venditori
ſoluti, quam emptor amittit, ſicut &
arras

Digitized by Google

arras quæ plerumque cedunt in partē pretij, l. vlt. ff. de l. commiſſ. Ceterùm in pacto revendendi nunquam omnes fructus veniunt, & emptor non reſtituit fructus niſi ex mora & poſt oblationem depoſitionem & conſignationem, quæ requiruntur pro implemento conditionis dictæ, & ad acquirendā actionem, ſeu recuperandum vigore pacti dominium, vt probat Imperialis conſtitutio, in d. l. ſi à te. & ratio manifeſta eſt.
13 Quomodo † autem ex hoc pacto fructus reſtituantur dividantur & ſeparentur, itē quas impenſas teneatur reddere venditor, copioſè & elegāter explicat Tiraq. in d. trac. de retractu convent. §. 5. gloſ. 4. & §. 2. in p. A quo † illud quoq; copioſè deducitur, quod 14
pactum hoc contractui debeat eſſe inſertum §. 1. glos. 4. vel eodem tempore factum, cùm alioqui ex intervallo appoſitum, actionem non poſſit producere. Noviſſimè ſubticendum non eſt
† quod diximus ex parvitate pretij cō- 15
tractum fraudis ſuſpitione laborare, procedere in magna inæqualitate, nam propter onus revendendi res ſemper minoris æſtimatur, & onera incumbentia emptori ſunt pars pretij, ſicut onera adjecta venditori ſunt pars rei, l. fundi partem ff. de cont. empt. Bald. Cons. 164. in fi. lib. 5. augent enim vel minuunt pretium, quæcunq; ad onus emptoris vel venditoris adijciuntur.

SVMMARIA.

1. *L. veluti ff. de pœnis emendata.*
2. *Pœnarum varia genera.*
3. *Metum pœna etiam inter pœnas cenſeri.*
4. *Impuberes nunquam torqueri terreri tamen poſſe.*

CAPVT DECIMVM-OCTAVVM.

1 VLpianus genera pœnarū enumerans, ità reſpondit, *Sunt pœnæ quæ aut vitā adimāt, aut ſervitutem iniungant, aut civitatem auferant, aut exilium, aut coercitionem corporis contineant.* Quibus ex Calliſtrato ità ſubijcitur, in l. veluti ff. de pœnis *veluti fuſtium admonitio, flagellorum caſtigatio, vinculorum verberatio.* Quæ prorſus in ſincera & vitioſa videntur; verberatio enim nihil ad vinculorum pœnam pertinet, & ad virgarum fuſtium & flagellorum caſtigationem referenda eſt. adeò vt quamuis virgarum fuſtium & flagellorum diverſa ſit ſpecies & pœna, & flagellorum caſtigatio gravior ſit caſtigatione virgarum aut fuſtium, l. in ſervorum ff. de pœnis. verberatio tamen non coarctatur ad certam aliquam ſpeciem, ſed generaliter accipitur pro quovis verbere, ſive id fiat loro ſiuè fuſtibus aut flagellis. Vndè generaliter defini-

Digitized by Google

vit Vlpianus in l. 17. poſt. p. de iniurijs.
modum verberum judicem vt virum
bonum arbitrari debere. Ob quod di-
ctio verberatio in Calliſtrati reſponſo
non ſolum à dictione vinculorum ſe-
paranda eſt, verumetiam in totum rey-
cienda. quod rectè animadverſum eſt à
Græcis, qui id quod Calliſtratus reſpō-
dit ità verterūt, τοῦτ' ἔςι πλήγας ἢ δέσμα.
hoc eſt verbera, aut vincula. verberibus
& vinculis inuicem ſeparatis, & ſpecie-
bus fuſtium flagellorum ac virgarum
generali verberum appellatione com-
2 prehenſis. Pœnarum † autem genera
ſunt varia, & varia ſunt facinora quibus
irrogantur, quædam gladio, quædam
igne, quædam metalli pœna, quædam
deportatione, quædam verberib⁹ coër-
centur. Scribitque Cicero octo pœna-
rum genera in legibus contineri, dam-
num, vincula, verbera, talionem, igno-
miniam, exilium, mortē, & ſervitutē.
De quibus poſt Vlpianum, in l. aut dā-
num & l. moris ff. de pœnis & Calli-
ſtratum, in l. capitaliū 28. ff. eod. multa
tradunt Alexander ab Alexandro lib.
3. genialium dierum cap. 5. & Celius
Rodiginus lib. 2. lect. antiq. cap. 5. Et
Iuſtus Lipſius in ſcripto ſuo de Cruce,
in quo multa de Crucis ſeu patibuli
ſupplicio accumulauit. Quibus aggre-
ganda ſunt, quæ in Nizolio ſeu The-
ſauro Ciceronis referuntur, ad dictio-
nem Crux. Nec † eſt ignorandum in- 3
ter pœnarum genera etiam ipſum pœ-
næ metum numerari. atq; ità Artaxarx-
es Perſarum Rex (vt Plutarchus tradit)
pro flagellandis corporibus quandoq;
jubebat flagellari veſtimenta, & allato
terrore extremi periculi, non caput ſed
Thiaram, nec aures ſed hinc pendentia
quædam jubebat amputari. Quo gene-
re ſupplicij etiam hodiè plerumq; vti-
mur, dum ad terrorem, condemnantur
delinquentes vltimo ſupplicio, & per-
ductis ad patibulum vel alium locum
ſupplicij, pœna remittitur. Et † hoc eſt 4
quod I C. ſcribit in l. 1. §. impuberi. ff.
de S C. Silanian. ſolere hoc in vſu ob-
ſervari vt impuberes non torqueantur,
nam terreri tantum ſolent, & habenâ
vel ferulâ cædi.

SVMMARIA.

1. *L. ſervus ſi heredi ff. de ſtatulib. emendata & explicata. & 3. 4. 6.*
2. *Trahere reliqua quid ſignificet.*
5. *Fideiuſſores in obſcuris ſemper admitti.*
7. *Reliqua quæ dicantur.*
8. *L. ſi quis rationes ff. de liberat. leg. emendata.*

CAPVT DECIMVM-NONVM.

Elegantet

Digitized by Google

1 ELeganter † Papinianus libro 21. quæſtionum in l. ſervus ſi hæredi §. imp. ff. de ſtatulib. reſpondit in hæc verba. *Imp. Antoninus reſcripſit, juſſum rationes reddere & liberũ eſſe, ſi hæres cunctabitur accipere rationes, nihilominus liberum fore, quod reſcriptum ità accipi debet, ut ſi reliqua non trahat, liber ſit, quod ſi trahat, ita demum ſi obtulerit eam quantitatem, quæ refundi debuit ex fide veritatis.* Quæ elegans eſt Imperatorij reſcripti applicatio & moderatio. ſed omnem illius elegantiam contaminat Accurſi⁹ interpretatione præpoſtera, dum ad verba *non trahit* adijcit, quia nulla ſunt, vel ſi ſunt incontinenti vult reddere; quaſi in juſſo rationes reddere nulla ſit mora aut tergiverſatio, etiam quoad reſtitutionẽ reliquorum. quod materia non exigit, & ſignificationi verborum atq; ſententiæ Pa-
2 piniani adverſatur. Trahere † enim apud Papinianum, eſt recuſare, differre & protrahere. vti etiam verbum illud apud Saluſtium accipitur, *Adherbal ubi intelligit omnes fortunas ſuas in extremo poſitas, hoſtem infeſtum, auxilij ſpem eſſe nullam, penuria rerum neceſſariarum bellũ trahi non poſſe.* Eodemq; modo Quintilianus dixit, *in longius aliquid trahere*, Item Cicero *Si trahitur bellum quid exſpectem?* Et rurſus. *Quin etiam idcircò trahebam, ut quã diutiſſimè integrũ eſſet.*
3 Et † in hac ſignificatione Papinianum verbum illud accipere, manifeſtè oſtẽdunt verba ſequentia *Quod ſi trahat, ità demum ſi obtulerit eam quantitatem, quæ refundi debuit ex fide veritatis*, Nõ enim libertati ſufficit hæredem in mora fuiſſe, ſi non & fiat per ſtatuliberum, quod remora mora libertati aditum daret, id eſt ceſſante mora hęredis à liberto pręſtandum eſſet: quod non facit dũ trahit id eſt differt reſtitutionem reliquorum. Quæ ex Papiniani ſententia, cùm negat ſtatuliber ſe reliqua traxiſſe, ad arbitrium ej⁹ qui de libertate cognoſcit reycitur, cujus officio continetur de mora conſiderare. Nec minus computare rationes, & ſi reliqua trahi comperit, non eſſe liberũ pronuntiare. Quæ evidenter ſignificant moram eſſe factã à ſtatulibero, ſi reliqua traxerit, id eſt
diſtulerit. Sed valdè † depravatum eſt 4
reſponſum Papiniani, in d. l. ſervus in fin. dum apud Hugonem à Porta, & in pleriſque alijs editionibus ità legitur: *Sed ſi nunquam negavit reliqua debere, cũ autem convenire hæredẽ, & rationes offerre profeſſus ſit, refuſurum quidquid in reliquis eſſe conſtiterit, & ejus pecuniæ reum numerare paratum idoneum obtulerit & hæres in mora fuerit, ſententia pro libertate dicetur.* Etenim non *reliqua debere*, ſed *deberi*, ex emendatiorib⁹ libris manuſcriptis legere oportet. Et quę ſequũtur, & conſtructione, & punctis tranſpoſitis prorſus vitiata ſunt: ideoque vt oratio conſtet, & in ſuas partes mẽbra periodi aptè diſtinguantur, verba illa *profeſſus ſit*, non ad ſuperiora *rationes offerre*, ſed ad inferiora, *& refuſurum*: & in ſuperioribus non *convenire*, & *offerre*, ſed *conveniret*, & *offerret*, legi oportet, poſtpoſito participio *refuſurum* dictioni *ſe*, hoc modo reſtituendo omnia: *Sed ſi nunquã negavit reliqua deberi, cùm autem conveniret hæredem, & rationes offerret, profeſſus ſit refuſurum ſe quidquid in reliquis eſſe conſtiterit, & ejus*

pecuniæ reum numerare paratum idoneum obtulerit, & heres in mora fuerit ſententia pro libertate dicetur. Quæ maximum vitium communis, atquæ etiam Florentinæ editionis coarguunt, & emendatis verbis , ac punctis loco ſuo reſtitutis, luculentam orationem , & egregiam ſententiam IC. efficiunt. Nã ſtatuliber, qui negat reliqua deberi, non trahit nec eſt in mora, ſed de eo quod eſt obſcurius ſatiſdare paratus eſt: Ideoque Neratius & Ariſto rectè putant eũ cautione expoſita liberũ fore, nè multi ad libertatem pervenire non poſſint.
5 l. ſtatuliber ff. de ſtatuliberis. Et † ità ſemper in obſcuris fideiuſſores admittuntur. l. item liberatur §. 1. ff. quibus modis pig. vel hijpot. ſoluatur. l. promiſſos §. conſtituto ff. de conſtit. pecuniâ. legimus autem *refuſurum ſe*, quià hæc antiquorum librorum ſcriptura eſt, quæ veſtigijs pandect. Flo. confirmatur, in quibus non *refuſurum*, ſed *refuſurus* legitur, vitio indè nato quod E literâ ſitu carieq; vetuſtatis exesâ S litera, ſuperiori dictioni cohæſerit. Reli-qua † autem dicuntur ea quæ confe- 6
ctis , & conſolidatis rationibus ſuperſunt , addendo enim deducendoque invenitur in concluſione rationum, quæ reliqui ſumma fiat. Et vt † cogna- 7
ta tractemus, Florentiæ apud Vlp. in l. ſi quis rationes ff. de liberat. legata. perperam ità legitur, *Nõ impeditur reliquas exigere, quas quis ſe reliquavit*; cum legendum ſit *quas quis ipſe reliquavit*, id eſt in quarum ſupputatione & concluſione, ipſe adminiſtrator ſe debitorem ac reliquatorem eſſe annotavit, quæ oratio latina eſt , & congruentem IC. ſententiæ interpretationem habet, ſignificatque eum qui vetitus eſt rationes exigere, non prohiberi eas exigere, in quibus adminiſtrator ipſe poſt initam ſubductamque rationem ſe reliquatorẽ eſſe fatetur, aut quas doloſè adminiſtraſſe convincitur d. l. ſi quis rationes. Plura ad hanc rem pertinentia ſcribit Franciſcus Soannetus Rerum quotidianarum, c. 32. & Iacobus Capellius, in defenſione verorum IC. adverſus Vallam.

SVMMARIA.

1. *L. in iure civili ff. de reg. iur. cum l. iure civili de cond. & demonſt. inuicem conciliata & novè declarata. & 6.9.*
2. *Conditione culpa creditoris non exiſtente conditio defecta cenſetur. & 3.4.6.9.*
5. *Conditione culpa debitoris deficiente pro impleta habetur. & 6.*
7. *Conditioni paruiſſe cenſetur qui per alium prohibitus in mora non fuit. & 8.26.*

CAPVT VIGESIMVM.

Negantium

1 NEgantium vocularum adjectio vel detractio, nuſquam maiorem dubitationẽ & perplexitatem inuehit, quam in reſponſis Vlp. in l. in jure civili ff. de reg. juris & Iuliani, l. jure civili ff. de condit. & demonſt. Nam in Vlpiani reſponſo, in d. l. in jure civili. Pandectarum libris etiam Florentinis, ante verbum *impleri* negatio adijcitur, quæ à Græcis in libris Baſilicō omittitur. & in Iuliani reſponſo, in d. l. jure civili. ijſdem penè verbis, affirmativa eſt lectio, abſq; vlla negatione, quam ab Haloandro additam, removendam arbitratur Antoni⁹ Auguſtin⁹, Emend. lib. 4. cap. 17. vt videlicet Vlpian⁹, ſecundū quorūdā opinionẽ accipiatur de mora obligati ſeu debitoris, Iulianus verò de mora creditoris, ſeu ejus cui aliquid præſtandū eſt. Sed huic diſtinctioni refragatur clauſula, quæ vtriuſq; reſponſo eſt addita, his verbis: *Quibus exemplis ſtipulationes quoq; committuntur, cùm per promiſſorem factum eſſet, quo minus ſtipulator conditioni pareret.* Quæ non ſolùm Vlpiani, verumetiam Iuliani legem applicant moræ, quæ à debitore ſeu obligato committitur, Ob quod Petrus Faber Tholoſanus Præſes, in d. l. in jure civili de regulis juris. licet articulum abnutiuum in Vlpiani reſponſo retinendum cenſeat, affirmativè tamẽ illud accipiendum arbitratur, prout & Iuliani reſponſum accipitur in d. l. jure civili. Quod neq; authoritate veterū interpp. neq; legis ratione cōfirmatur, propter naturalẽ repugnantiā negationis & affirmationis, & quià exempla à Fabro adducta, à re propoſita aliena ſunt, nā quod in Diocletiani, & Maximiani reſcripto dicitur, in l. vlt. C. vt in poſſeſſ. legat. *quanti Reipub. intererit ſatis acceptum non eſſe, dirigendam certum eſt actionem.* Succeſſores eorū qui Reipub. negotia adminiſtrarūt, aſtringit, ob id quod ſatis acceptū non fuerat, nō etiā conditionẽ in eorū favorẽ exiſtere denotat. vti etiā apud Vlp. in l. 1. in f. ff. de novi op. nunciat. verba illa. *Quod eius interfuit op⁹ novū factū nō eſſe,* à negativa regula ejuſdem Vlp. prorſus diverſa ſunt, & longè alium ſenſum habentia: Nam vt apud Impp. Dioclet. & Maximianum, ità & apud Vlpianum non agitur de conditione defecta vel impleta, ſed de actione exercẽda adverſus eum, qui vel fecit id quod non debuit, vel non fecit aut præſtitit in quo tenebatur. Et mihi videtur, ſi reſponſa illa ijſdem verbis concepta, permutatis ac confuſis nominibus Iuliani & Vlpiani, non ſint ejuſdem I C. in Vlpiani reſponſo negationẽ retinẽdā, & in Iuliani reſponſo, ex Haloandri lectione (quamuis Antonius Auguſtinus reclamet) adjciendam eſſe: quoniam neutrius reſponſi abſq; negatione idonea eſt ſententia, & in contrariū ſtat aperta juris ratio: Quotiens enim † ſtat per eum, cujus intereſt impleri 2 conditionem, quo min⁹ impleatur, nō perindè habetur ac ſi impleta fuiſſet conditio, ſed potius defecta in ejus prę-judicium exiſtimatur: ſive agatur de creditore, ſive quovis alio, cui ex conditionis eventu aliquid dari, ſivè ab eo cui poſt impletam conditionem aliquid fieri debeat: Iuſtum eſt enim eum emolumento carere, qui ipſe

in culpa eſt quo minus exſtiterit conditio, ſub qua emolumentum relictum
3 eſt. Et † ità ſi per creditorem ſteterit, quo minus intra tempus trajectitiæ pecuniæ pœnam accipiat, amplius ea peti non poteſt. l. penult. de naut.
4 fœnor. Et † ſi per ſubſtitutum factum ſit vt conditio inſtitutionis deficeret, ſubſtituto actiones denegantur. Quā-
5 uis † per contrarium, quotiens per debitorum ſeu obligatum, id eſt per eum cujus intereſt conditionem non impleri, ſit quo minus impleatur, perindè habetur ac ſi impleta fuiſſet conditio: Etenim per eum qui debitor eſt, ſi ſtet quo minus impleatur conditio, tenetur ac ſi nulla conditio addita fuiſſet: generaliter enim qui ſub conditione obligatus, curavit nè conditio
6 exiſteret, nihilominus obligatur. Et † hanc interpretationē verba illa *cùm per promiſſorem* Iuliani & Vlpiani reſponſis addita, prorſus exigunt: quià ad eandem facti ſpeciem vtrumque reſponſum aſtringunt, vt procedant in promiſſore, debitore, ſeu obligato, cujus intereſt conditionem non impleri, non etiam in ſtipulatore aut alio, cui eveniente conditione aliquid præſtandum eſt, & cujus intereſt conditionem impleri: Etenim ſicut iniquum eſt eum qui eſt inculpatus, & per quem non ſtat quominus conditio impleatur emolumento ſub conditione debito carere c. imputari de reg. jur. in 6. Ita è diverſo iuſtiſſimum eſt eum per quem ſtat quo minus conditio impleatur, excludi ab eo quod ex conditionis eventu conſequi potuiſſet, quia per eum factum eſt quo minus conditio impleretur. Quod verum eſt ſiuè agatur de ſtipulatione, ſivè de libertate, ſivè de legato, ſivè de fideicommiſſo. d. l. in jure civili. Et ità † imperator Antoninus Saturninæ reſcripſit, in l. 1. C. de 7
ijs quæ ſub modo. *Si per eam non ſtaret quo minus voluntati teſtatoris pareret, [illegible] per eum cui nubere juſſa [illegible], non de[illegible] quo minus id quod [illegible] obt[illegible].* Ex quo Lodovvicus de Molina in elegantiſſimo tractatu de Hiſpanorum primogeniorum natura, ſcribit. Eum cui fundus aut Maioratus relictus ſub conditione contrahendi matrimonij, cum aliqua liberari à gravamine, & id quod relictum eſt aſſequi, ſi ea cum qua contrahendum erat data opera ſe celaverit, nuptias recuſauerit, aut alij nupſerit. Et † hoc modo ſi 8
quid mihi teſtamento relinquatur ſub conditione ſi tibi darem decem, eaque offerente me tu accipere nolueris, aut juſſum aſcendere in capitolium vetes aſcendere, Capuæ dare juſſum, Capuam ire prohibeas, quod relictum eſt mihi, jure petam; neque enim per me mora facta eſt, d. l. 1. C. de inſt. & ſub. cond. fac. l. 3. in prin. l. non ſolum autē §. ſed etſi juſſum, l. ſi. inter ff. de ſtatuliberis. neque diſtinguemus in faciendo nè an in dando, vel aliquo caſu conſiſtat conditio. Contrà [illegible] ſi per eum ſtet, cui ſub conditione quid datum, relictum, aut aſſcriptum eſt, non debetur, quià per eum ſtat, & ipſe in mora eſt. l. 1. de inſt, & ſubſtit. d. l. 3. & d. l. ſi inter. l. libertate in p. ff. de manu. teſt. Quod † rectè animadvertentes Ponti- 9
ficij, ad tollendam ambiguitatem juris Civilis (vt ſæpè aliàs) demonſtrandūquè

què reſponſa Iuliani & Vlpiani eodem modò accipienda eſſe, verba illa Iuliani in d. l. iure civili *quoties per eum cujus intereſt* affirmativè poſita, in negationem verterunt: hujuſmodi regula generali propoſita in c. cum non ſtat de reg. iu. in 6. cùm non ſtat per eum ad quem pertinet, quo minus conditio impleatur, haberi debet perindè ac ſi impleta eſſet: manifeſta ſignificatione, quod ſi ſtaret per eum ad quem pertinet quo minus conditio impleretur, eã nullatenus habendã pro impleta. Quæ certiſſima eſt juris ratio & obſervatio, ità vt manifeſtum ſit, apud Vlpianum negationem rectè præcedere dictionẽ *impleri*, & Iuliani reſponſum ea omiſſa ratione carere, & juris regulis adverſari.

Emendationum libri quarti.

FINIS.

ELBERTI LEONINI
EMENDATIONVM SIVE OBSERVATIONVM,
LIBER QVINTVS.

SVMMARIA.

1. *L. anniculus §. ante decimum ff. de verb. ſig. emendata & explicata. & 3.4.5.6.8.10.13.*
2. *Ante calendas proximas, an calendis proximis quis ſtipuletur an interſit.*
7. *Anniculum amitti qui extremo anni die moritur & 9.*
11. *Ante & poſt diem fieri quid dicatur. & 14.*
12. *Citra vltra & intra diem quid fieri quando dicatur.*

CAPVT PRIMVM.

1 NOn immerito † Accurſius ſcribit in l. anniculus §. ante ff. de verb. ſig. in Pauli reſponſo ad legem Iuliam & Papiam, malam literã eſſe, propter intricatam & conciſam locutionẽ, atq; interpretationem valdè variam & obſcuriſſimam: Verba enim Pauli corruptè leguntur nec eodem ſenſu accipiuntur ab omnibus. Valla Budeus & Alciatus ità legunt. *Ante diem decimũ Calendarum. Poſt diem decimum Calendarum vtroq; ſermone vndecima dies ſignificatur.* Quod abſurdum eſt, & ſignificandi rationi, & loquendi conſuetudini adverſatur: Etenim verba illa, *ante decimum diem Calendarum* id tempꝰ denotant quod decimum diem præcedit; ità quod non vtroq; ſermone, ſed altero tantum vndecimus dies ſecundum computationem futuri includatur. Et involutæ diſputationes Vallæ Alciati & aliorum, in l qui ante de verb. obligat. non poſſunt ſubſiſtere, magis contaminantes I C. Reſponſum quàm ex-
plicantes. Et † quod I C. reſpondit, cũ 2
qui ante Calendas proximas ſtipulatur, ſimilem eſſe ei qui Calendis ſtipulatur, non identitatem ſed ſimilitudinẽ denotat; idq; magis conſideratâ facultate exigendi, quàm efficacia obligationis & natæ actionis, quæ ex juris benignitate, cum temperamento accipienda eſt, modica dilatione debitori in-
dultâ, l. quod dicimus ff. de ſolut. Ob † 3
quod non poteſt ſubſiſtere id quod novi-

noviſſimè ſcribit Iohannes Hennequi-
nus in notis ſuis ad d.l. anniculus. non
proprietatẽ verborũ ſed mentẽ atque
ſententiã IC. ſpectandam, & verba illa
ante diẽ decimũ ad particularẽ facti ſpe-
ciem referenda eſſe l. ſtipulationes. §.
penult. ff. de verbor. obligat. quoniam
IC. de proprietate ſignificandi (vt ipſe
tractatus, & verborum ſignificatio in-
4 dicat) diſquirit. Vndè † alij his difficul-
tatibus moti non *poſt diem decimum*
ſed *poſt diem duodecimũ* legendũ exiſti-
mant. quod magis erroneũ eſt, cùm in-
dubitatũ ſit neutro ſermone duodeci-
mũ diẽ cõprehendi poſſe, quia duode-
cimus dies longiori interuallo abeſt à
decimo die Calendarũ, quàm vndeci-
5 mꝰ. Haloander † igitur homo eruditi-
ſſimus, cujus labore & induſtria Pande-
ctarũ libri plurimis locis emẽdatiores
leguntur, putat legendũ *nec vtroq; ſer-
mone*, in margine verò ſcripſit *ne vtroq;
ſermone* quod æquè depravatũ eſt. Poſt
6 † hos Antoniꝰ Auguſtinꝰ velut arcana
antiquitatis reconditæ prolaturus, in li-
bris Florentinis ità ſcriptum eſſe teſta-
tur vnico contextu & conjunctim.
7 *Anniculus* † *amittitur qui extremo anni
die moritur, & conſuetudo loquendi id ita
eſſe declarat, ante diem decimum Calenda-
rum, poſt diem decimum Calendarum, neu-
tro enim ſermone vndecimus dies ſignifi-
catur*. Scribitque Antonius Auguſtinus
ſententiam Pauli IC. eſſe, eum qui vlti-
mo anni die moritur anniculum eſſe:
idq; comprobari argumẽto, quod cùm
ante diem decimũ Calendarũ dicimus
ipſe dies Calendarũ numeretur, & ſig-
nificetur decimus dies ante Calendas.
8 Quod † nõ reprehẽdẽdi ſtudio, ſed eru-
endæ veritatis gratia maximè erroneũ
judico, nã decimũ diẽ Calẽdarũ dicimꝰ
ipſum diẽ decimũ, nõ eum qui decimũ
antecedit vel ſequitur, quoniã dies qui
eſt ante vel poſt decimum diem Calen-
darum, eſt aut nonus aut vndecimus,
per deſcenſum à maiori numero Ca-
lendarum ad minorem, & retrogrado
ſupputationis ordine, qui in Calenda-
rum decurſu obſervatur. Et † verba il- 9
la ante diem decimum Calendarũ non
poſſunt referri ad comprobationẽ præ-
cedentium, de anniculo qui vltimo die
anni moritur, nam illa mortis conſide-
ratio in ipſo circuitu & termino anni
concluditur, quẽ ad ætatẽ anniculi ex-
plere ſufficit licet vltima dies non per-
ficiatur. Cum † quibus nihil commu- 10
ne habent ſequentia, nam verba illa *an-
te decimum diem Calendarum* non perti-
nent ad ea quæ fiunt ipſo decimo die
Calendarum, ſed ad tempus quod præ-
cedit initium diei decimi, ſicut verba
illa poſt diem decimum Calendarum,
demum poſt finem diei decimi vim &
poteſtatem ſuam exercent. Et proindè
quamvis Valla, Budæus, Alciatus, &
Antonius Auguſtinus, magnã & laudẽ
& authoritatem habeant, & plurima
loca IC. & veterum ſcriptorum ab il-
lis fœliciter emendata & illuſtrata ſint,
tamen in hujus loci explicatione plu-
rimum verborum perdiderunt, in cæ-
ca diſputatione vagati, propter nõ ani-
madverſam loci depravatã lectionem,
quæ ipſis cerebrũ excuſſit, cũ ſecundũ
veram lectionem nõ *vndecimus* vt ipſi
legerunt ſed *decimus dies* legere opor-
teat. vt Hugo à Porta diligentiſſimus
Tipographus ex antiquiſſimo Codice

reſtituit, ità legendo *Ante diem decimū Calendarum poſt diem decimum Calendarū neutro enim ſermone decimus dies ſignificatur*. Quæ quamuis conciſa truncataq́; ſint manifeſtam tamen & non ſophiſticam, ſed juridicam & in communi vſu obtinentem habent ſententiam, & longè aliud denotant quam Valla, Budæus, Alciatus & Antonius Auguſtinus interpretati ſunt; ſignificant enim neutro ſermone, id eſt neq; verbis illis *ante decimum diem Calendarum* neque ijs *poſt decimum diem Calendarum* decimum diem contineri: Quia
11 † præpoſitiones illæ *ante* & *poſt* coire, & in vnum conſpirare, atque continuum aliquid conſtituere non poſſunt. In quo etiam Græci libris vitioſis vſi ſunt, ijſque & Guilielmus Fornerius deceptus fuiſſe videtur. Et ità Cicero & alij veteres ſcriptores particulas iſtas *ante*, & *poſt* acceperunt *Senatus* (inquit Cicero) *haberi ante Calendas Februarias per legem Papiam id quod ſi is nō poteſt*. Et rurſus *Ante diem xiiij Calendarum Ianuarij decretis enim veſtris concidiſtis, conſtituiſtiſq́, vt hæc ad vos Calendis Ianuarijs: eſſerretur*. Et huc pertinet quod Celius Ciceroni ſcripſit, *Dicebat* (inquit *Pompejus ſe ante Calendas Martias non poſſe ſine injuria de Prouintijs Caſtris ſtatuere, poſt Calendas Martias ſe non dubitaturum*. Eodem modo ſcribit Suetonius in Nerone cap. ſexto. *Eum natum Ancij poſt nouem menſes quam Tiberius exceſſit xvij Calendas Ianuarias* ſecundū veterem lectionem, à quâ Levinus Torrentius in elegantiſſimis ſuis commentarijs ad Suetoniū ſcribit recedere antiquum manuſcriptum codicē, in quo legitur, *Natus eſt ante nonum menſem quam Tiberius exceſſit*, qui mortuus eſt teſte Suetonio xvij Cal. Aprilis, & ità vno die ante nonum menſem quàm exceſſit Tiberius. Et ſiue legamus *ante* ſiue *poſt* ſemper vocabulis ſua conſtat ſignificatio, vt dictio *poſt* ad poſterius tempus & dictio *ante* ad præcedens referatur. Et ità I C. dixerunt *ante quinquennium poſt quinquennium ante reſtitutam hereditatem ante ſententiam, poſt contractum poſt rem judicatam, poſt venditionem, poſt annum*. Et hac ratione id quod fit ante diem, differt ab eo quod ad diem promiſſum eſt. l. ad diem ff. de verb. obligat. & vt I C. ſcribit, l. ſi ità in princ. ff. de manumiſ. teſtam. inter hos ſermones, duodecimo anno, & poſt duodecimum annum, multum intereſt: quoniam duodecimo anno continetur quod ante evolutum duodecimi anni circulum factum eſt, ante duodecimum annum id tempus denotat, quod duodecimum annum antecedit. l. qui filium in f. ff. ad Trebellia. Quoniam præpoſitiones iſtæ *ante* & *poſt* rationem ordinis, & temporis ſeriem denotant Cicero ad Atticū. *Id ipſum quod me mones quatriduo antè cogitaram*. Item de inventione, *Ille multo ante lucem ſurrexit*. Et alibi *Multùm intereſſe mihi viſum eſt inter eum qui tùm erat, & anno ante fuerat*. Idem Cicero ad Atticum. *Hic Magiſtratus multis annis poſt Decēuiros inſtitutus*. Et rurſus. *Pecunia recuperata eſt multis poſt annis*. Item *caſtra paucos poſt dies habuimus*. Et vt prædicta manifeſtiora fiant, conſiderandum eſt hæc omnia contermina, & junctis inter ſe finibus cohęrentia eſſe, ante decimum

mum diem Calendarum, poſt decimũ diem calendarum, & ſucceſſione prioris medij & poſterioris temporis, eſſentiam quandam habere continuã, & nõ ſine intervallo & ordine temporis in-
12 vicem diſtare. Eodem † modo & ſignificatione qua dicimus citra, vltra, & intra: Nam qui dicit citra decimum diẽ Calendarum, tempus illud complectitur quod eſt ante decimũ diẽ: intra decimum diem, totum tempus quod eſt in decimo die occupat. Et intra diem quid facere dare aut præſtare iuſſus, totum illud medij temporis ſpatiũ liberũ habet, ſivè agatur de judicijs, ſiuè de arbitrijs, ſiuè de alijs diſpoſitionibus. vt multis probat Guilielmus Fornerius, in l. ſi quis 133. de verb. ſignif. Et hac ratione qui dicit intra oppidum, intra cubiculum, intra ferias, non dicit aliud quàm in oppido, in cubiculo, in ferijs, vt de his & ſimilibus particulis ſcitè & eleganter diſputat Gellius. lib. 12. cap. 13. argutè diſtinguens hæc verba, ante Calendas, intra Calendas, & in Calen-
13 dis. Ex † quib' manifeſta fit Pauli I C. ſententia pulcherrimis analogijs diſtincta & quotidiano vſui in foris verſantium accommodata, licet verba Pauli truncata ſint, & nitore ſuo careant. quem reſtitui poſſe aliquandò arbitratus ſum ſi hoc modo legeretur. *Ante decimum diem Calendarum poſt diem decimum Calendarum, non continua ſed diverſa ſunt, neutro enim ſermone decimus dies ſignificatur.* Quod † convenit re- 41
pugnantię dictarum particularum ante & poſt, & proprietati diſcretiuæ atque præciſæ earum ſignificationi; niſi ratione alicujus adiuncti, aut ex benigna interpretatione aliud actum inueniatur: veluti ſi agatur non de ortu obligationis, ſed de effectu ſolutionis, in quo ex benignitate dilatio debitori indulgetur. aut ſi dictum ſit ante complectum diem, nam tunc dubium non eſt, particulas illas vim incluſivam habere, non quidem ex proprio ſignificatu ſed ratione ſubjectæ materiæ, & propter voluntatem diſponentis verbis expreſſis manifeſtatam. Cum alioqui particula *poſt* declaret eum diem cui adjicitur non comprehendi, ſicut vis & poteſtas dictionis *ante* concluditur eo tempore quod diem cui adijcitur antecedat; vt magna coarcervatione allegationum probat And. Tiraquellus, de retractu Conſang. §. 1. gloſ. 11. nu. 49. 50. & 70.

SVMMARIA.

1. *Qui ante Calendas proximas ſtipulatur, ſimilis eſt ei qui Calendis ſtipulatur.*
2. *Ex vtraquè hac ſtipulatione etiam non prateritoCalendarum die agi poſſe. & 3. 4.*
3. *Menſium initia ab exortu lunæ veteres obſervaſſe.*
5. *Calendarum die promiſſum antè diem illum finitum peti nequit.*

CAPVT SECVNDVM.

SCribit Iulian⁹ lib.52.ff.in l.cũ qui ità §. qui ità ſtipulatur ff. de verbor.obligationibus. *Qui ità ſtipulatur, ante Calendas proximas dare ſpondes, nihil differt ab eo qui Calendis ſtipulatur.* Quod Vlpianus confirmat in l. qui ante 13. ff. de verb. oblig. his verbis. *Qui ante Calendas proximas ſtipulatur, ſimilis eſt ei qui Calendis ſtipulatur.* Vndè interpp.noſtri maximè Neoterici, Alciatus, Franciſc⁹ Duarenus & alij, arbitrantur ex hac ſtipulatione agi non poſſe, donec totus ille dies Calendarũ præteriret; propter veterem loquendi morem & cõſuetudinem, qui cùm ante diem dicunt finitum diem intelligunt, vt Alciatus, in d.l.annicul⁹ amittitur §.ante diem decimum. Franciſcus Duarenus, ind.l. qui ante Calendas. & Franciſcus Balduinus, in ſua Muciana prudentia. ex Cicerone & Gellio probare conantur, quoties de die non etiã de anno aut menſe agitur. Quod mihi à ratione alienum videtur, cùm eadem ſit proportio diei, menſis & anni, in dimenſuratione temporis, & verba *ante diem* non minus præſciſam præfinitionem & determinationem temporis habeant, quam verba illa *ante menſem vel annum*: Nam licet non ſit æqualis terminus in omnibus, & annus tardius moveatur & revoluatur quam menſis, & menſis maiora ſpatia habeat quam dies, eadem tamen omnium eſt analogia, per quam ſimilitudinem habere & nexu eodem coniungi videntur, ita vt quod in menſe aut anno conſtitutum eſt, in die etiam obſervari debeat. idq; ex authoritate ipſius Ciceronis apertè probatur, Philippica 5. *Ante diem* (inquit) 14. *Calendarum Ianuarij decretis cum veſtris concidiſtis, conſtituiſtiſq́, vt hæc ad vos Cal.Ianua. referrentur.* Et rurſus Philippica vlt. *Memoria tenent me ante diem decimum quartum Calend. Ianua. Principem revocandæ libertatis fuiſſe, me ex Cal.Ianua. ad hanc horam vigilaſſe.* Adeò vt ipſe Alciatus verba illa: *ante diem decimum-quartum Calendas* intelligat & interpretetur de eo qui eſt decimus tertius Cal.Ian. ſecundũ propriam ſignificationem particulæ *ante*, quæ nullo exemplo aut more veterum convellitur. Cum igitur apud Iulianũ manifeſta ſit proprietas & ſignificatio verborum, non eſt ab ea recedendum prætextu alicujus antiqui moris vel cõſuetudinis: quæ vt in anno aut menſe obſervata non inuenitur, ità nec in die recipienda eſt. Ob quod rectius Accurſius & alij veteres, comparationem ſtipulationis ante Calendas proximas, cũ ea quæ Calendis facta eſt, non ad nativitatem actionis, ſed ad petitionem & effectum agendi retulerunt. Quibus etiam conſentit Vdalricus Zaſius, ad l. qui ante De verb.obligat. Ità vt quãuis ſtipulationis *ante Calendas proximas* dies fortè cedat & actio naſcatur, momento ſive intervallo aliquo temporis, antequam veniat dies ſtipulationis ejus qui Calendis ſtipulatus eſt, agi tamen non poſſit. Et hoc eſt quod Vlpianus lib.22. ad edictum ſcribit l. ſtipulationes non dividuntur §. pen. ff. de verb.oblig. *Si quis ità ſtipulatus ſit, ſi ante Calendas Martias primas opus perfectum non erit, tum quanti id opus erit tantam pecuniam dari, diem promiſſionis cedere nõ ex quo locatum eſt opus, ſed poſt Calendas*

Calendas Martias : quià nec conveniri ante Calendas Martias reus promittendi poterat. Quibus verbis I C. cedendi diē metitur ex facultate petendi ſeu conveniendi, inſpecto potius petendi agendiq; effectu (vt Accurſius ſcribit) quam tempore natæ actionis, quæ in ſtipulatione ante Calendas, puncto vel momento alicujus intervalli præcedit nativitatem actionis, ex ſtipulatione quæ Calendis facta eſt, licet neutro caſu re promittendi ante Calendas conveniri poſſit. vt apertis verbis I C. ſignificatur dum ità ſcribit, quià nec conveniri ante Calendas Martias reus promittendi po-
2 terat. Ità vt † ſimilitudo in eo verſetur, quod ex vtraq; ſtipulatione ipſo Calēdarum die agere liceat, nec opus ſit ſtricto jure petitionem differri in finem Calendarum, etiamſi agatur de ſtipulatione quæ Calendis facta eſt; Nam cōparatio & ſimilitudo efficit, vt ſicut ex ſtipulatione ante Calendas, ipſis Calēdis agi poteſt, d.l. ſtipulationes non dividuntur §. penult. Ità etiam ipſo Calēdarum die agi poſſit, ex ſtipulatione quæ Calendis facta eſt, vt comparatum proportionetur ei cui comparatur. Id quod etiam Pauli reſponſo comprobatur in l. lecta in princ. ff. ſi certum petatur. In verbis. *Et hæc quindecim proba rectè dari Calendis futuris ſtipulatus eſt Mænius Publius*. Nam in hac ſtipulatione agi poteſt etiam ipſo die Calendarū, ad ſimilitudinē ejus qui hodiè ſibi dari ſtipulatus eſt, l. liber homo § qui hodiè
3 ff. de verb. obligat. Quoniam † majores noſtri, initia menſium id eſt Calendas non à completo die ſed ab exortu lunæ obſervarunt, & Pontifici minori (vt author eſt Macrobius) hæc provincia delegabatur, vt nouæ lunæ primum obſervaret aſpectum, viſamque regi ſacrificulo nuntiaret. Quem veterē morem † ex Romuli inſtituto profluentē 4
I C. ſecuti, Calendas ad initium nouæ lunæ, & principium menſis retulerunt, non expectato implemento totius diei, ità vt ipſo die Calendarum quibus quis ſibi dari ſtipulatus eſt actio naſcatur & exerceri poſſit. Id quod apud veteres adeò notum fuit, vt etiam à Poëtis celebratum ſit; Nam Horatius lib. 1. ſatir. ſatira 3. ità ſcribit.

Odiſti & fugis vt Druſonem debitor æris
Qui mihi cùm triſtes miſero venere Calendæ
Mercedem, aut nummos &c.

Quibus manifeſtè ſignificatur, ipſis Calendis veniſſe ſoluendi diem & agi poſſe, quia ſimplex Calendarum appellatio ad primum lunæ aſpectum, & diei principium refertur, non exſpectato totius diei tranſitu & fine. Licet † aliud 5
ſit quandò dies Calendarum eſt additus, in quo non ipſum principium ſed totius temporis quo dies concluditur evolutionem conſideramus. Cuis rei evidens argumentum eſt; quod cùm dicimus poſt Calendas Ian. die tertio, non quartum ſed tertium illius menſis diem ſignificamus. Et huc pertinet quod pauper debitor in Commœdijs Ariſtophanis optat lunę vincula & carceres, nè orbe peracto, ad exortum novæ lunæ à creditoribus conveniatur. quod aliter ſe habet, quandò non ſimpliciter, ſed cum adjectione diei Calendarum ſtipulatio facta eſt, vt poſt deci-

Digitized by Google

mum diem Calendarum, l. anniculꝰ in f. ff. de verb. ſignif. poſt tertium diē Calend. Nam in hoc ſermone, adjecti ratio, & diei expreſſio, Calendarum appellationem extendit & ampliat vt totum diem menſis comprehendat. Cujꝰ diſcriminis neglecta obſervatio, caliginem Alciato, Budæo, Antonio Auguſtino & alijs obiecit, & infinitos errores peperit, quæ per diſtinctionem terminorum diſcutiuntur & tolluntur, cū conciliatione & illuſtratione multorū authorum alioqui inter ſe pugnantium.

SVMMARIA.

1. *Poſt Cal. Ian. die tertio, non quartum ſed tertium menſis diem ſignificari.*
2. *Ciceronis natalis quo die fuerit.*
3. *Diem Romanos à media nocte incœpiſſe, & ſequentis noctis media parte finiviſſe.*
4. *Civilis dies etiam noctem comprehendit, & 24. horas complectitur.*
5. *Dies naturalis quis dicatur.*

CAPVT TERTIVM.

1 POſt † Calendas Ianuarias die tertia pro ſalute Principis vota ſuſcipiebantur vt Cajus ſcribit. in l. ſi caluitur §. poſt calendas ff. de verb. ſig. quibus verbis tertius dies ejus menſis, non quartus ſignificatur, vt rectè Antonius Auguſtinus obſervavit, ad l. xij. tab. manifeſta ſignificatione, ſimplicē Calendarum appellationem referri ad primum lunæ aſpectum atq; diei principium, non exſpectato illius fine atq; exitu, nam ſi Calendæ totum diem primum menſis occuparent, neceſſe eſſet verbis illis *poſt Calēdas Ianuarias die tertio* non tertium ſed quartum diem ſignificari, quod aliter ſe habere res ipſa
2 teſtatur, & Plutarchi † authoritate confirmatur. qui ſcribit Ciceronem natum tertio die novarum Calendarum, cùm Magiſtratus vota concipiunt atque ſacrificant pro ſalute Principis. Cui Dion cōſentit, lib. 51. & 58. & Gellius, lib. 15. c. 28. apertè ſcribens, Ciceronem natū eſſe ante diem tertium Nonas Ianuarij. quod Caij reſponſo valdè accommodatum eſt, eundem enim ſenſum habet & perindè eſt, ac ſi dicamus poſt Calendas Ian. die tertio, ſiue ante diem tertium Nonas Ianuarij. Nam vtraque locutio tertium diem menſis ſignificat quo Ciceronem natum & pro Principis ſalute ſacrificari ſolitum plures authores conſentiunt, licet ipſe Cicero lib. 7. ad Atticum. epiſt. 5. natalem ſuū ad tertium Nonas Ianuarij referat. adeò vt propter conſenſum aliorum authorum, ſuſpitio ſit locum Ciceronis depravationi atque errori eſſe obnoxiū, qui

Digitized by Google

qui in numeris frequenter invenitur.

3 Et quoniam † in commemorationem dierum incidimus, lubet plura ad obſervationem dierum ſpectantia revolvere & explicare, Romani dies ſingulos à media nocte incipiebãt, & ſequẽtis noctis media parte finiebant; ideoq; vt Varro ait, homines qui à media nocte ad proximam mediam noctem horis viginti quatuor naſcebantur, eodẽ die nati dicebantur: quoniam hæc dimenſio, dierum appellationi noctes quoque ſubijcit, complectiturque totũ id tempus quod fit vno cœli circumactu, quo dies verus & nox continetur, vt cùm dicimus aliquem dies triginta tantum vixiſſe, etiam noctes intelligũtur.

5 Quæ † dierum dimenſio, in conſuetudinum legumque interpretatione, & ſacrorum ritu, alijſque hominũ actibus vſitata, civilis appellatur. d. l. more Romano. ff. de ferijs. & quicquid medio tempore id eſt duabus dimidiatis noctibus & luce media actum eſt, perindè habetur ac ſi quavis hora lucis actum eſſet: cùm enim ab initio Romani variarent in dierum dimenſione, beneficio horarum remediũ invenerunt, & quemlibet diem 24 horarum ſpatio concluſerunt Robert. Aurel. ſentent. lib. 1. c. 1. incipiendo à media nocte, & ſequentis noctis parte diem finiendo. Eoque pertinet quod ſcribit Cicero lib. 1. epiſt. *Hæc ſcripſi ad decimumſextum Cal. ante lucẽ.* Et ità placitis quibuſdam & Arreſtis decretũ refert Renatus Chopinus de juriſdictione Andegavenſium lib. 1. c. 26. Molitoribus publicis præcipi vt plebeiorum frumẽta molant intra diem, id eſt 24. horarũ ſpatium, alioqui illis permitti eadem in alienum molẽdinum transferre. Et de hac dierum acceptione meminerunt Varro loco citato. Gellius lib. 3. c. 2. Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 3. Beda, in lib. de rat. temporum cap. 2. & Andreas Tiraquel. poſt. Gloſſ. & D D. de retractu conſan. §. 1. gloſ. 11. in principio. Et hujus dimenſionis plurimas rationes refert Plutarch' in Probl. c. 84.

Alia † ratio eſt diei naturalis, natura e- 5
nim exigente, omnes gentes à luce ad tenebras diem, & rurſus à tenebris ad diem noctem conſtituunt. Et ità volgò ſimpliciter diem vocant id tẽpus quod eſt à luce ad tenebras. Eoque modo Ariſtoteles dixit, diẽ nihil aliud eſſe quã ſolis excurſum ab oriente in occaſum. Ideoque non abſurdè hujuſmodi dies naturalis à multis vocatur, quo vt re, ità & nomine ab altera ſpecie ſecernatur, quam ab Athenienſibus obſervatã poſt Varronem ſcribit Macrobius. Satur. lib. 1. c. 1. & 16. qui dies etiam divîdit in feſtos, profeſtos, faſtos, nefaſtos, comitiales, comperendinos, ſtatos &c. Vti noſtri quoq; interpretes Caſt. & Iaſon. in d. l. more Romano. dies diſtinguunt in legales, conuentionales, & eccleſiaſticos. Denique quandò dies tam apud Romanos quam exteras gentes incipiat, & qui atri dies quivè fauſti ſint, eleganter deſcribit Alexander ab Alexandro genialium dierũ libro quarto cap. 20.

Digitized by Google

SVMMARIA.

1. *Plurium reorum obligatio aliquando ab initio aliquando ex caſu ſuperueniente dividitur.*
2. *Pluribus ſimul ſimpliciter obligatis ſinguli pro virili tantum tenentur. Fallit vt nu.* 3. 4. 5. 6. 7.
8. *Correorum obligatio quomodo ex intervallo dividatur.*
8. *Creditor vnum ex debitoribus ad partis ſolutionem admittens obligationis diviſionem admiſiſſe cenſetur etiam quoad reliquos, Cum explicatione l. ſi creditores C. de pact. & 10. 11. 13.*
12. *L. Quoties ff de ſolut. explicata & conciliata cum l ſi creditores C. de pact.*
13. *Partis appellatione an ſemper dimidia veniat.*
14. *Solutionem vnius correi alijs etiam non acceptantibus ad diviſionem proficere.*
15. *Idque non tantum in contractibus verumetiam in vltimis voluntatibus.*
16. *L. ſi ex toto §. 1. de Legat. 1. ſingulariter explicata.*
17. *Solutio vnius correi quando alijs ad diviſionem non proſit. & 18. 20 21. 22. 23. 24. 25. 26.*
19. *Taciturnitas quando tacenti praiudicet.*

CAPVT QVARTVM.

1 QVotieſcunq; † queſtio eſt de dividenda plurium reorum obligatione, ſciendum eſt diviſionem illam variè induci, plerumque enim à principio & in ipſo conventionis ſeu obligationis exordio, plerumq; verò ex intervallo & per caſum ſeu cauſam ſuperuenientem inducitur, poſteaquam in ſolido contracta eſt obligatio. Ab initio diviſam obligationem dicimus, & in viriles partes tenentur ſinguli, quandò plures ſimpliciter obligati inveniuntur, etiam in eadem oratione, ſiuè agatur de contractibus l. reos. §. cum in tabulis ff. de duob⁹ reis, ſivè de ſententijs, legatis fideicōmiſſis aut alijs quibuſcunq; diſpoſitionibus. l. ſi quis teſtamento l. ſi ex pluribus ff. de legat. 2. Vndè † generaliter quoties
2 in inſtrumento ſcriptum eſt aliquos eſſe obligatos, intelligimus diſcretum eſſe obligationis effectum, vt quiſque teneatur pro virili tantùm, nec conveniri poſſit ex eo, quod ex ceterorum perſona ſervari nequit. Niſi † ex volūtate contrahentium actum ſit, vt duo 3
pluresuè rei conſtituantur, ac ſinguli in ſolidum obligarentur, d. §. cum in tabulis in ſ. anthen. hoc ità de duob⁹ reis, vel ex legis diſpoſitione aliud ſit inductum, vt † in ijs qui ſimul tutelam geſſerunt, quamuis nihil inter eos ſit factum, tamen ex legis diſpoſitione mutuum periculum ſuſtinent, in l. 2. C. de 4
dividenda tutela. Sic † quando plures mercatores vnum eundemque inſtitorem præpoſuerunt negotiationi, is 5
qui cum inſtitore contraxit, nè in plures diſtringatur adverſarios, vnum eligere poteſt ex præponentibus, & ab eo ſolidum

ſolidum petere. l. 1. in fine. de exer. act.
7 Quo † modo etiam plures fidejuſſores ſinguli ab initio in ſolidum tenetur, nō quia ſic actum eſt, ſed ex legis diſpoſitione. §. ſi plures inſtit. de fideiuſſoribus.
8 bus. Denique † ratione rei individuæ fieri poteſt vt ſinguli ſolidum debeant, adeò quod nec hæredes quidem pro parte ſoluendo liberentur: Non enim ex perſona hæredum conditio obligationis mutatur, ne defenſio ſeu præſtatio per plures ſciſſa, incommodo aliquo afficiat actorem. Ex † intervallo dividitur obligatio, quæ ab initio in ſolidum contracta erat, & competebat vel ex legis diſpoſitione, vel per expreſſam vel tacitam partium voluntatem. Ex legis diſpoſitione, vt in pluribus fidejuſſoribus in ſolidum obligatis, nam ſi omnes ſint ſoluendo, ex beneficio epiſtolæ Divi Hadriani dividitur obligatio, vt pro virili tantum teneantur. d. §. ſi plures. & l. inter fidejuſſores. ff. de fidejuſſoribus. Et exemplo fidejuſſorum dividitur quoque actio adverſus plures à quibus ſimul tutela geſta eſt. Idemq; eſt hodiè in duobus reis, quando ex l. novellæ beneficio, & partium voluntate ſeu facto inducitur diviſio, vt ſi expreſſè de dividenda obligatione & virilibus portionibus præſtandis conveniat, vel ſi creditores contra omnes debitores pro virilibus portionibus egerunt. l. liberum. C. de fidejuſſ. l. reos in p. ff. de duobus reis. vel ſi creditores vnum ex debitoribus ad partis ſolutionē pro perſona ſua admiſerint. Cuj⁹ † articuli
9 ſedes eſt in hac conſtitutione, qua diſponitur diviſionē obligationis fieri, ſi creditores partis ſolutionem admiſerint: quaſi tacita quadam renuntiatione poſteà à ſolidi petitione excludantur. Tex. & D D. in l. ſi creditores. C. de pact. Quod procedit non ſolum ſi omnibus correis partis ſolutio permiſſa ſit, quemadmodum plerique Imperialem conſtitutionē intelligunt, propter verba illa: *quemcunq; veſtrum* verſi- etiam ſi vnus ex debitoribus pro perſona ſua ad partis ſolutionem admiſſus ſit. Gloſſ. Bart. Bal. & alij in d. ſi creditores. Et † quamquā cōmuni interpp. 10
ſententia receptum ſit, creditores dùm admittunt particularem ſolutionē, pro virili parte vnius, obligationem dividere quoad omnes, quibus ex actu illo ſolutionis particularis, acquiritur diviſæ actionis exceptio. Contra tamen Lancelotus, Decius, Picus, Petrus Stella, & noviſſimè Alciatus communem illam ſententiam improbant, & negant ſolutionem partis prodeſſe alijs, qui ad partis ſolutionem non ſunt admiſſi, nè pactum inter alios celebratum alij proſit, contra juris communis regulas, ſecundum quas alteri non licet paciſci, l. ſi vnus §. ſi ante ff. de pactis §. alteri inſti. de inut. ſtipul. etiā liberationis cauſa. l. nō ſolū §. ſi verba de liberat. legat. Eaq; res, aperto I C. reſpōſo in hac ſpecie deciſa videtur, dū I C. ait poſteriorē pactionem cum altero reorū initam, prioris obligationis ſtatū & naturā nō mutare, ſed prodeſſe ſoli paciſcenti, ea ratione: quià quamuis plures rei eandē cauſam ſuſcipiant, propriam tamen ſuſtinent obligationem, ſeu propria in ſingulorū perſona conſiſtit obligatio. Et hæc ſententia indè quoque confirmatur, quod petitio creditoris pro virili parte, etiam

Digitized by Google

in iudicio contra vnum facta, non noceat, quin liberum ſit ad alios reverti. Quo pertinet etiam exemplum fidejuſſoris qui ſi partem ſuam ſoluat ſibi tantùm prodeſt, alijs verò beneficium diviſionis non acquirit. l. quoties prima de ſolut. Quo exemplo Alciatus & alij recentiores hic quoq; procedendũ exiſtimant, vt ſcilicet partis ſolutio ab vno reorum facta, ſoluenti tantùm, & non alijs proſit, nè creditoris bonitas ipſi ſit captioſa, dum beneficium vni conceſſum, cum præiudicio ejus ad alios extenditur. Et hanc ſententiam Alciatus & alij indè quoque confirmare nituntur, quod lex ſolum loquatur in duobus, vt conſtare videtur ex inſcriptione legis, & vocabulo *parte*, quæ in dubio de dimidia intelligitur. l. nomẽ §. portioni ff. de verb. ſig. Item ex genitiuo *veſtrum* & verbis *alterum pro altero* quæ ex ſermonis proprietate de duobus intelliguntur l. ancillæ, & ibi
11 D D. de furtis. Cæterùm † quanquam hæc ſpecioſa & vrgentia videantur, rectè tamen & penitus excuſſa, ad convellendam communem opinionem ſufficere non videntur; Nam promptę ſunt rationes quibus communis opinio (licet hactenus non benè explicata) defendi, & adverſantia argumenta removeri poſſunt: Nam primo quod de poteſtate & effectu pacti adducitur, ad communem ſubuertendam nihil momenti habet, quoniam hic non agimus de ſimplici convẽtione aut pacto quod perſonale eſt, nec mutat nec tangit ſtatum aut ſubſtantiam obligationis, ſed tantum exceptionem paciſcenti tribuit, l. ſervus §. pactus ff. de pactis. Verùm agitur de actu ſolutionis, qualificato ſeu limitato ad virilem portionẽ, ſeu pacto ipſi traditioni aut ſolutioni appoſito, l. traditionis ff. de pactis. quod ipſo jure ſcindit & dividit obligationẽ; ſic vt amplius integritas, & forma obligationis in ſolidum contractæ conſiderari non poſſit; Nam ſicut ſolutio particularis ipſo jure diminuit obligationem, quandò ſimpliciter facta eſt, ità ſolutio limitata ad partem virilem, ipſo jure elidit & diſſoluit vnitatem ſeu formam communis obligationis; Nam actus ſolutionis pro diviſa parte eſt cõtrarius obligationis ſubſtantiæ quæ in ſolidum contracta eſt, vtpote per quem receditur à forma obligationis, pulchrè Bald. in d. l. ſi creditores. quę dùm in vno correorum mutatur, neceſſe eſt quod mutetur in omnibus alijs, propter inſeparabilem connexionem & cõmunionem obligationis, quæ efficit vt diviſio vni facta, proſit omnibus alijs. arg. l. qui hominẽ §. ſi duo rei. ff. de ſolut. & l. fin. C. de duob' reis. Quemadmodum aliâs ſemper in connexis inſeperabiliter & ratione rei, quod vni cõceditur ad alios porrigitur. Et pactum rei traditioni appoſitum maiorem vim & poteſtatem habet, quam aliud ſimplex & nudum per ſe poſitum; vt videmus in contractib' ſub conditione reſolutiva initis, toto tit. de addic. in diẽ. & de l. cõmiſſoria D D. in d. l. traditionibus. Et profectò ſi diviſio per ſolutionem inducta non prodeſſet alijs, iam contingeret plures reos diſparem obligationem ſuſtinere, nam vnus in virilẽ partem tantum teneretur, alij in ſolidũ obligati remanerent; quod abſurdum

eſt

eſt,& formæ atque ſubſtantiæ obligationis duorum reorum contrarium. l. 4. §. nunc de effectu. ff. de liber. legat. vt elegantiſſimè I C. expreſſit in acceptilatione vni reorum facta, quæ ſolutioni comparatur,& correo prodeſt etiam contra voluntatem teſtatoris ex legis potentia. Matheus de Afflic. deciſ. 142. Ex quibus omnibus ſatis perſpicuum eſt, magnam eſſe differentiam inter pactum, conventionem, pactionem etiã judicialem,& ſolutionem limitatam ad virilem portionem. & leges in contrarium adductas, quę de conventione pacto ſeu petitione loquuntur, ad actum ſolutionis de quo hic agimus, referri aut accommodari non poſſe: Nam act⁹ ſolutionis contingit ipſam obligationem, ejuſque ſtatum naturam & integritatem; ideoque refertur ad omnes inter quos communis eſt obligatio. pactum verò ſeu petitio ſolum operatur in perſona,& extrinſecus, non mutata forma obligationis, exceptionem tantùm præſtat ei, cum quo conventio eſt inita, d. §. ſed ſi quis. vel qui in iudicio fuit conventus, d. l. liberum & d. l. reos. quoniam hic ceſſat ratio connexitatis, per quam de vno ad alium fit extenſio, neque geritur actus aliquis qui ſubſtãtiæ obligationis directæ adverſetur. Et hoc eſt quod Bartolus ſignificare videtur, dum dixit aliud eſſe in conventione & petitione, quam ſolutione et receptione. Eoque pertinet quod Baldus ſcribit, hic duobus modis fieri diviſionem, primò per ſolutionem particularẽ, ab vno pro perſona ſua factã, deindè per petitionem ſeu conventionẽ, quãdò ſcilicet omnes pro virili parte conveniuntur: manifeſtè ſignificans majoris potentiæ eſſe ſolutionem, quam petitionem aut conventionem, cùm ex vnius ſolutione pro parte, inducatur diviſio obligationis in omnibus. ex petitione verò aut pactione non, niſi cũ omnibus pactio ſit inita vel omnes cõventi fuerint in judicio. Nunc † ſucce- 12
dit reſponſum Iuliani in l. quoties ff. de ſolut. in quo de ſolutione fidejuſſoris agitur. Et qũanquam potentius reſponſum illud vrgere videatur, quam alia argumenta, quæ ſuperius de conventione ſeu petitione relata ſunt, facilè tamẽ diſſolui poterit, ſi conſideremus pluriũ fidejuſſorum obligationem, non ex vna ſtirpe vnoque fonte, atque eadem actione procedere, quemadmodum de duobus reis dicitur: in quibus communis, imò vna eademq; obligatio efficit, vt ſolutio vnius profit alijs, tam ad diviſionem quam ad diminutionem debiti, d. l. qui hominem §. ſi duo rei. propter inſeparabilem connexionem, quæ non eſt in pluribus fidejuſſorib⁹, quorum ſingulorum obligatio ſeparata eſt, & per ſe ſtat. Neq; adverſatur quod de duob⁹ reis dicitur propriam obligationem in cujuſque perſona conſiſtere, nam id procedit quandò aptitudo vſus & finis cui deſtinatur obligatio, eſt in conſideratione, non ipſa obligationis integritas & forma, quę ex conſummatione contingit, qua inſpecta vna eadẽque in veritate eſt obligatio, & velut vno ſpiritu conglutinata, licet in plurib⁹ perſonis ſeu ſubiectis reſideat. Rurſus
† quod obycitur de inſcriptione hujus 13
legis duobus facta, de partis appellatione ad dimidiam referenda, item de di-

reſiduo, in quo petitio ſeu interpellatio adverſus vnum facta, non eſt ſortita executionem, conſumptam non videri, l. apud Aufidium ff. de elect. leg. Eaq; eſt veriſſima dicti reſponſi ſententia, quæ huc nihil pertinet, nec impedit quo minus ab vno correorum ſolutio partis tàm in teſtamentis quàm in cõtractibus inducat diviſionem totius obligationis, & reſpectu omnium correorum, ſecundum communem interpretum ſententiam.
17 Quàm vt † pleniſſimè explicatam habeamus, convenit ſequentibus reſtrictionibus limitari. Primò vt procedat quandò correus qui ſoluit partem, expreſsè teſtatus eſt ſeu declaravit, ſe pro parte ſua virili ſeu pro perſona ſua ſoluere, Bald. Salicet' Fulgo. Caſt. Iaſon & alij in d. l. ſi creditores. Secus in ſolutione ſimpliciter facta: Nam contra Bart. in d. l. ſi ex toto §. 1. communi ſententia receptum eſt, ſimplicem ſolutionem non ad obligationis diviſionem, ſed duntaxat ad diminuendum debiti cumulum pertinere. Et ratio differentiæ inter ſolutionem ſimplicem & limitatam manifeſta eſt, nam qui ſoluit limitatè & pro parte ſeu pro perſona ſua, facit actum contrariũ obligationi in ſolidũ contractæ. Bald. hic. Ideoque (vt inquit Franciſcus Curtius) de neceſſitate inducitur diviſio, quod ſecus eſt in ſimplici ſolutione, quæ poteſt convenire naturæ obligationis, & inducere diminutionem debiti, manente obligatione in ſolidum, & ità eſſe præſumendũ, nè ex diviſione inducatur donatio, quandò ex alia cauſa ſolutio facta videri poteſt, l. ſi cùm aurum ff. de ſolut. l. cum indebito ff. de probat. l. noviſſ. in fine cum l. ſequen. ff. quod fal. tut. aut. quod eſt intelligendum niſi petitio creditoris præcedens limitata fuiſſet, puta quià dixiſſet peto partem tuam virilem: nam tunc debitor ſoluendo ſimpliciter, videtur ſecũdum præcedentem petitionem limitatè ſoluiſſe pro parte ſua, Franciſcus Curtius hic per legem ſi defenſor §. qui interrogat' ff. de interrogatorijs actionibus. Vt autem debitor ſolutione partis inducat diviſionem, non exigim' formaliter ab eo declarari quod pro parte aut perſona ſua ſoluat, ſed ſufficit quibuſcunq; verbis hoc ſignificari Alciat' hic. Et † quanquam multi (quos Alcia- 18
tus ſequitur) deſiderent in hac ſpecie etiam creditoris expreſſam declarationem, verius tamen videtur ſufficere ad inducendam diviſionem ſolius debitoris teſtationem, cum ſimplici creditoris receptione & taciturnitate. Etenim † licet in præiudicialibus ſola præſen- 19
tia cum taciturnitate non habeatur pro conſenſu, l. Caius & ibi Gloſſ. & DD. ff. de pig. act. ſi tàmen prçter taciturnitatẽ præſens faciat actum aliquem qui ſonet in conſenſum, iam taciturnitas habetur pro conſenſu, Clemẽtina 1. de procurat. l. fideiuſſ. §. 1. ff. de pigno. Secundò † intelligimus prædicta quandò de- 20
bitor ſoluit virilem ſuam portionem, nec amplius nec minus: Nam alioqui ſi vel plus vel minus ſoluerit, alia præſumptio capi poterit quam diviſæ obligationis. Gloſſ. Ang. & alij h. Tertiò † 21
ſupradicta limitantur non procedere, quandò creditor proteſtatus eſt ſe recipere ſaluo iure ſolidi, aut ſaluis ſuis iurib', vel quod nolit dividere. Cijn. Bald.

Digitized by Google

Salicet. Curt. Alciatus & alij hic. Vndè tradit Caſt. hoc loco primam curã eſſe debere creditorum, vt recipiendo partẽ debiti, proteſtentur id fieri ſaluo jure
22 ſolidi. Quarto † procedunt prædicta duntaxat in reali receptione & ſolutione, d. l. tantum §. ſed ſi quis l. liberum. & l. reos. de fidejuſſ. ſecus in conventione & petitione etiam judiciali, ſi nõ
23 ſequatur ſolutio. Quintò † procedunt quandò ſoluitur ijs quibus debetur, & quibus libera adminiſtrandi facultas competit, ità vt donare & remittere poſſint. ſecus in adminiſtratoribus rerũ alienarum, pupillis & ſimilibus perſonis, vt latè declarat poſt alios Alciatus.
24 in d. l. ſi creditores. Sexto † procedunt tantùm in duobus reis, quorum vna eademq; eſt obligatio, ex eadem ſtirpe & fonte profluens, ſecus in pluribus fidejuſſoribus, quorum ſeparata eſt obligatio, licet ſinguli in ſolidum teneantur. Septimò † procedunt quandò vi- 25
rilis portio ſoluta eſt ex ſorte principali: Nam ex vſurarum receptione non induci ait obligationis diviſio, nè acceſſorium mutet principale. Iaſon in
d. l. ſi creditores. Poſtremò † cùm ho- 26
diè duobus reis beneficium diviſionis quoq; competat, putant interpretes legi noſtræ locum non eſſe, niſi cùm illi beneficio renuntiatum eſt. quibus cõtradicit Salicetus, in d. l. ſi creditores. quià exuberantior eſt pacti exceptio ex ſolutione inducta, quàm diviſionis à lege conceſſæ: quià hæc ante litem cõteſtatam opponi debet, illa verò vſque ad ſententiam opponi poteſt. Et præterea (vt Salicetus exiſtimat) prodeſt diviſio ex ſolutione inducta, etiamſi alij litis conteſtatæ tempore non ſint ſoluendo, quo caſu non prodeſt legis beneficium. De quo poſtremò amplius cogitandum arbitror.

SVMMARIA.

1. *Partis appellatione non ſimpliciter venire dimidiam. & 6.*
2. *L. Nomen filiarum §. portionis ff. de verbor ſignif. emendata & explicata. & 4. 7.*
3. *Partitio quid ſit, & ſimpliciter accepta dimidium ſignificat. & 5*

CAPVT QVINTVM.

1 Vlgo † receptum, & authoritate veterum comprobatũ eſt, appellatione portionis ſimpliciter venire partem dimidiam, idq; probari exiſtimant interpp. reſponſo Vlpiani lib. 15. ad Sabinum in l. nomen §. portionis ff. de verb. ſignif. Cujus verba in communibus libris ità referũtur. *Portionis nomen non ſemper dimidiã ſignificat, ſed prout adiectum eſt, poteſt enim iuberi aliquis & maximam partiri*, vt liber Florent. habet, ſeu vt alij legunt *& maximam partem partiri poteſt, & vigeſimam, & tertiam prout libuerit, ſed ſi non*

Digitized by Google

non fuerit portio adiecta dimidia debetur.
quæ euidenter vulgatam illam inter-
pretum ſententiam comprobare vidē-
tur: Nam paria ſunt appellatione por-
tionis venire partem dimidiam,& por-
tionis nomine non adjecta portione
partem dimidiam deberi, vt verbis Vl-
piani continetur. Sed quamuis hæc o-
pinio apud omnes veteres propemodū
inualuit,nihilominus ad æquilibrium
rationis revocata non videtur ſubſiſte-
re. Nam portionis & partis ſignifica-
tio,ex proprietate ſermonis non refer-
tur ad dimidium, ſed pro varietate ma-
teriæ ſubjectæ, plerumque de majore,
plerumque de minore parte intelligi-
tur.vt oſtendit controverſia inter Ser-
vium Ofilium Labeonem, & Quintū
Mutium,& Gallum in l. qui concubi-
nam.§. cùm ità legatum eſſet de leg. 3.
Et probat Pomp.lib. 30. ad Quintum
Mutium,l.ſi ità relictum fuerit de le-
gat.3.& latius explicant And.Tiraq. in
l.ſi vnquam.in verbis bona omnia vel
partem aliquam nu.17.& 18. C. de re-
vocan.donat.& Franciſcus Balduinus.
2 in d. §. cum ità legatum. Et † Vlpiani
locus non ſincer⁹ & integer errori cau-
ſam præſtitit, dum vulgò legitur *por-
tionis nomen.* Quod abſurdum, & à re
propoſita alienū eſt, vt ſignificatio vo-
cabuli oſtendit,& ſequentia verba pro-
bant,*Sed ſi non fuerit portio adiecta di-
midia pars debetur*, quæ præcedentē di-
ctionem *portionis* nō ferunt: cùm alio-
qui ſine ſenſu,& tautologiæ vitio dice-
retur portionis nomini adjecta portio.
Et proindè quod de portione perperā
legitur, de partitione intelligendum
eſt, emendato Vlpiani principio hoc
modo,*Partitionis nomen non ſemper di-
midium ſignificat ſed prout eſt adiectum.*
Quod Florentiæ expreſſum,& in mar-
gine editionis Genevenſis non inſcitè
additum eſt.Partitio † enim eſt diviſio 3
ſeu diſtributio totius in partes, & divi-
ſio generis in ſpecies vt Quintilianus
tradit.Vndè Virgilius. *Socios partitur in
omnes.* Et Plautus in Aſinaria. *Hanc quā
nactus ſum prædam cum illis partiar.* Et
partitio generaliter ſignificata ſine ad-
jectione portionis dimidium ſignifi-
cat,& quotieſcunque diviſio ſeu parti-
tio alicui ſimpliciter tributa eſt, refer-
tur ad dimidium. Et hoc eſt quod Vlp.
ſcribit.in fragmentis tit.de legat. §. 23.
*Quod ſicut ſingulæ res legari poſſunt, ità
vniverſarum quoq; ſumma legari poteſt.
vt puta Meuius hæres meus cum Titio hæ-
reditatem meam partito,diuidito,* quo ca-
ſu vt Vlpian⁹ rectè ſcribit, *Dimidia pars
bonorum legata videtur, poteſt autem &
alia pars velut tertia vel quarta legari,
quæ ſpecies partitio appellatur.* Quibus † 4
prorſus conſentaneum eſt,quod ex eo-
dem Vlpiano Tribonianus Pandectis
inſeruit in d.l.nomen §. partitionis his
verbis *Partitionis nomen non ſemper di-
midium ſignificat ſed prout eſt adiectum,
poteſt enim iubere &c.* vel vt liber Floren-
tinus habet *iuberi aliquis & maximam
partiri.* Seu vt alij libri habent *maximā
partem partiri poteſt & vigeſimam &
tertiam,& prout libuerit*, manente ſem-
per regula Vlpiani,quod quoties parti-
tioni & diviſioni non eſt portio adje-
cta,dimidia pars debeatur. Et † hujus 5
partitionis antiquum exemplum eſt
apud Ciceronem pro Cluentio,*Magi-
us(inquit) fecit hæredem Oppianicum filiū*

Digitized by Google

ſororis ſuæ eumq́; partiri cum Dinea matre iuſſit. Ex † qua differentia partis ſeu
6 portionis & partitionis multa juris loca illuſtrari poſſunt, abrogato vulgari Axiomate illo, quod partis ſeu portionis appellatione ſimpliciter pars dimidia intelligatur, propter repugnantem proprietatem verborum, vt ipſe Alciatus (quamuis corruptum textum ſecutus) animadvertit in d.l. nomen §. portionis. dùm aſſerit portionis nomen de qualibet parte dici, nec ad dimidiam referri, niſi rei ſubjectæ vel adjuncti ratio, vel perſonarum numerus ità expoſtulet l. planè in f. ff. de legat. 1. l. etiam ff. de vſuf. l. 8. in fine. & l. 76. ff. de legat.
7 2. Cæterum † vt in primis verbis dicti paragraphi non *portionis* ſed *partitionis* legere convenit, ità in ſequentibus nou *dari* ſeu *præſtari* (vt Accurſius innuit) legendũ eſt. ſed verbum *partiri* retineri debet, quoniam de partitione apud Vlpianum agitur, & partitionis verbiq; partiri ſignificatio expenditur. Cæterùm dura eſt enuntiatio & eloqutio dum Florentiæ & in communibus libris, etiam ab Alciato ità legitur *maximam partem partiri,* ideoque ſuſpecta eſt illo loco dictio *partem,* eâq; de cauſa Florentiæ per diplen includitur, atque ab Haloandro prorſus omittitur, & veriſſimum eſt dictionem illã *partem* in illo loco abundare, & indè transferendam in ſuperiorem locum vndè librariorum incuria deſcenderat, hoc modo legendo. *Partitionis nomen non ſemper dimidiam partem ſignificat, ſed prout eſt adiectum, poteſt enim iuberi aliquis & maximam partiri, poteſt & vigeſimam & tertiam & prout libuerit,* vt in vetuſtiſſimo noſtro manuſcripto Codice per continuam ſeriem literarũ exaratum invenitur.

SVMMARIA.

1. *Libertatum conſervandarum cauſâ bonorum addictio quomodo fiat. & 6.*
2. *Fiſcus bona caduca occupans, cum onere tam legatorum quam æris alieni ea occupat.*
3. *Fiſcus deſtituto teſtamento bona non occupat, ſi ſucceſſor ab inteſtato appareat.*
4. *L. 4 §. eadem conſtitutio ff. de fideic. libert. emendata & explicata. & 5.*
5. *Fiſco bona ex cauſa debiti aut ſimili occupante nè libertates quidem debentur.*
6. *Dux Legionis Primipilus.*

CAPVT SEXTVM.

1 REfert † Iuſtinianus inſtit. de eo cui libert. cauſa bona adijciũtur in p. Divi Marci reſcriptũ, quo ijs qui libertatem acceperunt à domino in teſtamento ex quo non aditur hæreditas, permittitur libertatum conſervandarum gratia, addictionem bonorum petere, ſi idoneè creditoribus caverint de ſolido quod cuique debetur ſoluendo. Id quod locũ habet etiamſi quis

Digitized by Google

quis inteſtatus decedens libertatem dederit: toties enim conſtitutioni locum eſſe verba reſcripti oſtendunt, quoties nemo ſucceſſor ab inteſtato exiſtit, §. imprimis de eo cui libertat. cauſſa. Et
2 quia † commodo pecuniario libertatis cauſa præferenda eſt, eadem conſtitutio proſpexit, vt etiamſi fiſcus bona agnoverit, æque libertates competant. l. 4. §. eadem conſtitutio ff. de fidei. libertat. Etenim bona caduca fiſco vindicātur, l. proximè in p. ff. de hæred. inſtit. cum onere tamen legatorum & fideicommiſſorum Gloſ. in d. l. proximè in verbo vendicantur. adeò vt ſiuè iaceāt bonà fiſco ſpernente, ſiuè ſint à fiſco agnita, cōſtitutio locum habeat, & Procuratoribus Principis non aliter liceat bona defuncti rationibus Fiſci inferre, quam vt libertas ijs ſalua ſit, qui eam adipiſci potuerunt, ſi hæreditas ex teſtamento adita eſſet. inſt. de eo cui libert. cau. in ſ. princ. Sed † ità demum conſti-
3 tutioni Divi Marci locum eſſe verba oſtendunt, ſi nemo ſucceſſor ab inteſtato exiſtat l. quod Diuo ff. de manu. teſtam. Quod eleganter Papinian⁹ expreſſit ità inquiens. *Quod Diuo Marco pro libertatibus conſervandis placuit, locum habet teſtamento irrito facto ſi bona venitura ſint.* Vacantia enim ſeu caduca mortuorum bona ad Fiſcum transferuntur, ſi nullum ex qualibet ſanguinis linea vel juris titulo legitimum reliquerit inteſtatus hæredem. Et hoc vt Vlpianus ait in l. vacantia. C. de bonis vacantibus lib. 10. ex lege caducaria: Nam per conſtitutionem ſubuentum eſt libertatibus & defunctis nè eorum bona à creditoribus poſſideantur & veneant cum ipſius defuncti iniuria infamiaq́;, adeò vt conſtitutio ceſſet, niſi deficiente ſucceſſore ab inteſtato bona in ea cauſa eſſe cœperint vt venire debeant. inſtit. de eo cui libert. cauſa bona addicūtur. in p. alioquin non vacantibus bonis fiſco vindicatis non habere conſtitutionem locum apertè cavetur. d. l. quod Divo. Quod evidentiùs † oſtendit Vlpianus his verbis in d. §. 4
eadem conſtitutio. *Cæterùm ſi alia ratione id eſt ex alia cauſa quam caducitatis, & nemine ſucceſſore ab inteſtato exiſtente bona agnoſcat fiſcus, apparet ceſſare debere conſtitutionem*, quo loco eleganter vtitur Vlpianus voce *cæterum* pro alioqui ſeu aliter, vt & alijs locis eodem ſenſu dictio illa legitur. apud Tertull. libro 2. contra Martialem. in l. nō ſolum ff. de alienat. iud. mut. cauſa. facta in l. qui erat hæres ff. familiæ hercis. in l. finita §. poſteà autem ff. de damno infecto. in l. 2. §. idem erit ff. nè quis in loco publico. cum alijs citatis per Briſſoniū libro ſecundo de verborum ſignificatione. Eleganter † quoque Vlpianus 5
ind. §. eadem conſtitutio poſteaquam definiuit ceſſare conſtitutionem, cum extra cauſam caduci & alia ratione quā ob defectum hæredis bona defuncti à fiſco agnoſcuntur, per illationem ſubijcit ſpeciem in qua ceſſat Conſtitutio, qua fiſco bona deferuntur abſque onere præſtandarum libertatum, his verbis *quarè etſi caducis Legionis bona delata ſint idem erit probandum*, id eſt vt rectè infert Accurſius vt ceſſet conſtitutio. Sed vacillans & incerta lectio apud Vlpianum difficultatem inuehit propè inexplicabilem. dùm Florentię legitur,

Digitized by Google

quarè etſi caducis Legionis apud Haloandrum *quarè & ſi qua ducis* apud alios verò *quarè etſi caducis Legionibus* Rurſus apud alios *ducis legioni* ſivè *militis legioni*. Quæ incertam interpretationem atque ſententiam habent, & tanquam abſurda ineptaq; improbantur & reyciuntur à Iacobo Cuiatio, viro de juriſprudentia & antiquitate optimè merito, qui omni aſſeveratione contendit affirmatque, expunctis ſuperioribus verbis, tanquam adulterinis, legendũ eſſe *caducarÿs legibus*, id eſt vt ipſe ait legibus Iulijs; In qua re ego ſubſiſtendũ puto; verendumque eſt nè Cuiatius dùm locum hunc emendare conatur, neſcio quomodò ab Vlpiani ſententia aberrans, vitium non ſuſtulit, ſed locũ magis etiam depravauit & corrupit. Nam quamuis lege Papia Poppea quæ legibus Iulijs commiſcetur multa de caducis cauta inueniantur, l. vnic. C. de cad. toll. omnia tamen capita legũ caducarum referuntur ad caducas hæreditates, & bona, quæ poſt mortem teſtatoris eo cui relicta erant è medio ſublato, aut conditione deficiente, ante apertas tabulas ad fiſcũ deferuntur. Vlp. d. tit. 28. §. inteſtato in f. vel ad eum cui libertatum conſeruandarum gratia ipſa bona addicuntur, inſtit. de eo cui libert. cauſa. in p. in quibus non ceſſat ſed viget exerceturque Divi Marci cõſtitutio, adeò vt caducariæ leges non refragentur, nec vt Cuiatius arbitratur excludant conſtitutionem, ſed illi locũ faciant & ſubſeruiant, ipſaque conſtitutio Diui Marci ad limites legum caducarum reſtringatur & coarctetur, ipſęq; leges caducariæ cauſam conſtitutionis ſuſtineant, vſque adeò vt non poſſit procedere aut locum habere niſi per caducitatem ſucceſſionis Nam etſi alia ratione (vt Vlpianus ait) puta ex cauſa debiti vel condemnationis bona defuncti Fiſcus agnoverit, ceſſabit conſtitutio, & libertates impedientur. Fruſtrà igitur Cuiatius ad excluſionem conſtitutionis pro verbis *ducis legionis* legit *caducarÿs legibus* abſque vlla authoritate veterum codicum, & contra rationem ab Vlpiano conſideratam, quæ fundatur in ceſſatione caducitatis, & ſingulari jure & cauſa ex qua fiſcus bona agnoſcit, non ex ſuperueniente cauſa poſt mortem teſtatoris, ſed ex antecedenti culpa, facto vel delicto ipſiꝰ defuncti. Rejecta itaque opinione Cuiatij, putaui aliquandò commutatis literis & conuerſo earum ordine pro dictionibus *fiſci debitoris* perperam ſcriptum fuiſſe *duci legionis*, cujuſmodi errorum genera in Pandectis ſunt frequentiſſima. Et certè legendo pro verbis illis *ducis Legionis*, *Fiſci debitoris* non incongrua eſt Vlpiani ſententia, quià bona debitoris Fiſci ſingulari jure à Fiſco occupantur. Sed quia communes Codices conveniunt, & vbique ferè legitur *Ducis Legionis* non auſim à tam recepta lectione recedere, præſertim cùm æquè idoneam ſententiam & rationẽ elegantiſſimam habeat, licet hactenus
latentẽ & ignoratam. Quæ † manife- 6
ſta & conveniens erit, ſi conſideremus Ducem Legionis Primipilum ſeu Centurionem primæ cohortis eſſe, cujus bona ex l. fiſco obligantur. l. 1. C. de cond. ex lege & ob delictum Primipili Fiſco deferuntur, ceſſante Divi Marci con-

con-

Digitized by Google

conſtitutione: quæ etiamſi adverſus fiſcum, commodo pecuniario præfert libertatis cauſam, fiſcum tamen damno non afficit, neque excludit ab occupandis bonis Primipili vel alterius debitoris ex cauſa antecedentis debiti. Quæ vera eſt Vlpiani ſententia, & veteris lectionis confirmatio. Quamuis Græci Vlpiani verba referant ad bona militis quæ Legioni obueniunt.

SVMMARIA.

1. *Caduca quæ dicantur.*
2. *Caducorum multæ ſpecies.& 4.6.7.*
3. *L.ſi is qui ff de vulg & pup ſub. vera lectio.*
5. *L. quoties cuidam ff ad l. Falcid emendata.*
6. *L. in fraudem ff. de h.is quib. vt indig. emendata & explicata.*
8. *Incapax ab eo qui dicitur indignus quomodo differat.*
9. *Incapax in odium ſui capax eſt.*
10. *Vacantia bona in multiplici differentia eſſe, & diverſis applicari. & ſeqq. vſque ad fin. cap.*
11. *Inuentor mobilium ad quid teneatur. & cui inventa cedant.*
12. *Aberrantia pecora quomodo reſtituenda.*
13. *Naturalium, ex damnato coitu natorum, itemque peregrinorum bona ad quos pertineant.*
14. *Propriorum hominum bona quibus applicentur.*

CAPVT SEPTIMVM.

1 Cùm ſuperiori capite de caducis vacantibuſque bonis ſermo inciderit, lubet continuâ orationis ſerie illorum explicationẽ prolixius proſequi. Et † quidem caduca dicuntur ea quæ facilè cadunt, vt arborum frondes, matura poma, & ſimilia. l. ſilva §. glans. ff. de verb. ſignif. Et de caducis bonis lege Papia cauebatur, cuius vigorem Iuſtinianus ſuſtulit, in l. vnica C. de caducis tollendis. Caducorum quoque mentio fit apud Vlpianum in l. item veniunt §. propter hæc. & §. ait Senatus de petit. hæred. & Caium in l. cum fiſco ad S C. Silanianum. Et Cicero quoque caducas hæreditates dixit, Philip. 5. Vndè à I C. caduca bona dicuntur, quod ab ijs ceciderint ij quibus relicta ſunt, vt in his videmus qui viuo teſtatore deceſſerunt, aut quorum cõditio ante apertas tabulas deficit. ideoq; ipſa bona ex lege Papia ad fiſcũ deferebantur, ſolis parentibus & liberis teſtatoris vſq; ad tertium gradum (ſi ſcripti fuerant hæredes) exceptis. d. l. vnica. §. & cum triplici. Et ità † refert Iuſtinianus triplici modo res teſtamento relictas deficere, aut enim his relinquebatur, qui cùm teſtamentum fiebat in rerum natura non erant, quæ pro non ſcriptis dicebantur. aut tunc quidẽ fuerunt, ſed vel viuo teſtatore deceſſerunt, 2

Digitized by Google

vel, res ipſæ ſub conditione relictæ ea conditione viuo teſtatore deficiente in cauſam caduci veniſſe dicebantur. aut quod relictum erat mortuo teſtatore deficiebat, quod proprio nomine caducum dicebatur. Quæ cùm Antonius Auguſtinus de legibus & S C. prolixè tractaverit, & à Iuſtiniano abrogata in deſuetudinem abierint, nihil opus eſt
3 hic repetere. Ex † ijſdem legibus, quod incapaci & qui lege prohibetur acquirere relinquebatur, hæreditario legati vel fideicommiſſi jure, caducũ fiebat, & aliquandò apud hæredem remanebat, aut & quidem vt plurimum ex ijſdem legibus ad fiſcum pertinebat. Eoque pertinet quod Terentius Clemens reſpondit in l. ſi is qui ff. de vulg. & pupill. *Si is qui ex bonis teſtatoris ſolidum capere non poterat, ſubſtitutus ſit ab eo impuberi filio eius, ſolidũ ex ea cauſa capiet, quaſi à pupillo capiat, ſed hoc ità interpretare Iulianus noſter videtur, vt ex bonis quæ teſtatoris fuerant amplius capere non poſſit. Quod ſi pupillo præterea acquiſitum eſſet, ſi exhæredato eſſet ſubſtitutus, non impediri eum capere quaſi à pupillo capiat.* In quo reſponſo obſervandum eſt in lib. Florent. legi pro *impediri impedEri* antiqua ſcribendi ratione qua I C. ſæpè vtuntur, vt ex ipſa verborum vetuſtate nonnihil maioris authoritatis reſponſis eorum adijciatur, quo modo veteres etiam *v* pro *f.* & plerumque inuerſum ſcripſerunt: nam in vetuſtis marmoribus legitur *terminauit ampliauitq́.* Vt & *u* pro *h.* in antiquis monumentis ſcriptum invenitur. Incapacibus quoque annumeratur, & ad Fiſcum hære-
4 ditas devoluitur, ſi emancipatus filius contra tabulas bonorum poſſeſſionem patris vt prçteritus petierit, & ex ſubſtitutione impuberis adierit hæreditatẽ. Item ſi tutor pupillam contra decretũ ampliſſimi ordinis duxerit l. auſertur ff. de his quibus vt indignis. Aut ſi dat° tutor excuſauit ſe à tutela. l. poſt legatũ §. amittere ff. eo. Item ſi quis contra mandata in ea provincia duxerit vxorem, in qua officium gerit, quod ei ex teſtamento vxoris acquiſitum eſt retinere non poteſt. d. l. aufertur. Fiſco etiã bona addicuntur propter inultã mortem. d. l. cum fiſco ad S C. Silanianum. Et ſunt alij infiniti caſus quibus propter incapacitatem ejus cui quid relinquitur caducitas inducitur, vt in eo cui amplius legatum eſt quam ei capere liceat. De quo † Terentius Clemens ità 5
reſpondit. in l. quoties cuidam ff. ad l. Falcidiam. *Quoties cuidam amplius legatum ſit quam ei capere liceret, & lex Falcidia locum haberet. prius Falcidiæ ratio habenda ſcilicet vt ſubducto eo quod lex Falcidia exceperit, reliquum ſi non excedat ſtatutam lege portionem debeatur.* In cujus reſponſi inſcriptione Haloandrũ lapſum admonet Antonius Auguſtin°. lib. 1. emendat. In contextu autem expungo verbum *ſcilicet* velut ſuperfluũ & ab inepto interprete additum, quoniam *vt* conjunctio cauſatiua orationem perfectam conſtituit. Rurſus † 6
caducum eſt, relictum ei qui in fraudẽ juris fidem accõmodat, niſi juſta cauſa excuſetur; vt ſi quis ei qui capere poſſit rogatus ſit reſtituere, & is mortis tempore prohibetur, *Non debite* (inquit Cajus l. in fraudem ff. de his quib. vt indignis) *quin etſi deficit fideicommiſſum,*

apud

apud eum tamen qui rogatus eſt reſtituere manere debet ſeu vt rectius in communibus libris legitur *manere debeat quià nulla fraus eius interueniſſe videtur. quod idem eſt ſi pater filij quem in poteſtate habebat tacitam fidem interpoſuit.* vt rectè habent libri Florentini. ideoq; repudianda eſt communium librorum lectio in quibus habetur *ſi pater filio.* Cajus enim agit non de patris fide accommodata filio, ſed de fide filij ad juſſum patris accommodata alij, quod filio nocere non debet propter parendi neceſſitatem, cùm alioqui tacitam fidem accõmodans incapax judicetur.
7 Quod † idẽ eſt in damnato in metallum l. 3. ff. de his quæ pro non ſcriptis. In damnato de crimine Majeſtatis, Hæreſeos, itẽ in eo qui mortem ſibi conſciſcit & ſimilibus, quorum bona quomodò in fiſcũ redigantur, & cui domino applicentur,
8 non inconcinnè tractat Guido Papæ, deciſ. 76. & 312. Magna autẽ eſt differentia an quis dicatur incapax an indignus: Nam incapax nihil acquirit, & perinde habetur, ac ſi nõ eſſet. Indign⁹ capax quidem eſt acquiſitionis, ſed acquiſita vt ab indigno auferuntur & applicantur fiſco, licet indignus retineat hæredis nomen. Ità quod fiſcus non efficiatur verus hæres, ſed duntaxat locum hæredis obtineat, quoad debita & credita, & creditoribus non teneatur niſi pro rata bonorum, per eum apprehenſorum. Franciſcus Aretinus in l. ex facto quæritur §. Iulius Longinus ff. de vul. & pupill. ſubſtitut. Latè Zaſi⁹ cons. 17. lib. 2. Ioannes Gallus quæſt. 266. & ibi Carolus Moline⁹ deciſ. 25. Ioannes Bacquetus. de jure Coronæ Galliæ.

Quod † autem dicitur incapacem nihil 9
acquirere verum eſt ſi agatur de commodo eius: Nam in odium ſui capax eſt, vt ſi agatur de hæreditate quæ ſolvendo nõ eſt. l. ſi quis ſolidum 72. ff. de hæredibus inſtit. Vacantia † bona etiã 10
in multiplici ſunt differentiâ, & pro diverſitate rerum, perſonarũ, & conſuetudinum diverſo jure reguntur, & diverſis applicantur. Alia enim domino vacant jure & facto ipſo, quæ ſui naturâ in nullius bonis ſunt nec fuerunt, vt feræ beſtiæ, idem lapilli, gemmæ, &c. 1
quæ in littore inveniuntur, quæ naturali jure cedunt non ei tantùm qui dominus eſt territorij, ſed cuique occupãti l. item lapilli. ff. de rerum diviſ. Alia privatorum quidem fuere, ſed pro derelicto habita, acquiruntur inuentori & occupanti, ex Vlpiani ſententia, in l. falſus §. ſi quis ſponte ff. de furtis. Alia
† ſunt mobilia domini ignoti aut in- 11
certi, quæ domini voluntate nec ne vacent, dubitatur: in qua ſpecie inuentores libellum proponere debent continentẽ inveniſſe ſe & redditutos ei qui deſideraverit. d. l. falſus §. qui alium. In qua re de conſuetudine dies præfinitur, intra quem proprietarius compareat, & ſi ceſſet, poſt expletum tempus præfinitum, bona hujuſmodi mouẽtia domino territorij addicuntur. Faber. in §. 12
vlt. de rerum diviſione. & Benedic. in cap. Raijnuti⁹. vers. & vxor. nu. 922. vſque ad 936. de teſtamen. Et † hujuſmodi rebus inventis, & intra præſtitutum terminum non repetitis, ſimiles ſunt *Eſpaves*, quas ex Gallica vetere doctrina forenſi nominãt Faber Maſuerius Pirrhus Angelbermeus & Renatus Chop-

pin' quaſi expaveſacta animalia & oberrantia. De quibus Paulus I C. ex ſententia Neruæ filij reſpondit in l. 3. §. Nerua Filius, & ibi Alexander. Non enim cuiuis licet pecus ſimulatque aberraverit ſua authoritate capere ſibiq; aſſerere. ſed apparenti proprietario intra certum tempus reddendum eſt, refuſis ſumptibus, licet expleto tempore præfinito & proclamationibus factis, ſecundum conſuetudinem à domino territorij rectè abalienetur. Inducitur
13 † quoque bonorum vacatio ex obitu illegitimè natorum & naturalium. Et qui ſuccedant ei qui ex illegitimo thoro natus, moritur ſine liberis legitimis, tractat Zaſius Cons. 17. in princ. lib. 2. Rurſus de natis ex damnato coitu, & an pater illis vel liberis illorum etiam legitimis donare aut legare poſſit vide Guidonem Papæ Cons. 17. nu. 2. parte. 1. & Cons. 94. & 246. & Cons. vltimo. parte 2. Item in deciſio. Parlamenti Par. q: ſt. 532. vbi inter alia diſputatur de donat. facta ſpurio per extraneũ. Nec eſt prætermittendũ vario ac multiplici regionum vſu diſponi ſucceſſionem illegitimorum, & eorum in vniverſum qui abſque legitimis hæredib' moriuntur, maximè verò eorum qui peregrinæ ſunt conditionis & aduenæ. De quibus multa inſignia & ad praxim pertinentia tractat Reinatus Choppin' de juriſdictione Andegauenſium lib. 1. cap. 40. nu. 10. & cap. 41. nu. 1. & ſequenti vſque in fin. Et Iohannes Bacquetus. in tractatu ſuo des droicts de domaines cap. 22. Proximum † eſt 14
prædictis quod de ſeruis hominibuſq; proprijs eſt traditũ à Iacobino de Santo Georgio & Frederico Huſano in tractatu de hominibus proprijs. Quibus in quibuſdam locis vel ex conſuetudine vel ex pacto vel ex priuilegio ſuccedit dominus. Guido Papæ Cons. 244. incipiente pro deciſione parte 3. Et † 15
quid in rebus ſoli deſertis obſervari debeat, ex poſterioribus libr. Cod. intelligi poteſt. Similis † conditionis ſunt res 16
confiſcatæ, quæ plerumque ſupremo Principi, plerumque inferioribus dominis locorum cedunt. Reinat' Choppinus de conſuetudine Andegauenſiũ lib. 1. cap. 51. nu. 2. & cap. 53. nu. 3.

SVMMARIA.

1. *Actor cogitur edere actionem quâ cupit experiri. & 3.*
2. *Inſtrumenta poſt editionem communia fieri.*
4. *Libellus obſcurus non admittendus.*
5. *Libellus etiam ſine actionis expreſſione quando valeat.*
6. *L. 1. ff. de edendo vera lectio.*
7. *Album Prætoris quid fuerit.*
8. *Albi variæ ſpecies.*

CAPVT OCTAVVM.

Qua

1 QVæ † quiſq; *actione agere volet* (inquit I C. in l. 1. in p. ff. de edendo) *eam edere debet, nã æquiſſimum videtur eum qui acturus eſt edere actionem, vt proindè ſciat reus vtrum cedere an contendere vltra debeat*. Editio enim actionis (vt diximus) præparàtoria eſt, & caput futuri judicij & cùm actor prius deliberare potuerit, omniaque neceſſaria ad inſtructionem judicij præparare, (vtpote in cujus manu eſt experiri cùm vult) æquiſſimum eſt reo qui nihil prævidit, & plerumque ex improuiſo inuaditur, actionem edi, ſpatiumque deliberandi tribui ante reſpõſionem & ingreſſum judicij, vt cognita actione qua conuenitur, ſtatuere poſſit an cedere an contendere ſibi expediat, & ſi contendendum putauerit, veniat inſtructus collectis & comparatis defenſionibus, quas vel domi invenit in ſuis ſcrinijs, vel quas poteſt arripere ex rationibus & inſtrumentis ab actore e-
2 ditis. Quæ † poſt exhibitionem incipiunt eſſe communia, & non ſolùm pro producente, ſed etiam pro adverſario fidem faciunt. l. Publia §. Titia. ff. depo-
3 ſiti. Et † vt major ſit facultas deliberandi reo, tenetur actor actionem certam edere, Aut. qui ſemel. C. quomodò & quandò iudex. ita vt reus poſſit intelligere, quid, ex quâ causâ, & quâ actione à ſe petatur, vt ſcilicet *edita actio* (vt Imp. reſpondit in l. edita C. de edẽdo) *ſpeciem futuræ litis demonſtret*. Et hoc ſivè perſonali ſivè reali actione, & ſiuè ex contractu ſiuè ex delicto agatur, & abſque diſcrimine civilis & criminalis judicij. l. ſi in rem aliquis ff. de rei vindic. l. ſed ſi ex dolo §. fin. ff. de dolo. l. 1. ff. commodati l. libellorum ff. de ac-
cuſat. Vndè † libellus incertus ſeu ob- 4
ſcurus parte opponente nõ admittitur, niſi petatur id quod intereſt, dos, legitima, & ſi quæ ſunt ſimilia, quorum na-
tura incerta eſt. Vnde † quærunt inter- 5
pretes, vtrum libellũ ſinè actionis expreſſione ex quo poſſit actio colligi re admittere teneatur. Et quamuis in hoc articulo juris ciuilis Profeſſores diſſentiant, Pontificia tamen conſtitutio talem libellum valere voluit. c. dilecti. de judicijs. Cui conſtitutioni ſtandũ eſt, tùm propter præcellentiam juris Pontificij. c. 1. & ibi D D. de noui op. nunt. tùm propter majorem rei ipſius rationem. Quoniam cùm I C. eum edere aſſerat qui copiam deſcribendi facit, vel in libello complectitur, & dat vel dictat ſeu declarat quo vti velit, dubitandum non videtur ſatisfieri ab actore, ſi per facti narrationem quæ intentetur actio cognoſcatur, arg. l. Gallus §. ejus ff. de liberis & poſthu. quoniam non intereſt quid fiat ex æquipollentibus l. ſi mater C. de inſtit. & ſubſtit. & prætereà non obſcurè indicat I C. hic. per qualemcunque demonſtrationem intellectualem, etiam ſine libello editionem actionis factam intelligi. Etenim
† eum quoque edere Labeo ait, qui 6
producit adverſarium ſuum ad album, & demonſtrat quid dictaturus ſit, vel quo vti velit. Quod lectioni Vlpiani ſatis convenit. Alciatus verò in fin. lib. 2. diſput. c. vlt. hoc modo legendum putat *qui adverſaria ſua ad album producit.* Quæ mutatio nimis audax & temeraria eſt, ideoque non ſequenda. Magis autẽ probaverim antiquiſſimi codicis

manuſcripti lectionem qui ità habet: *Eum quoq; edere Labeo ait , qui producit adverſarium ſuum ad album , & demonſtrat quid dictaturus eſt.&c*, Quæ oratio
7 plana expeditaque eſt. Album autem † erat tabula dealbata, aut albis literis depicta, in qua Prætores edicta vt omnib[9] innoteſcerent actioneſque proponebant. l. 1. §. eodem ff. de orig. juris. l. 1. C. de interdic. Et in albo propoſitas praſcriptaſque actiones à Prætore quilibet aſpicere legere, & cognoſcere poterat. d. l. 1. Ob quod rectè reſpondit I C. eum quoque edere qui producit adverſarium ſuum ad album, & demõſtrat quod dictaturus eſt. Eoque pertinet quod Quintilianus ſcribit declamat. 274. potentius eſſe quod in albo legitur quam quod in teſtamento. Et albi crebra mentio eſt in legibus Romanis. Cn. Flavius † teſte Livio faſtos 8
circa forum in albo propoſuit, vt quandò lege agi poſſet ſciretur. Et Prætoris edicta in albo proponebantur. Erat quoque iudicum album de quo Plini[9] in præfatione. Erat etiam album Decurionum, de quo Vlpianus. in l. 1. & 2. ff. de albo ſcribendo. Et hodiè album , id eſt matricula vectigalis dominici , & aliarum rerum.

SVMMARIA.

1. *L. cogi § ſed et ſi ff. ad Trebell.*
2. *L. ſi ſervus hereditarius in f. de ſtip. ſer.*
3. *L ei fundo ff. de ſervitut.*
4. *L. ſi ſervus ſervum § item ſi ſervus ad L. Aquil.*
5. *L. 4 ff. de pœnis.*

(1–5: *emendatæ.*)

6. *Deportatio in inſulam ab exilio perpetuo quomodo differat.*
7. *Exilij nomen generaliter accipi.*
8. *Deportandi relegandique jus quibus competat.*
9. *Eccleſiaſticos iudices bannire non poſſe.*
10. *Banni gratiam facere ſolius Principis eſt.*

CAPVT NONVM.

1 SColia & interpretationes interlineares, multis locis legũ contextui inſertas eſſe aliâs oſtendimus, & nunc pluribus comprobare conſtitutum eſt. Apud † Vlpianum in l. cogi §. ſed & ſi quis ad S C. Trebel. vera lectio eſt, *Sed & ſi quis non hæreditatis ſuæ partem rogauit hæredem ſuum reſtituere, ſed hæreditatis Seiæ quæ ad eum peruenit.* rejectis dictionibus *duntaxat & dimidiam* quibus communes libri ab indoctis interpp. conſpurcantur. Apud † Venuleum, in l. ſi ſervus hæreditarius in f. ff. 2
de ſtip. ſervorum. verba illa, *id eſt ex quo adeatur hæreditas, aut poſtliminio dominus revertatur*, interpretis eſſe judicantur.

3 tur. Labeonis † reſponſum in d.l.ei fũdo in f.ff. de ſervitut. in libris Florentinis depravatum eſt redundantia dictionis *debere*, ideoque in omnibꝰ alijs exemplaribus expreſſis & manuſcriptis rectè omittitur, nec in lib. Baſilicon
4 agnoſcitur. Rurſus † apud Vlpianum in l.ſi ſervus ſervum § item ſi ſeruꝰ communis ad l. Aquil. dictiones *meus & tuus* ex interpretamento profluunt, & Pandectis Florentinis atq; alijs exemplaribus ineptè inſeruntur ità legendo: *Item ſi ſervus communis tuus & meus ſit occiſus* cùm ità legi debeat, *Item ſi ſervus communis occiſus ſit*, quæ concinna eſt oratio & verſione Græcorum com-
5 probata. Martiani † reſponſum in l. 4. ff. de pœnis. ità in omnibus libris legitur, *Alioquin in tempus quidem relegato perpetuum exilium, in perpetuum relegato inſulæ relegationis, in inſulam relegato deportationis, in inſulam deportato pœna capitis irrogatur.* Quæ depravata ſunt interpoſitione inutilium verborum *relegationis in inſulam relegato*, ideoque illis expunctis Martiani reſponſum integritati ſuæ reſtituetur, ità legendo ex Græcorum interpretatione. *Alioquin in tempus quidem relegato perpetuum exilium, in perpetuum relegato inſulæ deportationis, in inſulam deportato pœna capitis*
6 *irrogatur.* Quamuis Iohannes Leunclaus locum adhuc ſuſpectum habeat, vt vnum gradum pœnarum bis poni arbitretur, exiſtimans perpetuum exilium idem eſſe quod deportatio in inſulam. Quæ tamen invicem diſtare, & diverſum pœnarum gradũ conſtituere receptum eſt. Nam exilium ſpecialiter acceptum certorum locorum interdictio eſt, in inſulam deportatio omniũ præter certum locum, quem niſi aperto vitæ diſcrimine egredi non licet. Alioqui † ipſum nomen exilij generale 8
eſt, & in plures pœnarum gradus diſtinguitur, ex edicto divi Hadriani, *vt qui ad tempus relegatus eſt, ſi redeat, in inſulam relegatur, qui relegatus in inſulam exceſſerit, in inſulam deportetur, qui deportatus evaſerit, capite puniatur.* vt Calliſtratus reſpondit. in l. capitalium §. in exulibus ff. de pœnis. Et hac † ratione exilij quidem indictionem & deportationis pœnam ipſi Principi fuiſſe reſervatam ſcribit Baldus, in l. imperium ff. de juriſd. omni. jud. l. illicitas §. qui vniverſas ff. de officio Præſidis. licet aliud ſeruetur in Banno vel relegatione quæ à deportatione multum differt, Bald. in l. relegatorum ff. de interdictis & relegatis. Gloſ. in §. 1. inſt. de pat. poteſtate. Et communiter receptum eſt, relegãdi jus ſolis competere mero imperio præditis, Maſuerius in §. altera juſtitia. de feudis & eorum I D. in verb. bannire. licet moribus quorundam, medio iuſtitiario, mixtum imperium habenti, etiam capitalis noxæ animadverſio cum furcarũ erectione, & conſequenter cum facultate proſcribendi, relegandique extra fines mediæ ſuæ juriſdictionis cõcedatur, in ijs maleficijs de quibus cognoſcendi poteſtatem habet, Bald. in l. nullæ C. de ſent. & inter locut. *Credo* (inquit) *quod maiores iuſtitiarij qui non habent altam juſtitiam poſſunt bannire & relegare.* Et ità ſervatur de facto, quià relegatio non eſt de mero imperio, nec continet membri abſciſſionem. Id quod † duntaxat ad 9

Digitized by Google

forum profanum referendum eſt: Pō-tificij enim judices nequeunt exilio mulctare ſontes, quod prorſus territorio careant, tametſi habeant diœcæſin vel diſtrictum, Clement. non Romani §. fine. de electione. De quo tamen extat acerrima contentio Iohannis Galli in Arreſt. parlamenti Parriſienſis deciſ. 82. incipiente Epiſcopus. qui in fine ità adijcit, *Credo de iure Eccleſiam bannire poſſe ſuum Clericum.* Sed contrariū obtinuit & obſervatur c. 2. de Clerico excommunicato. cum alijs citatis apud Molineū in additione ad d. deciſ. Galli & in legibus Andegavens. municipalibus. Et ità relegatio eſt fori profani, ſicut excommunicatio eccleſiaſtici. Pulchrè Reynatus Choppinus l. 2. de ſacra politia forenſi tit. 3. nu. 11. & tit. 8. nu. 2. & 3. lib. 1. de juriſd. andeg. tit. 2. c. 39. nu. 5. & 6. Cæterùm † quamvis mino- 10
res juſtitiarij banni indicendi facultatē habeant, non poſſunt tamē banni gratiam facere, & exules domum revocare: quià hæc eſt ſolius Principis prærogativa, aut maiorum Baronum, quibus ſpecialis conſuetudo aut authoritas Regis hoc attribuit. De quo eleganter multa ſcribunt Reynatus Choppinus de juriſdic. Andegau. lib. 1. cap. 48. & Faber totius Galliæ ſummus Practicꝰ. in §. 1. inſt. quibus mod. patria po. ſolvatur. Nonnulli (inquiens) banniuntur propter contumaciam quià nō veniunt vocati per bānum. Et hi nō aſſimulantur deportatis, quià nulla ſententia fertur contra tales, & bona duntaxat annotantur. Sed ſunt quidam qui banniuntur per ſententias, & bannum ijs pro pœna imponitur.

SVMMARIA.

1. *Multa iuris loca ex vocum ſillabarum literarumque mutatione aut tranſpoſitione emendata. & 4.*
2. *Re commodatâ abutens furti tenetur.*
3. *Proxeneta & Proxenetica quæ dicantur.*

CAPVT DECIMVM.

EX variâ lectione in excuſis & manuſcriptis libris, ac commixtione interpretamentorum, ſæpè per commutationem vocum aut ſyllabarum, atque dictionum tranſpoſitionem, optimos libros depravatos fuiſſe multis in locis & ab alijs & à nobis demonſtratum eſt, quibus cumuli loco ſequentia adijcimus. Apud † Vlpianū, 1
in l. liberorum ff. de his qui not. infamia. etiam in optimis libris à Ruſſardo. Franciſco Duareno, Lodovvico Charunda & alijs emendatis paſſim legitur *propter turbationem ſanguinis* pro quo Græci rectius legerunt *propter turbationem ſeminis*, nam γονῆς vocabulū repo-

Digitized by Google

repoſuerunt, quod ſemen eſt non ſanguis. Quod modo in alio Vlpiani loco vulgò legitur *aberit* pro *obierit Rempublicam* pro *rem iudicatam*, l. f. de reſtit. in integrum *hoſticulo* pro *hoſtili loco* in l. vnica de bonorum poſſeſſ. ex teſt. militis *portione* pro *petitione* in l. titia §. qui inuita de Legat. 2. *vim* pro *inde* l. in ratione §. ſi filio ad l. Falcidiam. *emerit* pro *redemerit* in l. 22. de pet. hæred. Itẽ *ſi modo eo tempore quo adpareat* pro *ſi modo eo tempore quo experiar*. vt rectius in lib. Frorentinis legitur in l. ſi ego. §. partus de Publ. actione, & communia exemplaria probant, quibus conſentit græcorum tranſlatio. Eodem modo apud Paulũ in l. penult. de ſervitut. vrb. prædiorum. vulgò *communem parietem aperire* legunt pro *cæcum parietem aperire*. Apud Vlpianum in l. ſi ſervus ſervum §. ſi maritus ad leg. Aqui. rectè annotavit Iohannes Leunclaus vitioſè legi *margaretas extractas* pro *margaretas attritas* & *ſervaculum* ſeu *verriculum* pro *ſeraculum*, & *fornicarius ſervus* pro *fornacarius ſervus* ſeu vt Cuiatius vertit *furnarius*. Item *cùm & Marcellus conſentit*, pro *cui & Marcellus conſentit*. Secundum veram aliorum librorum lectionem Rurſus perperàm Florentię ità legitur in l. 46. in f. de cont. emp. *cõſenſum eſt* pro *conceſſum eſt* vt rectè habent communes libri quibus græca interpretatio covenit. Itẽ, in l. qui jumẽta 40. de furtis *alienavè re* pro *in alienam rem*. Nam (vt admonet Leunclaus) dubium non eſt eum qui aliena re inuito domino vtitur furtum facere: ſed hoc nihil pertinet ad præcedentia I C. verba de jumentis, ideoque ex Græcorum ſententia legendum eſſe *aliamuè ad rem* quæ conſtituunt ſententiam manifeſtam & conſentaneam ijs quę alio locò l. 5. §. quinimò commodati. traduntur his verbis. *Quinimo* † *& qui aliâs id eſt alio modo re commodata vtitur, non ſolum commodati, verum furti quoq; tenetur*. Et 2
apud Gellium lib. 7. c. 15. benignius in eandem ſententiam, ſi quis vtendum quid acceperit ad aliam rem atque acceperit vſus eſt, furti ſe obligauit. Vitioſa quoque eſt omnium propè librorũ inſcriptio in tit. *de proxeneticis aut proxenetis*, & rectius à Gręcis legitur de *proxenetis aut proxeneticis*. Proxeneta † enim 3
eſt licitator, mediator, conciliator duorum vel plurium inter ſe contrahentium. proxenetica ſtipendium ſeu merces quæ hujuſmodi perſonæ datur. Nec
† ſolum I C. libri, verum etiam alij optimi quiq; authores per commutationem literarum & vocum contaminati & depravati inveniuntur, vel ex varietate notularum & compendioſa ſcribẽdi ratione, vel ex dictantis voce non æqualiter ad omnium aures perveniẽte. diverſa enim eſt nationum pronuntiatio, nec ſemper articulata lingua eſt pronuntiandi. Vndè facilè fit vt is qui excipit dictamen alterius, literam ſyllabam aut dictionem vnam ſcribat pro alia. 4

SVMMARIA.

1. *Finis termini quando computetur in termino. & 3. 5.*
2. *De momento ad momentum tempus quando computetur.*
4. *L. Firmio poſt p. quando dies leg. emendata.*
5. *Principium termini an computetur in termino.*

CAPVT VNDECIMVM.

1 CONſtat †, ex Pauli ſententia, anniculũ amitti qui extremo anni die moritur, in l. annicul⁹. ff. de verb. ſig. Nam quamuis anni expletio requiratur, ſufficit tamen extremum anni diem attigiſſe. Eodem modo quo in legato alicui facto, cum quatuordecim annorum erit, cum ad legitimum ſtatum peruenerit. l. ex his. C. quandò dies legator. & in facultate manumittendi majori viginti quinq; annis permiſſa. l. 1. ff. de manumiſſionibus. Vndè rectè ſcribit Vlpianus, in l. 1. ff. de manumiſſ. eum qui Calendis Ianuarijs natus eſt, poſt ſextam noctis horã pridiè Calendas manumittere, quaſi annũ vigeſimum expleverit: quoniam qui anni vigeſimi ſupremum diem inijt, minor viginti annis eſſe deſijt, & manumittere poteſt. Idem eſt cum de emolumento legati vel fideicommiſſi agitur, tametſi enim non cœptum ſed impletum annum expectare oporteat, d. l. ex his. ſufficit tamen extremum anni vltimi diem attigiſſe, quoniam dies non per momenta ſed vt quoddam indiuiduum conſideratur Et hac ratione ſuſtinetur teſtamentum quod quis fecit pridiè natalis ſui poſt mediam noctem, l. qua ætate ff. de teſtamentis. Et hoc eſt quod Celſus libro ſecundo ff. ſcribit, in l. ſi annos. ff. de condic. & demonſtrat. *ſi in annos decem hæres dare damnatus aut quis liber eſſe iuſſus eſt, noviſſimo eius temporis die legatum debetur & libertas obtinget.* Cui conſentaneum eſt Marcelli reſponſum quo ità continetur, *Non putabam diem fideicommiſſi veniſſe, cum ſextum decimum annum ingreſſus fuiſſet, cui erat relictum cum ad annum decimum-ſextum perveniſſet. & ità etiam Aurelius Imp. Antoninus ad appellationem ex Germania iudicabat.* Quæ verba non ad præteritæ opinionis poſteà mutatæ relationem (vt quidã opinantur) pertinent, ſed certam & præſentem juris etiam hodiè obtinentis deciſionem continent. Et quod in legato ac fideicommiſſo relicto, ac manumittendi facultate conſtitutum eſt, obſervatur quoque in vſucapionibus. in his enim non de momento ad momentũ, ſed totum poſtremum diem computamus, l. in vſucapionibus ff. de vſucap. ideoque qui hora ſexta diei Calendarũ Ianuariarum poſſidere cœpit, hora ſexta noctis pridiè Calẽdas Ianuarias implet conditionẽ, etiam ſi omniũ horarũ & momentorum revolutio nõ ſit perfecta. Quod tamen † exigitur in præ- 2
ſcribendis actionibus, & perimenda vita obligationis. l. in omnibus de ob. & action. Item in adimendo minoribus beneficio reſtitutionis in integrũ, l. 3, §. mi-

§. minorem ff. de minoribus. & alijs juribus ſua natura perpetuis vel limitato & certo tempore circumſcriptis; quoniam hujuſmodi præſcriptiones ex ſolo temporis lapſu oriuntur, ſolo tẽpore nituntur, & non niſi ex temporis finitione & abſoluto complemento vigorem & authoritatem à lege accipiũt. Quod ſecus eſt in legatis fideicommiſſis & vſucapionibus, quià vſucapio nititur titulo, bona fide, negligentia adverſarij, vna cum temporis curſu, & legata ac fideicommiſſa ex voluntate defuncti ſuſtinentur, & favorem legis habent, quæ ſcrupuloſam, punctualem, & mathematicam ſupputationem repudiat, ità vt nihil neceſſe ſit vltimum diem vſque ad vltimam minutam adimpletum eſſe.
3 Quin † in pleriſque, ſpecialis æquitas concurrens cum favore legatorum & fideicommiſſorum, efficit vt vltimum annum ad conſequendum emolumentum attigiſſe ſufficiat. Vt eſt in legato libertatis, l. fideicommiſſaria de fideicom. libertat. In tranſmiſſione fideicommiſſi ad filium ejus cui hæreditas relicta erat, cùm ad vigeſimũ annũ perueniſſet: Nam ſi ingreſſus vigeſimũ annũ moriatur, legatum tranſmittit. Quod & Papinianus probat in caſu nõ diſſimili, & multis alijs ſpeciebus confirmatur, in quibus ex rei æquitate, vel alia juſta cauſa, annus vel dies inchoatus pro impleto habetur, niſi ex teſtantis voluntate, certa ætatis aut præciſi temporis determinatio ſit addita, l. Publius §. Titia ff. de cond. & demonſt. aut quandò conditio ſeu certa ætas aut tempus aſſequendæ pecuniæ vel alterius rei præſtitutum eſt. Vt
4 † conſtat ex Papiniani reſponſo in d. l. Firmio poſt princip. in quo Florentiæ perperàm legitur, *cum ab hæredibus alumno centum dare voluiſſet teſtator, eam pecuniam ad alium transferri &c.* Nã cum ab vno eodemque verbo omnia depẽdeant, neceſſe eſt orationem conjunctiuam eſſe, vt cohæreat. Et ità in autographo ſcriptum fuiſſe ſignificant ſequentia verba IC. *eamq́ alumno meo &c.*
5 Et † quod ad rem ipſam pertinet, nota eſt Interpp. noſtrorum multiplex diſputatio de fine termini, & an finis termini includatur in termino. cujus deciſio magna ex parte pendet ex ſupradictis, & copioſè examinatur ab Andrea Tijraquello in prolixis ſuis commentarijs de retractu conſuetudinario, §. 1. gloſ. 11. in verbis. dedans l'an & iour. & Renato Choppino de I D. Andegavenſium, lib. 1. cap. 3. qui tollendæ dubitationis gratia per conſuetudines ſcribunt diem anno adjectum eſſe, nè in præfinitione temporis computetur dies pacti conventi, ſeu poſſeſſionis inchoatæ.
6 Nec † ſolum de fine, verumetiam de principio, & quandò annus, dies, vel alius terminus diſpoſitionibus adjectus incipiat, frequens & variè agitata eſt quæſtio. & poſt multã diſputationem inter authores, magis obtinuit, in hoc dubio certam legem aut diſpoſitionem non haberi, ſed pro varietate incidentium negotiorũ, pro diverſitate circumſtantiarum cujuſlibet facti, ſtatui debere. Quamuis Andreas Tyraquellus, in retractu conſang. §. 1. gloſ. 1. nu. 22. eorum opinionem probabiliorem iudicet, qui diem termini ſeu aſſignationis non computant.

in termino. Quod mihi non videtur ſubſiſtere, cùm plures ſpecies occurrãt in quibus dies termini includitur, quã quibus excluditur à termino. Vndè re-
7 ctè Præpoſitus ſcribit in c. ſuper eo. col. 3. de appellation. quod dies termini cõputetur in termino, niſi jus expreſsè aliter diſponat, aut tempus dilationis ſit vtile, aut verba diſpoſitionis temporis ſeparationem faciant, per dictiones à tali horâ vel die. Idem ſi dilatio ſit exſpectatoria, aut à lege vel conſuetudinè data: quià in dilatione legis ſeu cõſuetudinis dies termini non includitur in termino. Quib⁹ multa alia adijcit Præpoſitus, loco citato, ad vſum praximq; hujus articuli accommodatiſſima.

SVMMARIA.

1. *Anni principium à varijs nationibus variè conſtitutum.*
2. *Idque etiam hodiè pro incidentium negotiorum qualitate variare.*

CAPVT DVODECIMVM.

1 ROmani † olim authore Romulo annum ſuum habuerunt decem menſibus ornatum, qui incipiebat à Martio: Romulus enim primũ anni menſem genitori ſuo Marti dicavit, Macrobius ſaturnal. lib. 1. c. 12. Sed cum is numer⁹ neque ſolis curſui neque lunæ rationibus conveniret, ſecutus Numa, vel ex ingenij induſtriâ vel ex Græcorum obſervatione, duos mẽſes addidit: ac de duobus priorem Iannuarium appellavit, primumq; anni eſſe voluit, tanquam bicipitis Dei menſem, reſpicientem ac proſpicientẽ tranſacti anni finem, futurique principia. A qua ordinatione poſteà in ſupputatione temporis receſſum fuit apud Chriſtianos. Nam curia Romana, Italia, Hiſpania, Arragonia, Catalonia, Dacia, & Vaſconia, anni principium à Nativitate Domini conſtituunt. Didac. Couarruu. lib. 1. reſolut. cap. 12. nu. 1. In regno verò Franciæ, Alemaniẹ & Angliæ, computatur annus à feſto nativitatis Mariæ, quod eſt 25. die Martij, vt à dominis à Rota annotatum eſt. deciſ 813. ſciendum eſt quod curia in antiquis. Qua ſupputandi ratione omiſſa, poſterioris ævi nationes veterem ſupputandi modum reſumpſerunt, & à Ianuario anni principium incœperunt. Quod tandem etiam in Belgio veteri ſcribendi conſuetudine abrogata Dux Albanus obſervari juſſit. Cæterùm † 2
quamuis hæc generaliter ſint conſtituta, ſæpè tamen contingit propter varias Provintiarum obſervationes, & incidentium varietate negotiorum, anni principium aliter numerari puta ſi agatur de fructuum diviſione inter hæredes, vaſallum & dominum. inter fideicommiſſariũ & hæredem, inter hæredes fiuctuarij & proprietarium, inter hæredes Prælati, beneficiati, & penſionarij,

natij, & ſucceſſorem ſeu Prælatum, inter hæredes mariti & vxorem, hæredes emphiteutæ ſeu vaſalli & dominū, cū ſimilibus, in quibus ex ratione & juris dictamine variè anni principium conſtituitur, ſecundum hominis proviſionem, conſuetudinis diſpoſitionem, & qualitatem rerū de quibus agitur. Nam ſi res ſunt ejus qualitatis, vt fructus eorum certo anni tempore percipiantur, tunc ex eo tempore quo percipi ſolent anni principium computatur. Ideoque ſi reditus ex tritico vel hordeo conſtet, à die ſanctæ Mariæ menſis Auguſti annus computari ſolitus eſt. Si verò conſtent ex vino, à die Santi Michaelis menſis Septembris. Si autem ex fructu pecudum vel armentorum, à die S. Petri menſis Iulij annus computandus erit. Si verò conſtent ex oleo à prima Ianuarij annus computatur. Ità vt anni principium vt plurimum referatur ad id tempus quo fructus maturi ſunt, & percipi ſolent.

SVMMARIA.

1. *Vſusfructus proprietatem ſuam ſemper aſpicit, & facillimè cum eà conſolidatur.*
2. *In conſolidatione vtilis ac directi dominij, novum dominium non intelligitur, nec ceſſio aut traditio requiritur.*
3. *Ita tamen vt propriâ authoritate, poſſidentem expellere non liceat.*
4. *L. ſi Titiò fructus ff. de vſuf. novè ac ſingulariter explicata. & 6. 7.*
5. *Rei judicatæ exceptionem tria requirere.*
7. *Iuris accreſcendi ſiue non decreſcendi potentia.*

CAPVT DECIMVM-TERTIVM.

PRæclarum & nobile eſt Papiniani reſponſum, ſed terribile (vt ajunt interpretes) & à nemine explicatum. *Si Titio* (inquit Papinianus in l. ſi Titio ff. de vſufruct.) *fructus, Mævio proprietas relicta ſit, & vivo teſtatore Titius decedat nihil apud hæredem ſcriptū relinquetur.* Quod mirum eſt, cum legatū vſusfructus Titio factum, caducum ſit, ideoque ſecundum regulam juris apud ſcriptum hæredem vt videtur remanere debeat, l. vnica C. de cadu. tollend. præſertim cùm inter Titium & Meviū nulla ſit conjunctio quę inducat jus accreſcendi: Nā alia res Titio puta fructus, alia Mevio puta proprietas relicta eſt. Ità vt propter diverſitatem rerū jus accreſcendi hæredi ſcripto obeſſe, aut Titio ſuffragari non poſſit. Sed quanquam caducum ſit Titij legatū, ceſſetque jus accreſcendi, eſt tamen alia latēs ratio à Papiniano conſiderata, quæ cōſiſtit in potentia proprietatis & conſolidationis, ſecundum quam vſusfructus effectum dominij ſeu partis habet, & facillimè ad naturam ſuam revertitur,

& proprietati conſolidatur, eique conjungitur tanquam effectus ſuæ cauſæ. licet enim vſusfructus quam diu eſt ſeparatus in jure conſiſtat, habet tamen omne rei emolumentum l. Meuius §. fundo legato de legat. 2. & leviſſimo momento ad proprietatem ſuam redit. quam ſemper aſpicit tanquam effectus ſuam cauſam, & ad quam reſoluto jure vſufructuarij, & ceſſante impedimento extrinſeco, reflectitur. eodē modo quo querc⁹ ſeu alia arbor in duas partes per vim diducta, ceſſante vi ad naturam ſuā redit, & ſtrictè cohæret ac coaleſcit: quoniam vſusfructus eſt pars dominij, & emolumentum rei continet, d. l. Mevius §. fundo legato, & l. rectè dicimus. De verb. ſig. l. qui vſumfructū de verb. obligat. Ideoque partis ſeu proprietatis effectū habere dicitur, cum plena proprietas ejuſque effectus intelligatur cōſiſtere in poſſeſſione, & fructuum perceptione, vt alibi expreſſum eſt, in d. l. qui vſumfructum. & in d. l. Mevius. §. fundo legato. & in Papiniani reſponſo præſupponitur.

2 Et † hac ratione, jus quod reſoluto vſufructu proprietario acquiritur, propriè non eſt novū dominium, ſed conſolidatio, quia directum dominiū habet vim directi & vtilis. Sicut cum finitur Emphiteuſis. l. 2. C. de jure emphiteut. Et cum dos revertitur ad mulierem ſoluto matrimonio, l. in rebus C. de jure dotium. Item cū actio cōmunis patri & filiæ conſolidatur alteri eorū: non enim eſt neceſſaria ceſſio juris quod penes deficientem erat, nec etiam aliqua traditio corporalis, l. vnic. §. filiabus C. de rei vx. act. Idē cū feudum tempore, ſucceſſione, aut alio modo finitur, & ad dominū revertitur. cap. Imperialem §. callidis de prohib. feud. alienat. per Freder. Adeo vt neque retraditio neque ſententia requiratur: quia virt⁹ directi dominij (vt Bald⁹ ſcribit conſ. 9. nu. 1. vol. 1.) ſemper eſt in actu permanēti ex vi attractiua, & ideo non eſt neceſſaria directo domino vtilis dominij vindicatio, quia nunc non acquiritur, l. 1. §. ſi is qui bona. de collat. bonorū. & vtile feudi dominiū cōſolidatur & redditur formæ ſuę, & dicitur in priſtinam cauſam redire potius quā de novò venirè, perinde ac ſi nunquā ſeparatum fuiſſet. Vt eleganter multis rationibus probat Gloſſa Conſtitutionum regni Neapol. tit. 8. lib. 3. Cæterū quanquā hęc ita ſe habeant, & vtile dominiū, vſusfructus & ſimilia, ipſo jure ad proprietatē revertantur, eique conſolidentur, nec alius actus ex parte proprietarij requiratur, non tamen poteſt dominus feudi aut proprietatis, abſque judicio & ſententia declaratoria detentorē inuitū propria authoritate dejicere, DD. in l. 2. C. de iure emphiteut. niſi manifeſtum ſit, feudū vſumfructū aut emphiteuſim, tempore ſucceſſione aut alio modo finitam eſſe. Et hoc eſt quod Baldus ſcribit in cap. vnic. de cōt. inter dom. & fidel. col. 2. nu. 8. finito tempore, immediatè & ſine aliquibus judicijs poſſe rem auferri detētori, quia omnis termin⁹ terminatur per ſuas extremitates. Alioqui ſi certū non ſit finitum eſſe feudū aut vſumfructū, occupans propriâ authoritate poſſeſſionē, cadit à jure ſuo, DD. in l. creditores C. de pignoribus. niſi dominus feudi id faceret ex ſua juriſdictione, & quia eſſet domi-

Digitized by Google

dominus ſuorũ vaſallorũ. Bald. in l. 1.
3 col. 8. nu. 31. C. vnd. vi. Et † vt ad Papiniani reſpõſũ reuertamur, in l. ſi Titio fructus ff. de vſuf. maximã difficultatẽ habet quod idẽ Pap. tanquã per contrariũ ſubijcit, *vſumfructum in quibuſdam caſibus non proprietatis* (ſeu vt alias legitur) *partis effectum obtinere convenit*, & difficultatẽ auget, & facit inexplicabilẽ, illatio ejuſdẽ Papiniani, propter commixtionẽ exemplorũ diverſam deciſionẽ habentiũ, his verbis. *Vndè ſi fundi vel fructus portio petatur, & abſolutione ſequuta poſtea pars altera quæ accrevit vindicetur, in lite quidem proprietatis iudicatæ rei exceptionem obſtare, in fructus verò non obſtare ſcribit Iulianus.* Et quamuis prima inſpectione, locus ille Papiniani ſpinoſus, videatur, lumen tamen & illuſtrationẽ accipere poteſt, ſi conſideremus Papinianum prius per regulã generalẽ præſupponere, quod vſufructꝰ ex vi interna, & ſecundũ propriã naturã, pars dominij ſit, & effectũ proprietatis habeat, vt ſcilicet ceſſante impedimento extrinſeco proprietati accedat, & illi tanquã pars cõjungatur. Ac deindè ſubijcit velut per moderationẽ, id plerumque non convenire, quoniã circũſtantia extrinſeca concurrere poteſt, quę impediat cõſolidationẽ, atque vnionẽ vſusfructus cũ proprietate. Itá vt ſtante hujuſmodi circũſtantiâ, nõ poſſit dici vſumfructũ proprietatis effectum habere, propter extrinſecũ impedimentũ, quo ſuſtinetur & confirmatur ſeparatio. Velut ſi duobus conjunctim legatus ſit vſusfructꝰ, repudiante altero, pars repudiata accreſcit vſufructuario, qui agnovit partẽ ſuã. nec revoluitur aut reflectitur pars vſusfructus deficiens ad proprietatem, & priſtinã naturã ſuã, propter reliquias & impedimentũ vſusfructus, cohærentis & ſubſiſtẽtis adhuc in alteriꝰ perſona. l. 1. §. interdũ. ff. De vſuf. acc. & tex. hic in fine. Sed manet difficultas & perplexitas in conſtituenda ratione illationis, & invenienda cauſa, cur in lite proprietatis, & non in lite vſusfructus obſtet exceptio rei judicatæ, ei qui in partis petitione ſuccubuit, ſi poſteà petat alterã partẽ quæ accrevit. Quoniam nec in lite proprietatis exceptionẽ obſtare debere ſuadet ratio illa, quod ſecundũ judiciũ nõ inſtituatur ſuper eadẽ re & corpore, de quo actum fuit in priori judicio. priore enim iudicio legatariꝰ petijt partẽ ſuã, poſteriore verò perſequitur partẽ collegatarij, ex repudiatione ſibi accreſcentem, & ideò licet eadẽ ſit cauſa agendi, eadẽque conditio perſonarũ, tamen quià non eſt idẽ corpus rei, non obſtabit judicati prioris
exceptio: Quia † cùm quæritur an hęc 5
exceptio noceat nec nè, reſpiciendum eſt an idem corpus ſit, quantitaſque eadem, idemque jus, & an eadem cauſa petendi, & conditio perſonarũ. quæ niſi omnia concurrant alia res eſt. l. cum quæritur. cum l. ſeq. de except. rei judi-
catæ. Fatetur † Accurſius (quem com- 6
muniter alij ſequuntur) eſſe aliud corpꝰ rei, ſed ideo dicit obſtare exceptionem rei judicatæ, quià per ſequens iudicium refringeretur quod ſtatutũ eſt in priori, ea ratione, quià eadem eſt cauſa legati vtujuſque partis. Sed hæc ſolutio Accurſij jure non probatur, & aduerſatur regulæ de exceptione rei judicatæ tra-

ditæ, quæ non impedit ſecundi judicij propoſitionem, ſi alia res ſit ſeu corpus de quo agitur, etiamſi eadem ſit cauſa petendi, eademq; conditio perſonarũ. d.l.cùm quæritur cum duabus ſeq. Baldus itaque derelictâ Accurſij & ſequacium ſententiâ eam rationẽ prodidit, quod in proprietatis judicio, abſolutoria prioris judicij, peremit & ſuſtulit partem in judicium deductam, ſic vt priore parte ſublata per ſententiam, jus accreſcendi non inueniat fundamentũ relicti vel partis, cui alteram partem repudiatã adijciat. Sed hæc Baldi interpretatio non eſt melior ſuperiori illa quam attulit Accurſius, quoniam per ſetentiam non perdit is qui ſuccubuit partem ſuam, neque ſententia impedit jus accreſcendi, neque tollit aut novat ipſo jure priorẽ cauſam, ſed ea manẽte in ſuo ſtatu, inducit extrinſecus rei judicatæ exceptionẽ, quia iterata actio, & priſtina cauſa deducta in judiciũ, ſiſtitur & eliditur nè poſſit progreſſum habere, Tot.tit.de. excep. rei judic. per quod non impeditur jus accreſcendi ſi collegatarius deficiat, qui aut ſpreverit legatum, aut, viuo teſtatore deceſſerit. §. ſi eadem res. inſtit. de legat. Et quod non impediatur jus accreſcendi, nec præſcindatur fundamentum ejus per ſententiã (vt Baldus voluit) manifeſtũ eſt ex verbis Papiniani, admittentis & præſupponẽtis, per jus accreſcendi portionẽ alterã poſtea priori accreuiſſe & acceſſiſſe. Quoniam ponit Papinianus partem alterã quæ accrevit vendicari, & deindè pro ratione decidendi adjicit, portionẽ fundi velut alluvionem portioni accreſcere. Veriſſimũ itaque eſt, quamuis alij nõ animadverterint, ideò in lite proprietatis exceptionẽ rei judicatæ obſtare, quoniã concurrunt omnia ad conſtituendã hanc exceptionẽ neceſſaria, quippe eadẽ conditio perſonarũ, eadẽ cauſa agendi, idem rei corp᷒. d.l.cùm quæritur cum ſeqq. Quod † 7
poſtremũ quià verâ deciſionẽ & explicationẽ hujus loci continet, explicandũ & demonſtrandũ eſt latius, ad convincendũ evidentius errorẽ inueteratũ, in interpretatione ejus quod à Papiniano reſponſum eſt, ab omnibus commiſſum. Et res manifeſta evadet, ſi conſideremus Papinianũ loqui de eadẽ re duobus conjunctim legata, in qua ſi ambo ad legatũ perveniant, ſcinditur inter eos legatũ: ſi alter deficiat, quia aut ſprevit legatum, aut viuo teſtatore deceſſit, totum ad collegatarium pertinet d. §.ſi eadem res. Inſt. de legat. perindè ac ſi illi ſoli ab initio totum relictum fuiſſet, propter potentiã juris accreſcendi ſeu nõ decreſcendi, quo portio repudiata, cohæret, ſeu connexa eſt portioni agnitæ, idemque corpus ex vtraque conſtituitur. De quo quidẽ jure accreſcendi ſeu non decreſcendi, inter legatarios quibus conjunctim eadẽ res legata eſt Papinianum agere verba ejus teſtantur, dùm ità ait *vnde ſi fundi vel fructus portio petatur*, quę conjunctionẽ & communionẽ ſignificant. & rurſus in verbis. *Et abſolutione ſequuta poſteà pars altera quæ accrevit vendicetur*. In quibus apertè agit de jure accreſcendi, ex cujus potentia portio repudiata auget portionem agnitã, l.facto §. Iulian᷒ 1.de vulg.& pup.ſubſtit. Ità vt vnum vtriuſque ſit corpus, & ex eadem atque

ante-

antecedenti cauſa acquiſitum, l. vnica. C. quando no petentium part. & portio accreſcens eadem res ſit, & inſeparabiliter adhæreat portioni priori cui accreſcit, vt ſubijcit Papinianus. Eodē modo quo alluvio quæ ſequitur fundū cui accedit, eumque auget, eademque res & idem corpus cum eo eſt. Adeò vt nulla poſſit eſſe dubitatio, quin de eadem re agatur in vtroque judicio, licet Accurſius & alij, vim juris accreſcendi, ſenſumque & rationem Papiniani parum perpendentes, aliter ſenſerint. Nec dubitatur quin juri accreſcendi locus ſit legatario, qui in partis ſuæ petitione ſuccubuit, ſed poſteà petenti alteram partem, obſtare prioris judicati exceptionem, propter cohærentiam & identitatem, ſeu conjunctionem partium, quatenus agitur de proprietate. Nam in vſufructu non eſt partium conjunctio, neque pars accreſcens vnum corpus cum altera parte conſtituit. Quandoquidem vſusfructus eſt perſonalis, ideoque pars quæ accreſcit, non parti alteræ, ſed perſonæ vſusfructuarij accedit & conjungitur, & conſequenter, eſt alia res ſeu jus quam de quo in priore judicio actum eſt. Ob quod non obſtat exceptio judicati, ei qui ſuccubuit in petitione partis vſusfructus, ſi poſtea petat partem accreſcentem, quoniam diverſitas rerum oſtendit non omnia concurrere, quæ ad inducendā exceptionē judicati ſunt neceſſaria. d. l. cùm quæritur cum ſeqq. Eaque eſt genuina ſententia Papiniani regulis juris conſentanea, & cuj⁹ ratio & explicatio tota dependet ex conſiderata identitate & diverſitate rerum in judicium deductarum, nec non potentia juris accreſcendi, ac perſonalitate vſusfructus, quę non animadverſę infinitas fluctuationes excitaverunt, & variè torſerunt interpretum ingenia.

S V M M A R I A.

1. *Ius accreſcendi confusè ab interpretibus tractatum confutatâ eorum opinione quī id ex lege 12. tab. putant deſcendere.*
2. *Ius accreſcendi varijs ex cauſis induci, reiecta Lorioti & Coraſij ſententiâ. & 3. 4. 12.*
5. *Ius accreſcendi alluvionis inſtar ſe habere.*
6. *Ius accreſcendi à iure non decreſcendi an & quomodo differat. & 7. 8. 9. 10. 11.*
9. *Iure non decreſcendi acquiſitum abſque onere penes acquirentem manet.*
13. *Ius accreſcendi quâ ratione in hereditatibus ſit introductum, reprobatâ Accurſij Iaſonis Baldi Decij Alciati & aliorum ſententiâ. & 14 15.*
15. *Ius ſuccedendi indiviſibilis vniverſitas eſt.*
16. *Ius accreſcendi cur non æquè in legatis atque in hereditatibus obtineat.*
17. *Vniverſitatis conſiderationem ſingularem ſępè effectum producere. & 18. 19. 20. 21.*
18. *Grege vel peculio legato, non licet res quaſdam arripere quaſdam repudiare, & fructus à die mortis cedunt.*
22. *Ius accreſcendi quando & quâ ratione locum habeat in legatis & fideicommiſſis.*

23. *Coniunctorum triplex diſtinctio.& 24.25.26.*
27. *Coniunctio legalis quæ dicatur.*
28. *Coniuncti re & verbis in iure accreſcendi cæteris ſunt potiores.*
29. *Coniuncti verbis tantum re coniunctis ſunt potiores.*
30. *Coniunctio verbalis an etiam in vſufructu ius accreſcendi inducat.*
31. *Coniunctos re & verbis partes ab initio non facere reiectâ Lorioti ſententiâ.& 32.33.*
32. *L. planè §. ſi coniunctim explicata.*
33. *L. cum fundus de cond. & demonſt. interpretata.*

CAPVT DECIMVM-QVARTVM.

1 MVlta † de jure accreſcendi libris noſtris continentur, ejuſque explicationem pleno ſtilo tractarunt interpretes, in l. vnica C. quandò non petent. partes. in l. teſtamento C. de impub. & alijs ſubſtit. Sed tanta confuſione vt etiamſi diligentiſſimè omnes evolueris, certam tamen rationem ac ſententiam conſequi nequeas, Accur. Bart. & alij in l. Celſus in fine de leg. 2. & in l. ſervus ff. de acqui. hæred. Multi quos noviſſimè ſequitur Iohannes Corraſius, in d. l. teſtamento C. de impub. & alijs ſubſt. exiſtimant jus accreſcendi lege 12. tabularum introductū eſſe, ex eo quod I.C. reſpondit, in l. Celſus §. finali. ff. de legatis 2. filium hæredem, cui pars ejus à quo legatū eſt accreſcit, non præſtare legatum quod jure antiquo, id eſt lege 12. tab. introducente (vt ipſi putāt) jure accreſcendi capit. ſed falluntur. IC. enim juris antiqui mentionem facit, non ad ſignificandam originem juris accreſcendi ex lege 12. tab. deſcendere, ſed ad demonſtrandam rationem & cauſam quarè filius portionem accreſcentem vel potius non decreſcentē habeat, ſine onere quod cohæredi erat injunctum. Et per jus antiquum ſignificat nō legis alicujus diſpoſitionem, ſed cauſam ſuccedendi, & priſtinum titulum, in vim cujus filius totam hæreditatem velut ab initio ſibi acquiſitā retinet & conſervat, nullo cohærede concurrente, aut portionem petente. ſic quod filius neque ex capite cohæredis abſtinentis vel repudiantis, neque ex novâ cauſâ, neque per acceſſionem portionem hæredis acquirat, quo caſu onus agnoſcere oporteret, ſed illam jure retineat, ex antiqua & priore cauſa, ex qua ab initio ſucceſſit. Prætereà † ſa- 2
tis manifeſtum eſt, jus accreſcendi non ſolum antiqua lege, ſed ex varijs cauſis induci, plerumque ex legis authoritate, plerumque ex conjunctionis & vnionis poteſtate, plerumque ex natura rerum, plerumque etiam (& vt plurimum) ex voluntate & intentione diſponentium. Vndè † ſequitur dubiām 3
eſſe definitionem juris accreſcendi quā Petrus Loriotus prodidit, in tractatu de diſiunctis & conjunctis, aſſerens jus accreſcendi eſſe quaſi ſubſtitutionem quandam à lege introductā. Secundò manife-

4 † manifeſtum eſt aberrare Coraſium, in d.l.teſtamento in p. dùm ità ſcribit, jus accreſcendi eſſe legis proviſionem. licet enim leges jus accreſcendi admittant, cauſa tamen immediata juris accreſcendi non ſemper ſtat in legis proviſione, ſed in poteſtate conjunctionis, & rerum ipſarum natura, vel in voluntate diſponentium, & ſignificatione verborum quibus diſpoſitio concepta
5 eſt. Et proindè † in deſcribendo & deſiniendo jure accreſcendi, potius generaliter dicendum eſt, quod portio deficientium vel omittentium, agnitæ & acquiſitæ portioni accedit, ad inſtar alluvionis, quotiens vel rerum natura, vel verborum ſignificatio, vel conjunctionis ratio, aut diſponentium intentio, tendit ad inducendam vel conſervandam hujuſmodi portionis conjun-
6 ctionem & conſolidationem. Et † appellatione juris accreſcendi etiam jus non decreſcendi I C. contineri voluerunt. l. Celſus §. vlt. & l. & ſcriptura ff. de cond. & demonſt. Iuſtinianus verò jus accreſcendi ſeparavit à jure non decreſcendi, voluitque ea diverſa eſſe, & aliud cenſeri jus accreſcendi, aliud verò jus non decreſcendi, l. vnica §. vbi autem C. de Caducis tollendis. propter inſignia quædam eorum diſcrimina.
7 Quoniam † in jure accreſcendi partes ſiunt ab initio, etiam antequam ſinguli quod ſuum eſt petierint. veluti ſi plures hæredes ſint inſtituti, aut ab inteſtato vocati, ſingulis ipſo jure ſua portio defertur, nec poteſt quiſquam ab initio, etiam antequam adierint plus quã ſuam portionem petere, aut in judiciũ deducere, l. ſi prætor ff. de judicijs. Si verò aliquis cohæredum poſteà portionem ſuam omittat, vel repudiet, ea per jus accreſcendi vnitur conjungiturque ſeu conſolidatur aliorum portionibus, d. l. vnica §. vbi autem & l. vnica C. quandò non pet. partes. Idem eſt in legato vel fideicommiſſo ad quod plures vocantur, ſingulis etiam non petentibus, ab initio pars ſua acquiritur, ex potentia juris, l. à Titio. ff. de furtis. ſed ſi poſtea quis eorum nolit acquirere, vel repudiet partem ſuam, ea per jus accreſcendi devolvitur ad eos qui partem ſuam agnoverint. d. l. vnica §. vbi autẽ.
Diverſum † eſt in jure non decreſcen- 8
di, quoniam in eo non fiunt partes ab initio, ſed demum per concurſum, & cum omnes partem ſuam petunt: Nam ante cõcurſum quilibet totum habet, d. l. vnic §. ſi vero non omnes C. de cadu. toll. verbi gratia ſi vnum tantùm quis ex ſemiſſe hæredem ſcripſerit, tot' as in ſemiſſe erit, & ſolus ſuccedit in totam hæreditatem, alijs non concurrentibus. l. 1. §. in fundo. ff. de hæred. inſtit. Item ſi quis duos hæredes inſtituerit, & alter eorum ſit inhabilis vel incapax, aut ante teſtatorem mortuus, alter ſolus habebit totam hæreditatẽ per jus non decreſcendi, hoc eſt quià nemo alius concurrit vel poteſt concurrere qui partem faciat. Quod idem eſt in legatis, quoniam ſi collegatarius ſit inhabilis, vel ante teſtatorem defunctus, alter retinet legatum ſuum in ſolidum, ex prima ſua acquiſitione & jure antiquo. d. l. Celſus. in f. Quoniam ab initio nulla partium diſtinctio eſt facta, & poſteà ob deficientem concurſum collegatarij non minuitur legatum acqui-

juriſdictione ordinaria non etiam delegata. Bald. in l. vnica. C. quandò non pet. par. Item in jure Patronatus eccleſiæ inter patronos. gloſ. in c. cum ſecūdum de jure patronatus. Item in emptione & venditione, alijſque contractibus vltro citroque obligatorijs. l. fund' ille ff. de cont. empt. Et tam potens eſt jus accreſcendi ſeu non decreſcendi, vt ſubmoveat edictum ſucceſſoriū Alex. in d. l. vnica. C. quando non pet. partes. licet impotentius ſit jure ſubſtitutionis. Bald. in l. vlt. de juſt. & jure. Sed † in conſtituenda ratione cur jus accreſcendi & non decreſcendi introductū ſit, variant interpretes. Accurſius. in l. ſervus ff. de acqui. hær. & in d. l. Celſus. quem ſequuntur Odofredus in d. l. vnic. C quādò nō pet. partes. & Bartol'. in d. l. re conjuncti nu. 59. eam rationē attulit, nè contingeret quempiam pro parte teſtatum, pro parte inteſtatū decedere. l. jus noſtrum. de reg. juris. Sed Iaſon in d. l. vnic. C. quando non pet. partes. Accurſij rationem imperfectā arguit, ob id quod jus accreſcendi locū habeat, ſiuè ex teſtamento ſiuè ab inteſtato, ſiuè jure Civili, ſiuè Prætorio, ſivè ſtatuto, ſivè alio quopiam modo ſuccedatur, l. ſi duobus ff. de bon. poſſeſ. cont. tab. l. 1. C. quandò non pet. partes. ſivè ex contractu vel alia diſpoſitione quid deferatur, l. fundus ille ff. de cont. empt. dummodò id fiat eodē jure & non diverſo. l. ſi cum patrono ff. de bon poſſeſſ. Et licet Decius Accurſij conetur defendere ſententiam, eā ratione, quod venientes ab inteſtato videantur vocati ex tacita voluntate defuncti, l. ſi quis & l. conficiuntur. de jure codicillorum. Alciatus tamen, Paradox. lib. 4. cap. 8. negat regulam quæ de teſtamentis loquitur, produci poſſe ad cauſam inteſtati; Nam alioqui quælibet diſpoſitio de teſtamentis loquens, ad inteſtatos traheretur. quod nimis eſt novum & cum abſurditate conjunctū; propter naturalem pugnam quę eſt inter teſtatos & inteſtatos, quę non patitur conjunctionem repugnantiū qualitatum in eodem ſubjecto. Alij itaque rationem conſtituunt in conjunctione legati, quæ cadit inter venientes ab inteſtato. Ideoque jus accreſcendi locū habet vt putant. vel propter dictam regulam nè pro parte teſtatus pro parte inteſtatus quis moriatur. vel propter conjunctionem legalem. Sed hanc cōjunctionis legalis rationem improbat Franciſcus Ripa. in d. l. vnic. C. quandò nō pet. part. propterea quod in legatis, legalis conjunctio non inducat jus accreſcendi. l. & Proculo de legat. 2. Tertiò itaque Alciatus, d. c. 8. & Iohannes Coraſius, in l. teſtamento. C. de impub. & alijs ſubſtit. veram rationem arbitrantur in eo conſiſtere, quod abſurdum ſit partem hæreditatis amplecti, partem repudiare, l. 1. & 2. ff. de acquir. hęred. l. vnic. C. de caduc. tollendis. Sed hæc Alciati & Coraſij ratio nimis ſpecialis eſt, neque in contractibus, neque in legatis operatur. & præterea rē incertam relinquit, & explicatione indiget, cur non liceat portionem aliam quidem arripere, aliam vero repudiare. Quartò itaque Decius in d. l. vnica. C. quandò non pet partes. eam rationem tradit, quod hæres repręſentet perſonā defuncti, quodque fieri non poſſit, vt

pro parte repræſentetur,& pro parte nõ repræſentetur defunctus; quod fieret ſi jus accreſcendi ceſſaret. ſed hæc ratio æquè incerta eſt vt ſuperiores,nec omnibus diſpoſitionibus convenit.& prætereà etiam ceſſante jure accreſcendi, fieret repræſentatio in totum, cùm ille ad quem portio repudiata tranſiret ex ſucceſſorio edicto pro illa parte repræſentaret defunctum.l.ſi adultam.C. de hæredit. action. Quinto Baldus, in d. l.vni.§.in primo colum. f.C.de caduc. toll. in conjunctione ſeu vnione cauſam juris accreſcendi conſtituit. Sed Baldi ratio nimium reſtricta eſt, cùm etiam inter diſiunctos, in hæreditatib⁹ jus accreſcendi vigeat, prout etiam jus non decreſcendi in legatis locum habet,inter re tantum conjunctos,qui diſiuncti vocantur.Sexta ratio eſt Angeli Aretini in d.l.1.de acquiren. hæreditate.nè vna eademque hæreditas diverſo jure cenſeatur. Quod incertitudinem habet,& ijſdem vitijs laborat quibus aliorum interpp.rationes.Noviſſimè omiſſis omnibus alijs, poſt Hieronimũ Canguolam Hippolitus Riminaldus, d.l.vnica C.quandò nõ pet. partes.novam proponit, ſelectam (vt ipſe ait) ex verbis Bartoli.Quærit(inquit) Bartol⁹, cur aditio partis trahit ad ſe totum, repudiatio ſecùs. Et reſpondet, id quod eſt aliquid,poteſt augmentum recipere, quod verò nihil eſt ſecus. ſed adire hæreditatem pro parte eſt aliquid acquirére, ponitque aliquid in perſona acquirentis,ideoque trahit ad ſe totũ. Quæ (vt ait Hippolitus) vera eſt ratio juris accreſcendi.Sed errat, nec rem vti
14 oportet explicat. Vt igitur † veritatem rei cognoſcamus, conſiderandum eſt jus accreſcendi non ex vna, ſed ex diverſis cauſis procedere, pro diverſitate rerum,& diſpoſitionum, in quibus admittitur. In legatis enim, & alijs diſpoſitionibus,vel ex conjunctione, vel ex voluntate diſponentium inducitur. In hæreditatibus verò & ſucceſſionibus, ex potentia juris vniverſalis, quam habet ſucceſſio hæreditaria, ſivè ex teſtamẽto,ſivè ab inteſtato deferatur:hæreditas enim complectitur vniverſum jus defuncti,& non commoda tantùm,ſed & onera continet,l.nihil aliud de verb. ſignif.eſtque nomen juris, ſignificans vniverſitatem incorpoream, quæ vna compagine continetur & conſiſtit: ex ſimilibus tamen non admittit diverſas qualitates. Nam quemadmodum in ædibus, vel alia vniverſitate corporum, ſeparatis corporibus ex quibus ædes cõſtant,vniverſitas ædium intelligi non poteſt,l.eum qui ædes ff.de vſucap. Ità in vniverſitate incorporea,partiũ ſeparatio,aut difformitas cauſarũ,rumpit & diſſoluit compaginẽ & conſiderationẽ totius vniverſitatis; cujus ſubſtantia atque integritas non recipit neque admittit acceptionem vel conſiderationẽ partium ex diverſis cauſis. Ob quod meritò non poteſt quis pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus decedere, hoc eſt pro parte hæredem habere ex teſtamento,pro parte ab inteſtato: Quia † 15
indiviſibile jus quoad onera & commoda divideretur, & ejuſdem rei vniverſitas diverſo jure cenſeretur: quod vnitati & integritati vniverſitatis eſt contrarium.Neque obſtat quod plures hæredes inſtitui poſſunt,& ſinguli par-

tes hæreditatis aſſequi, tot. tit. ff. ſi pars hæred. pet. quià illi omnes tanquam vna perſona vniverſum jus defuncti amplectuntur vniformiter, l. cui fundus in f. ff. de condic. & demonſt. eo quod in qualitate, & ſimili jure conveniunt: exemplo ejus quod ſcribit Ariſtoteles, omnes particulares homines eſſe vnius loco: quià omnes qualitates humanæ naturæ, tanquam proximo & immediato accidenti conveniunt. Eodem enim modo, pluribus ſuccedentibus vniformiter ab inteſtato vel ex teſtamēto, neque ipſum jus ſcinditur, neq; pars hæreditatis acquiritur, pars verò repudiatur: Quoniam tota hæreditas, manente cōpagine & integritate vniverſitatis, nō vadit ad perſonas diverſiſſimo & toto genere ſuccedendi diſcreto ſeparatas, ſed ad eas quæ ſimilitudinem habent, eodem jure cenſentur, & eandē cauſam ſuccedendi habent. Quod ſec⁹ eſt ſi vnus ab inteſtato vel ex teſtamēto partem hæreditatis amplectatur, partem verò quam poteſt acquirere repudiet, l. 1. & 2. ff. De acqui hæred. vel ſi vnus partem ex teſtamento, alter ab inteſtato velit accipere. hic enim vniverſitatis ſeparatio, & cauſarum naturalis repugnantia, diſſoluit compaginem vniverſitatis, ejuſque ſubſtantiæ & integritati eſt contraria: ideoque naturali ratione non admittitur. maximè quià is qui tale quid attentat, repugnantiam admittit, ac proprię intentioni eſt contrarius; agit enim de acquiſitione hæreditatis id eſt vniverſitatis, quæ cauſarum ſeu qualitatum difformitatem & ſeparationem partium refugit, tanquā repugnantem naturæ atque integritati totius. d. l. eum qui ædes. Quæ vera eſt ratio & explicatio omnium quæ ab interpp. traduntur, de parte hæreditatis repudianda & amplectenda, de naturali pugnâ teſtati & inteſtati, de repræſentando defunctum pro parte & pro parte non, de non admittendo concurſu diverſarum qualitatum in eodem ſubjecto, Et indè pendet vera ratio, quarè jus accreſcendi locum habeat in hæreditatibus, etiam in diſiunctis & omninò ſeparatis. l. hęredes ſine partibus & l. liber homo. ff. de acqui. hæreditate. Quod ſecus eſt in legatis l. vnic. §. 1. C. de cadu. tollend. Hinc † quoque intelligitur, quarè portio hæreditatis deficiens, per jus accreſcendi deferatur inuito cohæredi. d. l. vnica §. is itaque. De caud. toll. ità quod non poſſit partem agnitam retinere, & partem deficientē in perſona cohæredis derelinquere. Quod ſecus eſt in legatis, in quibus invitis per jus accreſcendi nō acquiritur, d. l. vnica. §. vbi autem. quià in legatis eſt ſingularum rerum non vniverſitatis conſideratio, cujus ſubſtantia conjūctionem quandam, & compaginem partium ſeu ſubiectorum requirit. Ex eadem cauſa fit, quod in legatis & fideicommiſſis, non etiam in hæreditatibus, prohibere poſſit teſtator nè juri accreſcendi ſit locus, Bart. in d. l. vnica. C. quan. non pet. partes. l. ſi quis ità. ff. de hæred. inſtit. quià divideretur juris vniverſalis vnitas, & conjunctio. Nec † 17 deſunt aliarum vniverſitatum exempla, in quibus eluceſcit vis illa & connexitas juris vniverſalis: veluti in grege, in armento, in peculio legato, nam grege vel peculio legato, non licet res

16

quaſdam arripere, quaſdam aſpernari,
quià non plura ſed vnum eſt legatum,
18 l. grege legato ff. de legat. 2. Et licet †
legatorum fructus ad legatarium regu-
lariter non pertineāt ante moram hæ-
redis, l. 1. & 2. C. de fruct. legatorum.
fructus tamen vniverſitatis legatæ, ex
die mortis teſtatoris (quamuis in nulla
mora ſit) ad legatarium pertinent, vt
augmentum & pars rei legatæ, l. grege
de legat. 1. l. denique de peculio legato.
quomodò etiam vſufructu omnium
bonorum relicto, frūctus anteà percep-
ti, & penſiones atq; vſuræ decurſæ de-
bentur, licet in particulari legato aliud
ſervetur, l. vxori. ff. de vſuf. legato. Item
relicto omnium bonorum vſufructu, ſi
ex illis domus perierit, in area nihilo-
minus tenebitur vſusfructus, cùm è cō-
trario in vſufructu ſingularum rerum
ſublata domo vſusfructus etiam in area
depereat. l. vniverſorum bonorum ff.
19 de vſufructu. Rurſus † ſi ex mille juge-
ribus flumen ducenta abſtulerit, & po-
ſteà ducenta evincantur, duplæ ſtipula-
tio pro parte quinta, non pro quarta
præſtabitur. & ſi totus fundus quē flu-
men diminuerat evictus ſit, non dimi-
nuetur evictionis obligatio. l. ex nulla
de evictionibus. quia evicto toto fun-
do, integritas totius in conſideratione
eſt, nec aliqua habetur ratio partium.
20 Et † quod ad hæreditatis vniverſitatē
ejuſq; potentiam attinet, illud adijcie-
mus, indè contingere, quod licet alien⁹
ſervus à nobis bona fide poſſeſſus no-
bis acquirat §. 1. & 2. inſt. per quas per-
ſonas vobis acquiritur. per ſervum ta-
men hæreditarium, quamuis bona fide
poſſeſſum, non poſſumus acquirere id
quod hæreditatis eſt, aut ex re hæredita-
ria acquiritur, l. 1. §. veteres. ff. de ac-
quir. poſſeſſ. quià compago vniverſita-
tis, ad ſe trahit & includit tanquam par-
tem quidquid eſt hæreditatis, aut quid-
quid ex re hæreditaria naſcitur aut pro-
venit. Ità vt vis interna & inſeparabilis
rerum cōnexio impediat, quo minus
ſervus acquirere poſſit ei à quo bona
fide poſſidetur. Ex † eodem fonte eſt, 21
quod qui poteſt totam hæreditatē ac-
quirere, non poſſit partem adire atque
amplecti, partem verò derelinquere.
cum alijs ſexcentis ſimilibus quæ pa-
ſſim ſunt obuia, & explicari atquè in-
telligi poſſunt, ex hac juris vniverſalis
conſideratione atque potentia, nec nō
vniverſitatis & partium diſtinctione.
Et hæc de ratione juris accreſcendi in
hæreditatibus ſufficiant. In † legatis ve- 22
rò & fideicommiſſis jus accreſcendi in-
dùcitur ex voluntate diſponentiū, quæ
ex verborum ſignificatione, & conjū-
ctione rerum vel perſonarum intelli-
gitur. Conjuncti autem dicuntur qui
eodem ſermone vel alias ità in vnum
corpus rediguntur, vt vnius loco habe-
antur, & eſt conjunctio, rerum ac per-
ſonarum quædam connexio & vnitas.
At † coniunctorum triplex eſt conſi- 23
deratio, quidam enim re tantùm, quidā
verbis tantum, alij re & verbis conjun-
guntur. Re tantùm conjunctos appel-
lamus, quibus ſeparatim eadem res le-
gatur. Et hi diſiuncti à Iuſtiniano vo-
càntur, & non niſi concurſu partes fa-
ciunt, quaſi ab initio ſolidum ſingulis
ſit relictum. d. l. inde Neratius. Nec † 24
dici poteſt rem quæ primùm vni lega-
ta eſt, ſi legetur ſecundo, videri ademp-

tam

tam à primo.l. ſicut. ff. de adi. legatis. Et ità concurſu poſterioris non tantũ minui ſed prorſus tolli prioris legatũ; ſic enim interpretamur vt vtrumque legatum ſubſiſtat,& non niſi per concurſum in parte minuatur,l.ſi alij ff.de vſufr. legato. modo ſecundo ſub commemoratione prioris ademptiva non ſit relictum,aut aliter contrarium evidenter appareat. Alciat. in d.l. triplici.

25 Alij † ſunt conjuncti verbis tantum non etiam re, vt cum teſtator vna oratione & clauſula , factis portionibus, pluribus eandem rem relinquit, veluti Titio & Seio lego fundum æquis partibus; vel cum fit cõjunctio verbo collectivo,vt lego libertis meis vel fratribus,l.interdum ff.de hæredibꝰ inſtituendis l.qui quartam ad f. ff. de legat. 1.

26 Tertia † ſpecies eſt eorum qui re & verbis conjunguntur, id eſt quibus eadem converſione verborum eadem res legatur, vt Titio & Mevio fundum lego d.l. re conjuncti. & ibi Bartolus. & d.l.ſi eadem res. Et hæ tres ſpecies conjunctorum à I C. proponuntur in d.l. re conjuncti, & d. l. triplici.quamuis Iuſtinianus dupliciter rem definiat, & conjunctos appellet, qui vel verbis tãtùm,vel re & verbis conjunguntur,cęteros diſiunctos appellans.d.l. vnic. §.

27 his ità defunctis. Eſt † denique conjunctio legalis , quæ ex communione rei inducitur,veluti ſi communi ſervo aliquid legetur.Sed hec conjunctio debilior eſt cæteris,quià nec jus accreſcendi nec jus non decreſcendi inducit , l. & Proculo.ff.de legat. 2. niſi agatur de vſufructu,qui & conſtitutus & poſteà amiſſus nihilominus jus accreſcendi admittit.l.1.§.interdum ff. eod. Ideoq; ſi communi ſervo vſusfructus ſit relictus,& vtrique domino acquiſitus,altero repudiante, vel amittente vſumfructum,alter totum habebit l.1.§.deniq; ff. eod. Et ſi communi ſervo, & ſeparatim Titio vſusfructus legatus ſit, amiſſus ab altero ex ſocijs, non ad Titium ſed ad ſolum ſocium pertinebit, quaſi ſolum conjunctum. d.l. 1. § idem ait.

28 In † alijs conjunctionibus de quibus ſuprà dictum eſt,quæri ſolet an jus accreſcendi inducant, & quæ conjunctio alia ſit potior. & receptum eſt,conjunctos re & verbis propter duplicem vinculi potentiam cæteris præferri d.l. re conjuncti.& l.hujuſmodi §. quibus ità
de leg. 1. Sed † inter eos qui re aut ver- 29
bis tantùm conjunguntur quæſtio eſt vter alteri præferatur : Et licet multæ ſint ſententiæ,verius tamen videtur eũ qui verbis tantùm eſt conjunctus, præferri re conjuncto. Quià verbis conjũcti propriè conjunguntur, & propter vnitatem ſermonis ejuſdem loco habentur.Coraſ. in d. l. teſtamento. Re conjuncti,diſiuncti vocantur,d.l.1.§.ſi eidem.vers. diſiunctim. Ideoq; portio ejus qui re coniunctus eſt deficiens etiam verbis conjuncto accreſcit d. l. 1. §.ſi verò quid.quamuis ejꝰ portio deficiens re conjuncto nũquam accreſcat; l. hæredes ſine partibus ff. de hæred. inſtit.niſi extrinſecus appareat teſtatorem ità voluiſſe, aut re conjunctũ magis fuiſſe dilectum l.nemo fundi partẽ
ff. de legat. 2. Præterea † verbalis con- 30
junctionis potentiam plerique nõ admittunt in vſufructu, Loriot. in tractatu de conjunctis. & diſiunctis Tex. 33.

Digitized by Google

aſſerentes inter conjunctos verbis tantùm in vſufructu juri accreſcendi locū non eſſe, l. fin. §. ſi alias. & l. ſi duobus hæredibus, & l. inde Neratius. ff. eo Quia cum quilibet ſuas partes ſeparatas habet, pars deficiens vna cum perſona deficit §. finitur Inſt. de vſuf. & d. l. re conjuncti. Sed alij cōtra ſentiunt. Gloſ. Bart. & alij in d. l. triplici. & in d. l. hujuſmodi. §. quibus. quorum ſententia eſt receptior: Quià ſi in alijs rebus verbalis conjunctio jus accreſcendi habet, ratio non occurrit cur eam poteſtatē amittere debeat in vſufructu, in quo magis laxata ampliataque eſt juris accreſcendi natura, quam in vllo alio articulo. Nec mutat quod dicitur in d. l. 1. §. interdum. ſi duobus hæredibus inſtitutis, deducto vſufructu proprietas legetur, jus accreſcendi hæredes non habere, ſecundum Iuliani reſponſum, in d. l. fin. Non enim agitur in illo reſponſo de poteſtate conjunctionis realis aut verbalis (vt alij putaverunt) ſed de ſucceſſione hæreditaria, & virtute juris vniverſalis. Sed quanquam Iuliani reſponſum nō vrgeat, in d. l. finali. arbitror tamen communem ſententiam abſolutè ſimpliciterque in vſufructu non ſubſiſtere. quoniam licet verbalis conjunctio inducat jus accreſcendi in vſufructu, ab initio & ante partium diviſionem, poſt partes tamen ſemel acquiſitas, verbalis conjunctio ad inducendum jus accreſcendi nō valet in vſufructu: quoniam cùm quilibet ſuam partem ſeparatam habet, non ſolum ex diſpoſitione legis, & virtute verbalis conjunctionis, verumetiam agnitione & diviſione ac ſeparatione partium, verbalis conjunctio in totū evanuit, nullæque ſuperſunt illius reliquiæ quæ valere poſſunt ad inducendū jus accreſcendi. Ideoque portio quæſita cū perſona deficit, d §. finitur. Quod aliter ſe habet in reali coniunctione vel mixta, in vim cuius vnicuique tot' vſusfructus ab initio acquiritur, & non niſi concurſu partes faciunt, & concurrendo non dividunt nec ſcindunt ipſo jure jus perſonale, in ſolidum vnicuiq; acquiſitum, ſed duntaxat emolumentum & perceptionem, acquiritque vnuſquiſque tantum quantum ratio juris permittit, arg. l. ſi ſervus communis Titij de ſtip. ſervorum. manentibus reliquijs ſolidi vſusfructus vnicuique acquiſiti ab initio; quæ efficiunt vt cùm primum alter non inuenit alterum qui ſibi concurrat, ſolus vtatur in totum d. l. 1. §, interdum ff. eo. & quamdiu vel vnus vtitur vſusfructus dicatur in ſuo ſtatu manere. d. l. 1. §. ibidem ait ff. eo Ità vt in effectu ambulare quodammodò dicatur vſusfructus de vno ad aliū, propter remanentes in vnoquoque reliquias totius juris, ex vnitate rei ab initio inducti. Eaque eſt vera ratio quarè poſt quęſitas portiones in vſufructu jus accreſcendi admittatur, ex poteſtate realis coniunctionis. Et hoc caſu duntaxat locum habet ratio Celſi, dicentis toties jus accreſcēdi eſſe, ſcilicet poſt quęſitas portiones, quotiens à duobus qui in ſolidum habuerunt concurſu diviſus eſt. d. l. inde Neratius. Vlpianus enim Neratij & Celſi ſententiam refert in conſequentiam & ad declarationem præcedentis articuli, quo dictum fuit, conſtitutum & poſteà amiſſum vſumfructum

Digitized by Google

fructum nihilominus jus accreſcendi admittere. Quæ conſideratio & obſervatio aperit genuinam ſententiam reſponſorũ, quæ alioqui interpretationũ tenebris obſcurata, nec ſenſum congruum, nec idoneam ſignificationem habere videtur.

31 Prædictis † adjiciendũ eſt, quod quamuis vis coniunctionis verbalis aut realis, per ſe ſpectatis ſingulis ſatis nota ſit, cum ſimplicia certã propriamque naturam habeant, in commixtione tamen & confuſione vtriuſquè coniunctionis, id eſt quoties agitur de re & verbis ſimul conjunctis, ſæpè dubitatur de effectu, an videlicet inter conjunctos re & verbis ab initio partes fiant, an demũ per concurſum, id eſt an mixta coniunctio inducat jus accreſcendi, an jus non decreſcendi, vel quid aliud. In quo I C. ſibi conſtare non videntur, & ſunt diverſæ DD. ſententiæ. Quidam enim in mixta coniũctione ab initio partes fieri putãt, propter Vlpiani reſponſum, in d. l. planè §. ſi coniunctim de legat. 1. Alij contrà ſentiunt. Tandem Loriotus reſoluit, coniunctos re & verbis ex præſumpta teſtatoris voluntate ab initio partes habere. l. vtrum. vers. quaſi ff. de rebus dubijs. Quoniam lex ſicut in poſtliminio quod fuit nunquam fuiſſe fingit, ità hîc partes ex præſumpta teſtatoris mente nunquam fuiſſe factas fingit. Quod primo aſpectu probabilitatem habet: ſed veritatem nõ attingit. Quoniam IC. cuius authoritate nititur Loriotus, deſciſionem ſuam non conſtituit in eo quod poſthumus non concurrit, quod poſſet fieri etiam iam nato poſthumo, per omiſſionem vel repudiationem inducta caducitate, ſed in eo quod poſthumus non fuit natus, atque ità ab initio pro non ſcripto fuit habitus; ità quod non ſolùm non cõcurrat, ſed nec partem faciat ex diſpoſitione legis. Rectius itaque dicendum arbitror, in commixtione illorum ſimplicium, neque jus accreſcendi neque jus non decreſcendi per omnia vigere, ſed alterum ab altero debilitari & diminui, ſecundum propriam naturã & vim contrariarum qualitatum. non tamen in totum ſe mutuò impediunt aut elidunt, ſed diverſis reſpectibus, & ex diverſis cauſis, nunc juris accreſcendi nunc juris non decreſcendi poteſtas elucеſcit & operatur, prout incidunt propria media & accidentia ad vnum vel alterum adiuvandum conducentia. Quoniam vis conjunctionis realis vt plurimum portionum connexionẽ conſervat, & jus non decreſcendi ſuſtinet in deficientibus portionibus, propter naturalem portionum cohærentiã, quam verbalis coniunctio reſiſtente reali coniunctione non ſcindit d. l. vtrũ vers. quaſi. Verbalis verò coniunctio vim ſuam exercet in onere transferendo ab vna perſona in alteram, propter voluntatem teſtatoris, quæ ex verbali & perſonarum coniunctione colligitur, efficitque vt quamuis realis conjũctio operetur, in tutanda vnitate partium naturaliter cohærentium, donec concurſu dividantur. non tamen impediet conjecturam & interpretationẽ voluntatis, quæ ex coniunctione perſonarum inducitur. Nihilque † adverſatur quod Vlpianus ſcribit in l. planè. §. ſi coniunctim. Si coniunctim res le- 32

getur, ab initio partes fieri. quià enunciatum illud Vlpiani generale eſt, neq; neceſſario refertur ad mixtionem coniunctionis, ſed bona interpretatione ſiſti poteſt in coniunctione ſimplici, quæ partium diviſionem facit ab initio. Et quod Iauolenus reſpondit, in l. cùm fundus de condic. & demonſt. quotiens duobus eadem res ſub conditione legata eſt, diviſam in ſingulas perſonas videri conditionem, & ſingulos pro ſua parte, & conditioni parere, & legatum accipere poſſe, ſpecialem rationem & extrinſecā cauſam habet, propter conditionis & oneris diviſionem ex dinumeratione perſonarū adſcriptam, ex qua colligitur intentio teſtatoris, volentis diviſo onere, etiam dividi emolumentum legati, vt apertè indicant verba Iavoleni, ſic concepta: *Diviſa quoq; in ſingulas partes videri poteſt.* Quemadmodum in ſimili ſi vni cohæredum prælegatum factum ſit, cū alio re & verbis coniuncto, & vivo teſtatore hæres cui prælegatum illud factum eſt moriatur, collegatarius neque jus accreſcendi neque jus non decreſcendi habet, ſed ſua parte contentus eſſe debet. propterea quod portio hæreditatis eius qui defunctus eſt ad cohæredem pertinens, jure vniverſalis ſucceſſionis ad ſe trahit partem quæ erat in prælegato. l. Luci⁹. §. quisquis de legat. 2.

SVMMARIA.

1. *L. reſcriptum ff. de pactis, emendata & conciliata cùm l. ſi præcedente §. Lucius ff. mand. & 5. 6. 8.*
2. *Iudices vel arbitri niſi omnes præſentes ſint non rectè iudicant.*
3. *Creditor abſens pactionem à maiori numero creditorum cum debitore initam ſequi debet.*
5. *An idem obtineat in privilegiatis creditoribus.*
6. *Exceptio debitori competens, quando fideiuſſori non proſit.*
7. *Proclamare quid ſignificet.*

CAPVT DECIMVM-QVINTVM.

1 RESCRIPTUM † divi Marci in l. reſcriptum ff. de pactis. ſic loquitur, quaſi omnes creditores debeant convenire. Vndè quæritur ſi quidam abſentes ſint, an exemplum præſentium ſequi debeant, id eſt, an abſentibus præſentium conventio preiudicet. Exemplum enim (inquit Valla) eſt res ipſa quam imitamur, aut ſi fors ità tulerit devitamus. Et † videri poterat abſentibus non præiudicari: quià 2
ex reſcipto omnium præſentia deſiderari videtur, exemplo arbitrij atq; judicij, in quo omniùm qui judicare debēt præſentia requiritur, ob id quod abſentis perſuaſio ſi præſens fuiſſet, potuiſſet alios trahere in ſuam ſententiam. l. ſi. tres ff. de arbitr. Sed quanquam ità ſervetur

vetur in judicijs & arbitrijs, propter maiorem juſtitiæ ſinceritatem, & longiora ſpatia quæ arbitris judicibuſque
3 ſuperſunt, aliud † tamen obtinuit in creditoribus paciſcentibus cum hærede debitoris, ante aditam hæreditatem, alijſque caſibus ſimilibus: Nam vocari quidem omnes debent, quià omniũ intereſt, l. de vnoquoque ff. de judicijs ſed omnium præſentia non eſt neceſſaria, nè inter moras expectationis, deperear occaſio conſervandi debiti. Vndè pactum quo portionem crediti remittunt creditores, non modò præſentib', verumetiam abſentibus, vocatis tamẽ, nocet, ex virtute decreti à Prætore in-
4 terpoſiti. Quod † & Vlpianus ſubindicat, in l. reſcriptum de pactis. dùm quærit an privilegiarijs abſentibus hæc pactio noceat, præſi ppoñendo eam nocere abſentibus non privilegiaris, in verbis, *Si modo valet pactio & contra abſentes*, id eſt, etiam contra abſentes, nã copula & à Quintiliani temporib' pro
5 etiam vſurpari cœpit. Sed † in privilegiarijs abſentibus, hæret ſubſiſtitque quodammodò Vlp. *Et repeto* (inquit) *antè formam à Marco datam D. Pium ſcripſiſſe, fiſcum quoq; in ijs caſibus in quibus hipotecas non habeat, & cæteros privilegiarios exemplum creditorum ſequi oportere*. Quibus verbis Vlpianus, quãvis ab initio hęrere & dubitare videatur, ſignificat tamen privilegium quoque auferri abſentibus, & privilegijs præiudicari. Quod Paulus negare videtur in l. ſi præcedente §. Luci' ff. mandati. *Lucius Titius creditori ſuo mandatorẽ dedit, deindè defuncto debitore, maiore parte creditorum conſentiente à Prætore decretum eſt, vt portionem a debitore creditores ferant, abſente eo creditore apud quem mandator extiterat, quæro ſi mandator conveniatur, an eandem exceptionem habeat quam heres. Reſpondi ſi præſens apud Prætorem ipſe quoque conſenſiſſet pactus videtur* (ſeu vt rectius in manuſcripto legitur) *pactus videretur ex juſta cauſa, eaq; exceptio & mandatori & fideiuſſori danda. ſed cùm proponas eum abfuiſſe, iniquum eſt ei auferri electionem, ſicut pignus aut privilegium, qui potuit præſens id ipſum proclamare, nec deſiderare decretum Prætoris. Nec enim ſi quis dixerit creditorem ſubmovendum hæredi cõſulitur, ſed mandatori & fideiuſſori, quibus mandati judicio eandem partem præſtaturus eſt*. Quibus verbis manifeſtè abſenti creditori conſervatur ſua electio, & privilegium quod Vlpianus negat. hîc in d. l. reſcriptũ. Et præterea ratio Pauli ſignificare videtur, in d. §. Lucius. heredẽ debitoris mandati judicio cogi poſſe, vt mandatori ſeu fideiuſſori reſtituat quod ex fideiuſſione vel mandato ab illis creditori ſolutum eſt. Accurſius & alij vt difficultatem tollant, in Pauli reſponſo gratioſum pactum fuiſſe putãt, quo totum debitum fuit remiſſum. apud Vlpianum vero partem debiti tantum fuiſſe remiſſam ad vtilitatem creditorum, vt quod reliquum eſt conſervarent. Sed hęc diſtinctio apertis verbis Pauli d. §. Lucius. conuellitur, dum exprimitur, à Prætore decretum eſſe, vt portionem à debitore creditores ferãt, quod partis remiſſionem ſignificat, & ſpeciem ſeu quæſtionem Pauli & Vlpiani eandem conſtituit. Vnde noviſſimè Iacobus Cuiatius ab Accurſij &

aliorum ſententia reſiliens, fatetur reſponſa eſſe contraria,& Vlpianum retuliſſe reſcriptum D. Pij, quod Paulus vel ignoravit vel nō animaduertit. Sed illuſtrius fuit Pauli ingenium quam vt huiuſmodi erratum committeret, reſponſumque daret pugnans aut contrarium Vlpiani reſponſo. Et ſi rectè advertamus, nulla eſt reſponſorum differentia aut repugnantia, quæ diverſitate circumſtantiarum non poſſit tolli. Nā quod Vlpianus reſpondit, abſentē creditorem qui pignus non habet amittere privilegium, etiam Paulus admittit,
6 in d.§.Luci⁹.Sed † reſtringit, vt amiſſio privilegij duntaxat locum habeat inter creditorem & debitorem ſeu hæredem eius. quod evidenter apparet ex verbis Pauli, dum quærit: *Si mandator conveniatur an eandem exceptionem habeat quam hæres debitoris?* Quibus verbis præſupponitur, exceptionem pacti prodeſſe hæredi, adverſus creditorem qui abſens fuit; ità vt creditor ab eo vltra portionem conventam exigere nequeàt; ſed negat Paulus pacti exceptionē porrigi ad mandatorem ſeu fideiuſſorem debitoris: Quoniam iniquum eſt (inquit Paulus) abſenti creditori auferri electionem, an videlicet partem debiti ab hęrede debitoris ſecūdum conventionem petat, an verò mandatorem ſeu fideiuſſorem in ſolidum conveniat; quoniam pactum eſt perſonale, & ſoli hæredi prodeſt, reſpectu creditoris abſentis, qui ſi pręſens fuiſſet idipſū proclamare potuiſſet, id eſt declarare & proteſtari, quod quamuis decreto Prætoris conſentiret in remittenda debitori parte, quod nihilominus vellet jus ſuum conſervare adverſus fideiuſſorē. Quod indicant verba Pauli, *Potuit præſens id ipſum proclamare.* Proclamare † 7
enim ſignificat palam dicere, vociferari ac proteſtari. Cicero in Verrina 2. *Adſunt* (inquit) *defendunt, fidem tuam quæ nuſquam erat nec vnquam fuit proclamant, &c.* Ex † quibus intelligitur 8
privilegiarios creditores in parte debiti non remiſsâ, ità demum privilegium conſervare, ſi id tempore decreti Pretori declaraverint & proclamarint. Neq; verum eſt (quamuis plerique ità putēt) hæredem mādati judicio cogi reſtituere fideiuſſori totum hoc quod creditori ſoluit, neque Paul⁹ id probat, ſed oppoſitum, quippe quod mandatori ſeu fideiuſſori, etiamſi integrum debitum ſoluat creditori, hæres debitoris non teneatur ſoluere amplius quam eam partem quæ ex decreto Prętoris creditori danda erat. quià & mandator, & fideiuſſor reſpectu debitoris in creditorū numero ſunt, & exemplum aliorum creditorum ſequi coguntur. Id quod manifeſtius erit, ſi comma ponatur vel ſubaudiatur apud Paulum, poſt verba *Nec enim*, vel potius ſequentia verba (*ſi quis dixerit creditorem ſubmovendum*) parentheſi includantur, ità legendo: *Nec enim (ſi quis dixerit creditorem ſubmovendum) hæredi conſulitur, ſed mandatori & fideiuſſori, quibus mandati iudicio eandem partem præſtaturus eſt*, id eſt mādati judicio à fideiuſſore vel mandatore conventus, liberabitur præſtando eandem partem quæ ex decreto Prætoris creditoribus danda eſt: quia mandator & fideiuſſor agēdo mandati, creditorum perſonam ſuſtinent, ideoque

parem

parem legem cum reliquis creditorib⁹ ferre debent. adeò vt ſi exceptio debitori hærediuè ejus competens, porrigeretur ad mandatorem ſeu fideiuſſorē, ipſe mandator ſeu fideiuſſor relevaretur, non etiam debitor aut hæres eius, qui tutus eſt adverſus omnes exceptione pacti quod cum creditoribus celebratum eſt. Quomodo manifeſtum eſt Pauli reſponſum, & Paulus cum Vlpiano conſentire intelligitur, ceſſantque & removentur maximi fluctus ineptarum interpretationum.

SVMMARIA.

1. *Obligatione principali pacto ſublata, etiam pœna promiſſio extinguitur & 1.4.*
2. *L. non exigimus ff. ſi quis cautionibus. emendata & explicata.*
3. *Condictio furtiua non tollitur, etiamſi ſuper actione furti tranſactum ſit.*
5. *Proteſtatio conſervat ius proteſtantis.*

CAPVT DECIMVM-SEXTVM.

1 GEnerale eſt, ſublata principali obligatione ob quam pœnæ promiſſio facta eſt, tolli & pœnæ perſequutionem, tum ratione acceſſionis & conſequentiæ, tùm etiam quià pœnæ ſtipulatio loco eius quod intereſt adijcitur, l. cum principalis in princ. & ibi Decius. ff. De reg. jur. §. fin. inſtit. De verb. obligat. quod ceſſat ſublata principali obligatione. & in tranſactione facta ſuper principali negotio, cēſetur etiam tranſactum ſuper pœna, ità vt tranſactio rei principalis impediat committi ſtipulationem pœnæ. Et hoc eſt quod Vlpianus ſcribit in l. non exigimus ff ſi quis cautionibus. *Non exigimus reum iudicio ſiſti, ſi negotium propter quod iudicio ſiſti promiſit, fuerit tranſactum, ſed hoc ità inquit, ſi non prius id negotium tranſactum ſit quam ſiſti oportet.* ſic enim legitur in libris Florentinis, ſed malè, quià ſequentia indicant orationem debere eſſe affirmativam non negativam. ideoque paulo rectius legitur in communibus libris, *Sed hoc ità ſi modo prius id negotium tranſactum fuerit.* Cæterum communis lectio mēdum quoque habere videtur in dictione reſtrictiua *modo* quę abundat, vt ex orationis contextu intelligitur, maximè propter verba reſtrictiva præcedētia *ſed hoc ità* ideoque expungenda eſt, reponendumque eſt ex antiquis manuſcriptis Pandectis. *Sed hoc ità ſi prius id negotium tranſactum ſit quam ſiſti oporteret.* quod dubitationem non habet, quià tranſacto negotio antequam ſiſti oporteat, pœna committi non poteſt, quià adverſarij non intereſt poſt tranſactionem negotij, ſivè promiſſor ſe iudicio ſiſtat, ſiuè non. Cæterùm ſi poſteà tranſactum eſt quam ſiſti oportuit, plus dubitationis eſt: nam tunc ante trāſactionem pœnę obligatio cō-

Digitized by Google

pro parte repræſentetur, & pro parte nõ repræſentetur defunctus; quod fieret ſi jus accreſcendi ceſſaret. ſed hæc ratio æquè incerta eſt vt ſuperiores, nec omnibus diſpoſitionibus convenit. & prætereà etiam ceſſante jure accreſcendi, fieret repræſentatio in totum, cùm ille ad quem portio repudiata tranſiret, ex ſucceſſorio edicto pro illa parte repræſentaret defunctum. l. ſi adultam. C. de hæredit. action. Quinto Baldus, in d. l. vni. §. in primo colum. f. C. de caduc. toll. in conjunctione ſeu vnione cauſam juris accreſcendi conſtituit. Sed Baldi ratio nimium reſtricta eſt, cùm etiam inter diſiunctos, in hæreditatib' jus accreſcendi vigeat, prout etiam jus non decreſcendi in legatis locum habet, inter re tantum conjunctos, qui diſiuncti vocantur. Sexta ratio eſt Angeli Aretini in d. l. 1. de acquiren. hæreditate. nè vna eademque hæreditas diverſo jure cenſeatur. Quod incertitudinem habet, & iiſdem vitijs laborat quibus aliorum interpp. rationes. Noviſſimè omiſſis omnibus alijs, poſt Hieronimũ Canguolam Hippolitus Riminaldus, d. l. vnica C. quandò nõ pet. partes. novam proponit, ſelectam (vt ipſe ait) ex verbis Bartoli. Quærit (inquit) Bartol', cur aditio partis trahit ad ſe totum, repudiatio ſecùs. Et reſpondet, id quód eſt aliquid, poteſt augmentum recipere, quod verò nihil eſt ſecus. ſed adire hæreditatem pro parte eſt aliquid acquirére, ponitque aliquid in perſona acquirentis, ideoque trahit ad ſe totũ. Quæ (vt ait Hippolitus) vera eſt ratio juris accreſcendi. Sed errat, nec rem vti
14 oportet explicat. Vt igitur † veritatem rei cognoſcamus, conſiderandum eſt jus accreſcendi non ex vna, ſed ex diverſis cauſis procedere, pro diverſitate rerum, & diſpoſitionum, in quibus admittitur. In legatis enim, & alijs diſpoſitionibus, vel ex conjunctione, vel ex voluntate diſponentium inducitur. In hæreditatibus verò & ſucceſſionibus, ex potentia juris vniverſalis, quam habet ſucceſſio hæreditaria, ſivè ex teſtamẽto, ſivè ab inteſtato deferatur: hæreditas enim complectitur vniverſum jus defuncti, & non commoda tantùm, ſed & onera continet, l. nihil aliud de verb. ſignif. eſtque nomen juris, ſignificans vniverſitatem incorpoream, quæ vna compagine continetur & conſiſtit: ex ſimilibus tamen non admittit diverſas qualitates: Nam quemadmodum in ædibus, vel alia vniverſitate corporum, ſeparatis corporibus ex quibus ædes cõſtant, vniverſitas ædium intelligi non poteſt, l. eum qui ædes ff. de vſucap. Ità in vniverſitate incorporea, partiũ ſeparatio, aut diſformitas cauſarũ, rumpit & diſſoluit compaginẽ & conſideratione̅ totius vniverſitatis; cujus ſubſtantia atque integritas non recipit neque admittit acceptionem vel conſideratione̅ partium ex diverſis cauſis. Ob quod meritò non poteſt quis pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus decedere, hoc eſt pro parte hæredem habere ex teſtamento, pro parte ab inteſtato: Quia † 15
indiviſibile jus quoad onera & commoda divideretur, & ejuſdem rei vniverſitas diverſo jure cenſeretur: quod vnitati & integritati vniverſitatis eſt contrarium. Neque obſtat quod plures hæredes inſtitui poſſunt, & ſinguli par-

tes hæreditatis aſſequi, tot. tit. ff. ſi pars hæred. pet. quià illi omnes tanquam vna perſona vniverſum jus defuncti amplectuntur vniformiter, l. cui fundus in f. ff. de condic. & demonſt. eo quod in qualitate, & ſimili jure conveniunt: exemplo ejus quod ſcribit Ariſtoteles, omnes particulares homines eſſe vnius loco: quià omnes qualitates humanæ naturæ, tanquam proximo & immediato accidenti conveniunt. Eodem enim modo, pluribus ſuccedentibus vniformiter ab inteſtato vel ex teſtamẽto, neque ipſum jus ſcinditur, neq; pars hæreditatis acquiritur, pars verò repudiatur: Quoniam tota hæreditas, manente cõpagine & integritate vniverſitatis, nõ vadit ad perſonas diverſiſſimo & toto genere ſuccedendi diſcreto ſeparatas, ſed ad eas quæ ſimilitudinem habent, eodem jure cenſentur, & eandẽ cauſam ſuccedendi habent. Quod ſec⁹ eſt ſi vnus ab inteſtato vel ex teſtamẽto partem hæreditatis amplectatur, partem verò quam poteſt acquirere repudiet, l. 1. & 2. ff. De acqui hæred. vel ſi vnus partem ex teſtamento, alter ab inteſtato velit accipere. hic enim vniverſitatis ſeparatio, & cauſarum naturalis repugnantia, diſſoluit compaginem vniverſitatis, ejuſque ſubſtantiæ & integritati eſt contraria: ideoque naturali ratione non admittitur. maximè quià is qui tale quid attentat, repugnantiam admittit, ac propriȩ intentioni eſt contrarius; agit enim de acquiſitione hæreditatis id eſt vniverſitatis, quæ cauſarum ſeu qualitatum difformitatem & ſeparationem partium refugit, tanquã repugnantem naturæ atque integritati totius. d. l. eum qui ædes. Quæ vera eſt ratio & explicatio omnium quæ ab interpp. traduntur, de parte hæreditatis repudianda & amplectenda, de naturali pugnâ teſtati & inteſtati, de repræſentando defunctum pro parte & pro parte non, de non admittendo concurſu diverſarum qualitatum in eodem ſubjecto, Et indè pendet vera ratio, quarè jus accreſcendi locum habeat in hæreditatibus, etiam in diſiunctis & omninò ſeparatis. l. hȩredes ſine partibus & l. liber homo. ff. de acqui. hæreditate. Quod ſecus eſt in legatis l. vnic. §. 1. C. de cadu. tollend. Hinc † quoque intel- 16
ligitur, quarè portio hæreditatis deficiens, per jus accreſcendi deferatur inuito cohæredi. d. l. vnica §. is itaque. De caud. toll. ità quod non poſſit partem agnitam retinere, & partem deficientẽ in perſona cohæredis derelinquere. Quod ſecus eſt in legatis, in quibus invitis per jus accreſcendi nõ acquiritur, d l. vnica. §. vbi autem. quià in legatis eſt ſingularum rerum non vniverſitatis conſideratio, cujus ſubſtantia conjũctionem quandam, & compaginem partium ſeu ſubiectorum requirit. Ex eadem cauſa fit, quod in legatis & fideicommiſſis, non etiam in hæreditatibus, prohibere poſſit teſtator nè juri accreſcendi ſit locus, Bart. in d. l. vnica. C. quan. non pet. partes. l. ſi quis ità. ff. de hæred. inſtit. quià divideretur juris vniverſalis vnitas, & conjunctio. Nec † 17
deſunt aliarum vniverſitatum exempla, in quibus eluceſcit vis illa & connexitas juris vniverſalis: veluti in grege, in armento, in peculio legato, nam grege vel peculio legato, non licet res

quaſdam arripere, quaſdam aſpernari, quià non plura ſed vnum eſt legatum,
18 l. grege legato ff. de legat. 2. Et licet † legatorum fructus ad legatarium regulariter non pertineāt ante moram hæredis, l. 1. & 2. C. de fruct. legatorum. fructus tamen vniverſitatis legatæ, ex die mortis teſtatoris (quamuis in nulla mora ſit) ad legatarium pertinent, vt augmentum & pars rei legatæ, l. grege de legat. 1. l. denique de peculio legato. quomodò etiam vſufructu omnium bonorum relicto, fructus anteà percepti, & penſiones atq; vſuræ decurſæ debentur, licet in particulari legato aliud ſervetur, l. vxori. ff. de vſuf. legato. Item relicto omnium bonorum vſufructu, ſi ex illis domus perierit, in area nihilominus tenebitur vſusfructus, cùm è cõtrario in vſufructu ſingularum rerum ſublata domo vſusfructus etiam in area depereat, l. vniverſorum bonorum ff.
19 de vſufructu. Rurſus † ſi ex mille jugeribus flumen ducenta abſtulerit, & poſteà ducenta evincantur, duplæ ſtipulatio pro parte quinta, non pro quarta præſtabitur. & ſi totus fundus quē flumen diminuerat evictus ſit, non diminuetur evictionis obligatio. l. ex nulla de evictionibus. quia evicto toto fundo, integritas totius in conſideratione eſt, nec aliqua habetur ratio partium.
20 Et † quod ad hæreditatis vniverſitatē ejuſq; potentiam attinet, illud adijciemus, indè contingere, quod licet alien⁹ ſervus à nobis bona fide poſſeſſus nobis acquirat §. 1. & 2. inſt. per quas perſonas vobis acquiritur. per ſervum tamen hæreditarium, quamuis bona fide poſſeſſum, non poſſumus acquirere id quod hæreditatis eſt, aut ex re hæreditaria acquiritur, l. 1. §. veteres. ff. de acquir. poſſeſſ. quià compago vniverſitatis, ad ſe trahit & includit tanquam partem quidquid eſt hæreditatis, aut quidquid ex re hæreditaria naſcitur aut provenit. Ità vt vis interna & inſeparabilis rerum connexio impediat, quo minus ſervus acquirere poſſit ei à quo bona fide poſſidetur. Ex † eodem fonte eſt, 21
quod qui poteſt totam hæreditatē acquirere, non poſſit partem adire atque amplecti, partem verò derelinquere. cum alijs ſexcentis ſimilibus quæ paſſim ſunt obuia, & explicari atquè intelligi poſſunt, ex hac juris vniverſalis conſideratione atque potentia, nec nō vniverſitatis & partium diſtinctione. Et hæc de ratione juris accreſcendi in hæreditatibus ſufficiant. In † legatis ve- 22
rò & fideicommiſſis jus accreſcendi inducitur ex voluntate diſponentiū, quæ ex verborum ſignificatione, & conjūctione rerum vel perſonarum intelligitur. Conjuncti autem dicuntur qui eodem ſermone vel alias ità in vnum corpus rediguntur, vt vnius loco habeantur, & eſt conjunctio, rerum ac perſonarum quædam connexio & vnitas. At † coniunctorum triplex eſt conſi- 23
deratio, quidam enim re tantùm, quidā verbis tantum, alij re & verbis conjunguntur. Re tantùm conjunctos appellamus, quibus ſeparatim eadem res legatur. Et hi diſiuncti à Iuſtiniano vocantur, & non niſi concurſu partes faciunt, quaſi ab initio ſolidum ſingulis ſit relictum. d. l. inde Neratius. Nec † 24
dici poteſt rem quæ primùm vni legata eſt, ſi legetur ſecundo, videri ademp-

tam

tam à primo.l. ſicut. ff. de adi. legatis.
Et ità concurſu poſterioris non tantũ
minui ſed prorſus tolli prioris legatũ;
ſic enim interpretantur vt vtrumque
legatum ſubſiſtat,& non niſi per con-
curſum in parte minuatur,l.ſi alij ff.de
vſufr. legato. modo ſecundo ſub com-
memoratione prioris ademptiva non
ſit relictum,aut aliter contrarium evi-
denter appareat. Alciat. in d. l. triplici.
25 Alij † ſunt conjuncti verbis tantum
non etiam re, vt cum teſtator vna ora-
tione & clauſula , factis portionibus,
pluribus eandem rem relinquit, veluti
Titio & Seio lego fundum æquis par-
tibus; vel cum ſit cõjunctio verbo col-
lectivo,vt lego libertis meis vel fratri-
bus,l.interdum ff.de hæredib' inſtitu-
endis l.qui quartam ad f. ff. de legat. 1.
26 Tertia † ſpecies eſt eorum qui re &
verbis conjunguntur, id eſt quibus ea-
dem converſione verborum eadem res
legatur, vt Titio & Mevio fundum le-
go d.l. re conjuncti. & ibi Bartolus. &
d.l.ſi eadem res. Et hæ tres ſpecies con-
junctorum à I C. proponuntur in d.l.
re conjuncti, & d. l. triplici.quamuis
Iuſtinianus dupliciter rem definiat, &
conjunctos appellet, qui vel verbis tã-
tùm,vel re & verbis conjunguntur,cę-
teros diſiunctos appellans.d.l. vnic. §.
27 his ità defunctis. Eſt† denique conjun-
ctio legalis , quæ ex communione rei
inducitur,veluti ſi communi ſervo ali-
quid legetur.Sed hec conjunctio debi-
lior eſt cæteris,quià nec jus accreſcendi
nec jus non decreſcendi inducit , l. &
Proculo.ff.de legat. 2. niſi agatur de v-
ſufructu,qui & conſtitutus & poſteà a-
miſſus nihilominus jus accreſcendi
admittit.l.1 §.interdum ff. eod. Ideoq;
ſi communi ſervo vſusfructus ſit reli-
ctus,& vtrique domino acquiſitus,alte-
ro repudiante, vel amittente vſumfru-
ctum,alter totum habebit l.1.§.deniq;
ff. eod. Et ſi communi ſervo, & ſepara-
tim Titio vſusfructus legatus ſit, ami-
ſſus ab altero ex ſocijs, non ad Titium
ſed ad ſolum ſocium pertinebit, quaſi
ſolum conjunctum. d. l. 1. § idem ait.
In † alijs conjunctionibus de quibus 28
ſuprà dictum eſt,quæri ſolet an jus ac-
creſcendi inducant, & quæ conjunctio
alia ſit potior. & receptum eſt,conjun-
ctos re & verbis propter duplicem vin-
culi potentiam cæteris præferri d. l. re
conjuncti.& l.hujuſmodi §. quibus ità
de leg. 1. Sed † inter eos qui re aut ver- 29
bis tantùm conjunguntur quæſtio eſt
vter alteri præferatur : Et licet multæ
ſint ſententiæ,verius tamen videtur eũ
qui verbis tantùm eſt conjunctus, præ-
ferri re conjuncto. Quià verbis conjũ-
cti propriè conjunguntur, & propter
vnitatem ſermonis ejuſdem loco ha-
bentur.Coraſ. in d. l. teſtamento. Re
conjuncti,diſiuncti vocantur,d.l.1.§.ſi
eidem.vers. diſiunctim. Ideoq; portio
ejus qui re coniunctus eſt deficiens e-
tiam verbis conjuncto accreſcit d. l. 1.
§.ſi verò quid.quamuis ej' portio defi-
ciens re conjuncto nũquam accreſcat,
l. hæredes ſine partibus ff. de hæred.
inſtit.niſi extrinſecus appareat teſtato-
rem ità voluiſſe, aut re conjunctũ ma-
gis fuiſſe dilectum l.nemo fundi partẽ
ff. de legat. 2. Præterea † verbalis con- 30
junctionis potentiam plerique nõ ad-
mittunt in vſufructu,Loriot. in tracta-
tu de conjunctis. & diſiunctis Tex. 33.

P P

aſſerentes inter conjunctos verbis tantùm in vſufructu juri accreſcendi locū non eſſe, l. fin. §. ſi alias. & l. ſi duobus hæredibus, & l. inde Neratius. ff. co Quia cùm quilibet ſuas partes ſeparatas habet, pars deficiens vna cum perſona deficit §. finitur Inſt. de vſuf. & d. l. re conjuncti. Sed alij cōtra ſentiunt. Gloſ. Bart. & alij in d. l. triplici. & in d. l. hujuſmodi. §. quibus. quorum ſententia eſt receptior: Quià ſi in alijs rebus verbalis conjunctio jus accreſcendi habet, ratio non occurrit cur eam poteſtatē amittere debeat in vſufructu, in quo magis laxata ampliataque eſt juris accreſcendi natura, quam in vllo alio articulo. Nec mutat quod dicitur in d. l. 1. §. interdum. ſi duobus hæredibus inſtitutis, deducto vſufructu proprietas legetur, jus accreſcendi hæredes non habere, ſecundum Iuliani reſponſum, in d. l. fin. Non enim agitur in illo reſponſo de poteſtate conjunctionis realis aut verbalis (vt alij putaverunt) ſed de ſucceſſione hæreditaria, & virtute juris vniverſalis. Sed quanquam Iuliani reſponſum nō vrgeat, in d. l. finali. arbitror tamen communem ſententiam abſolutè ſimpliciterque in vſufructu non ſubſiſtere. quoniam licet verbalis conjunctio inducat jus accreſcendi in vſufructu, ab initio & ante partium diviſionem, poſt partes tamen ſemel acquiſitas, verbalis conjunctio ad inducendum jus accreſcendi nō valet in vſufructu: quoniam cùm quilibet ſuam partem ſeparatam habet, non ſolum ex diſpoſitione legis, & virtute verbalis conjunctionis, verumetiam agnitione & diviſione ac ſeparatione partium, verbalis conjunctio in totū evanuit, nullæque ſuperſunt illius reliquiæ quæ valere poſſunt ad inducendū jus accreſcendi. Ideoque portio quæſita cū perſona deficit, d §. finitur. Quod aliter ſe habet in reali coniunctione vel mixta, in vim cuius vnicuique tot' vſusfructus ab initio acquiritur, & non niſi concurſu partes faciunt, & concurrendo non dividunt nec ſcindunt ipſo jure jus perſonale, in ſolidum vnicuiq; acquiſitum, ſed duntaxat emolumentum & perceptionem, acquiritque vnuſquiſque tantum quantum ratio juris permittit, arg. l. ſi ſervus communis Titij de ſtip. ſervorum. manentibus reliquijs ſolidi vſusfructus vnicuique acquiſiti ab initio; quæ efficiunt vt cùm primum alter non inuenit alterum qui ſibi concurrat, ſolus vtatur in totum d. l. 1. §, interdum ff. eo. & quamdiu vel vnus vtitur vſusfructus dicatur in ſuo ſtatu manere. d. l. 1. §. ibidem ait ff. eo Ità vt in effectu ambulare quodammodò dicatur vſusfructus de vno ad aliū, propter remanentes in vnoquoque reliquias totius juris, ex vnitate rei ab initio inducti. Eaque eſt vera ratio quarè poſt quęſitas portiones in vſufructu jus accreſcendi admittatur, ex poteſtate realis coniunctionis. Et hoc caſu duntaxat locum habet ratio Celſi, dicentis toties jus accreſcēdi eſſe, ſcilicet poſt quęſitas portiones, quotiens à duobus qui in ſolidum habuerunt concurſu diviſus eſt. d. l. inde Neratius. Vlpianus enim Neratij & Celſi ſententiam refert in conſequentiam & ad declarationem præcedentis articuli, quo dictum fuit, conſtitutum & poſteà amiſſum vſumfructum

fructum nihilominus jus accreſcendi admittere. Quæ conſideratio & obſervatio aperit genuinam ſententiam reſponſorũ, quæ alioqui interpretationũ tenebris obſcurata, nec ſenſum congruum, nec idoneam ſignificationem
31 habere videtur. Prædictis † adijciendũ eſt, quod quamuis vis coniunctionis verbalis aut realis, per ſe ſpectatis ſingulis ſatis nota ſit, cum ſimplicia certã propriamque naturam habeant, in commixtione tamen & confuſione vtriuſquè coniunctionis, id eſt quoties agitur de re & verbis ſimul conjunctis, ſæpè dubitatur de effectu, an videlicet inter conjunctos re & verbis ab initio partes fiant, an demũ per concurſum, id eſt an mixta coniunctio inducat jus accreſcendi, an jus non decreſcendi, vel quid aliud. In quo I C. ſibi conſtare non videntur, & ſunt diverſæ DD. ſententiæ. Quidam enim in mixta coniũctione ab initio partes fieri putãt, propter Vlpiani reſponſum, in d. l. planè §. ſi coniunctim de legat. 1. Alij contrà ſentiunt. Tandem Loriotus reſoluit, coniunctos re & verbis ex præſumpta teſtatoris voluntate ab initio partes habere. l. vtrum. vers. quaſi ff. de rebus dubijs. Quoniam lex ſicut in poſtliminio quod fuit nunquam fuiſſe fingit, ità hîc partes ex præſumpta teſtatoris mente nunquam fuiſſe factas fingit. Quod primo aſpectu probabilitatem habet: ſed veritatem nõ attingit. Quoniam IC. cuius authoritate nititur Loriotus, deſciſionem ſuam non conſtituit in eo quod poſthumus non concurrit, quod poſſet fieri etiam iam nato poſthumo, per omiſſionem vel repudiationem inducta caducitate, ſed in eo quod poſthumus non fuit natus, atque ità ab initio pro non ſcripto fuit habitus; ità quod non ſolùm non cõcurrat, ſed nec partem faciat ex diſpoſitione legis. Rectius itaque dicendum arbitror, in commixtione illorum ſimplicium, neque jus accreſcendi neque jus non decreſcendi per omnia vigere, ſed alterum ab altero debilitari & diminui, ſecundum propriam naturã & vim contrariarum qualitatum. non tamen in totum ſe mutuò impediunt aut elidunt, ſed diverſis reſpectibus, & ex diverſis cauſis, nunc juris accreſcendi nunc juris non decreſcendi poteſtas eluceſcit & operatur, prout incidunt propria media & accidentia ad vnum vel alterum adiuvandum conducentia. Quoniam vis conjunctionis realis vt plurimum portionum connexionẽ conſervat, & jus non decreſcendi ſuſtinet in deficientibus portionibus, propter naturalem portionum cohærentiã, quam verbalis coniunctio reſiſtente reali coniunctione non ſcindit d. l. vtrũ vers. quaſi. Verbalis verò coniunctio vim ſuam exercet in onere transferendo ab vna perſona in alteram, propter voluntatem teſtatoris, quæ ex verbali & perſonarum coniunctione colligitur, efficitque vt quamuis realis conjũctio operetur, in tutanda vnitate partium naturaliter cohærentium, donec concurſu dividantur. non tamen impediet coniecturam & interpretationẽ voluntatis, quæ ex coniunctione perſonarum inducitur. Nihilque † adverſatur quod Vlpianus ſcribit in l. planè. 32
§. ſi coniunctim. Si coniunctim res le-

Digitized by Google

getur, ab initio partes fieri. quià enuntiatum illud Vlpiani generale eſt, neq; neceſſario refertur ad mixtionem conjunctionis, ſed bona interpretatione ſiſti poteſt in coniunctione ſimplici, quæ partium diviſionem facit ab initio. Et quod Iauolenus reſpondit, in l. cùm fundus de condic. & demonſt. quotiens duobus eadem res ſub conditione legata eſt, diviſam in ſingulas perſonas videri conditionem, & ſingulos pro ſua parte, & conditioni parere, & legatum accipere poſſe, ſpecialem rationem & extrinſecā cauſam habet, propter conditionis & oneris diviſionem ex dinumeratione perſonarū adſcriptam, ex qua colligitur intentio teſtatoris, volentis diviſo onere, etiam dividi emolumentum legati, vt apertè indicant verba Iavoleni, ſic concepta: *Diviſa quoq; in ſingulas partes videri poteſt.* Quemadmodum in ſimili ſi vni cohæredum prælegatum factum ſit, cū alio re & verbis coniuncto, & vivo teſtatore hæres cui prælegatum illud factum eſt moriatur, collegatarius neque jus accreſcendi neque jus non decreſcendi habet, ſed ſua parte contentus eſſe debet. propterea quod portio hæreditatis eius qui defunctus eſt ad cohæredem pertinens, jure vniverſalis ſucceſſionis ad ſe trahit partem quæ erat in prælegato. l. Luci⁹. §. quisquis de legat. 2.

SVMMARIA.

1. *L. reſcriptum ff. de pactis, emendata & conciliata cùm l. ſi præcedente §. Lucius ff. mand. & ſ. 6. 8.*
2. *Iudices vel arbitri niſi omnes præſentes ſint non rectè iudicant.*
3. *Creditor abſens pactionem à maiori numero creditorum cum debitore initam ſequi debet.*
5. *An idem obtineat in privilegiatis creditoribus.*
6. *Exceptio debitori competens, quando fideiuſſori non proſit.*
7. *Proclamare quid ſignificet.*

CAPVT DECIMVM-QVINTVM.

1 RESCRIPTUM † divi Marci in l. reſcriptum ff. de pactis. ſic loquitur, quaſi omnes creditores debeant convenire. Vndè quæritur ſi quidam abſentes ſint, an exemplum præſentium ſequi debeant, id eſt, an abſentibus præſentium conventio prejudicet. Exemplum enim (inquit Valla) eſt res ipſa quam imitamur, aut ſi ſors ità tulerit devitamus. Et † videri poterat abſentibus non præiudicari: quià ex reſcipto omnium præſentia deſiderari videtur, exemplo arbitrij atq; judicij, in quo omnium qui judicare debēt præſentia requiritur, ob id quod abſentis perſuaſio ſi præſens fuiſſet, potuiſſet alios trahere in ſuam ſententiam. l. ſi. tres ff. de arbitr. Sed quanquam ità ſervetur 2

Digitized by Google

vetur in judicijs & arbitrijs, propter maiorem juſtitiæ ſinceritatem, & longiora ſpatia quæ arbitris judicibuſque
3 ſuperſunt, aliud † tamen obtinuit in creditoribus paciſcentibus cum hærede debitoris, ante aditam hæreditatem, alijſque caſibus ſimilibus: Nam vocari quidem omnes debent, quià omniũ intereſt, l. de vnoquoque ff. de judicijs ſed omnium præſentia non eſt neceſſaria, nè inter moras expectationis, depereat occaſio conſervandi debiti. Vndè pactum quo portionem crediti remittunt creditores, non modò præſentib', verumetiam abſentibus, vocatis tamẽ, nocet, ex virtute decreti à Prætore in-
4 terpoſiti. Quod † & Vlpianus ſubindicat, in l. reſcriptum. de pactis. dùm quærit an privilegiarijs abſentibus hæc pactio noceat, præſuppponendo eam nocere abſentibus non privilegiatis, in verbis, *Si modo valet pactio & contra abſentes*, id eſt, etiam contra abſentes, nã copula & à Quintiliani temporib' pro
5 etiam vſurpari cœpit. Sed † in privilegiarijs abſentibus, hæret ſubſiſtitque quodammodò Vlp. *Et repeto* (inquit) *antè formam à Marco datam D. Pium ſcripſiſſe, fiſcum quoq. in ijs caſibus in quibus hipotecas non habeat, & cæteros privilegiarios exemplum creditorum ſequi oportere*. Quibus verbis Vlpianus, quãvis ab initio hęrere & dubitare videatur, ſignificat tamen privilegium quoque auferri abſentibus, & privilegijs præiudicari. Quod Paulus negare videtur in l. ſi præcedente §. Luci' ff. mandati. *Lucius Titius creditori ſuo mandatorẽ dedit, deindè defuncto debitore, maiore parte creditorum conſentiente à Prætore decretum eſt, vt portionem a debitore creditores ferant, abſente eo creditore apud quem mandator extiterat, quæro ſi mandator conveniatur, an eandem exceptionem habeat quam hæres. Reſpondi ſi præſens apud Prætorem ipſe quoque conſenſiſſet pactus videtur* (ſeu vt rectius in manuſcripto legitur) *pactus videretur ex juſta cauſa, eaq. exceptio & mandatori & fideiuſſori danda. ſed cùm proponas eum abfuiſſe, iniquum eſt ei auferri electionem, ſicut pignus aut privilegium, qui potuit præſens id ipſum proclamare, nec deſiderare decretum Prætoris. Nec enim ſi quis dixerit creditorem ſubmovendum hæredi cõſulitur, ſed mandatori & fideiuſſori, quibus mandati judicio eandem partem præſtaturus eſt*. Quibus verbis manifeſtè abſenti creditori conſervatur ſua electio, & privilegium quod Vlpianus negat. hîc in d. l. reſcriptũ. Et prætereà ratio Pauli ſignificare videtur, in d. §. Lucius. heredẽ debitoris mandati judicio cogi poſſe, vt mandatori ſeu fideiuſſori reſtituat quod ex fideiuſſione vel mandato ab illis creditori ſolutum eſt. Accurſius & alij vt difficultatem tollant, in Pauli reſponſo gratioſum pactum fuiſſe putãt, quo totum debitum fuit remiſſum. apud Vlpianum vero partem debiti tantum fuiſſe remiſſam ad vtilitatem creditorum, vt quod reliquum eſt conſervarent. Sed hęc diſtinctio apertis verbis Pauli d. §. Lucius. conuellitur, dum exprimitur, à Prætore decretum eſſe, vt portionem à debitore creditores ferãt, quod partis remiſſionem ſignificat, & ſpeciem ſeu quæſtionem Pauli & Vlpiani eandem conſtituit. Vnde noviſſimè Iacobus Cuiatius ab Accurſij &

Digitized by Google

parem legem cum reliquis creditorib⁹ ſerre debent. adeò vt ſi exceptio debitori hærediuè ejus competens, porrigeretur ad mandatorem ſeu fideiuſſorē, ipſe mandator ſeu fideiuſſor relevaretur, non etiam debitor aut hæres eius, qui tutus eſt adverſus omnes exceptione pacti quod cum creditoribus celebratum eſt. Quomodo manifeſtum eſt Pauli reſponſum, & Paulus cum Vlpiano conſentire intelligitur, ceſſantque & removentur maximi fluctus ineptarum interpretationum.

SVMMARIA.

1. *Obligatione principali pacto ſublata, etiam pœnæ promiſſio extinguitur & 2.4.*
2. *L. non exigimus ff. ſi quis cautionibus. emendata & explicata.*
3. *Condictio furtiua non tollitur, etiamſi ſuper actione furti tranſactum ſit.*
5. *Proteſtatio conſervat ius proteſtantis.*

CAPVT DECIMVM-SEXTVM.

1 GEnerale eſt, ſublata principali obligatione ob quam pœnæ promiſſio facta eſt, tolli & pœnæ perſequutionem, tum ratione acceſſionis & conſequentiæ, tùm etiam quià pœnæ ſtipulatio loco eius quod intereſt adijcitur, l. cum principalis in princ. & ibi Decius. ff. De reg. jur. §. fin. inſtit. De verb. obligat. quod ceſſat ſublata principali obligatione. & in tranſactione facta ſuper principali negotio, cēſetur etiam tranſactum ſuper pœna, ità vt tranſactio rei principalis impediat committi ſtipulationem pœnæ. Et hoc eſt quod Vlpianus ſcribit in l. non exigimus ff ſi quis cautionibus. *Non exigimus reum iudicio ſiſti, ſi negotium propter quod iudicio ſiſti promiſit, fuerit tranſactum, ſed hoc ità inquit, ſi non prius id negotium tranſactum ſit quam ſiſti oportet.* ſic enim legitur in libris Florentinis, ſed malè, quià ſequentia indicant orationem debere eſſe affirmativam non negativam. ideoque paulo rectius legitur in communibus libris, *Sed hoc ità ſi modo prius id negotium tranſactum fuerit.* Cæterum communis lectio mēdum quoque habere videtur in dictione reſtrictiua *modo* quę abundat, vt ex orationis contextu intelligitur, maximè propter verba reſtrictiva præcedētia *ſed hoc ità* ideoque expungenda eſt, reponendumque eſt ex antiquis manuſcriptis Pandectis. *Sed hoc ità ſi prius id negotium tranſactum ſit quam ſiſti oporteret.* quod dubitationem non habet, quià tranſacto negotio antequam ſiſti oporteat, pœna committi non poteſt, quià adverſarij non intereſt poſt tranſactionem negotij, ſivè promiſſor ſe iudicio ſiſtat, ſiuè non. Cæterùm ſi poſteà tranſactum eſt quam ſiſti oportuit, plus dubitationis eſt: nam tunc ante trāſactionem pœnę obligatio cō-

Digitized by Google

1. *Pactum vnius ex argentarijs non nocet ſocio. & 5.*
2. *Novare non poßunt omnes quibus rectè ſoluitur.*
3. *Correus ſtipulandi an obligationem contractam ſolus novare poßit. & 5.*
5. *L. ſi vnus in p ff. de pactis explicata & conciliata cum l. cum duo. & l. ex duobus. de duob. reis.*

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

1 PActum † vnius ex argentarijs ſocijs non nocet alteri, ex ſententia Neratij, Attiliani & Proculi, quos Paulus ſequitur, in l. ſi vnus. in princ. ff. de pactis. Adeò quod nec ſi in rem pactus ſit, alter alteri nocere poſſit: hoc enim tantum habent argentarij ſocij, quorum nomina ſimul contracta ſunt, vt ſinguli poſſint ſolidum petere & ſolidum accipere; vt ex Labeonis ſententententia probat Paulus in d. l. ſi vnus. in princ. ità ſubijciens. *Nam nec nouare aliũ*
2 *poſſe, quamuis ei rectè ſoluatur.* Quibus † verbis conuincitur, non valere ſemper argumẽtum à ſolutione ad novationẽ aliaſque liberationes legitimas, non enim cui rectè ſoluitur protinus & novare licet, l. non ideò ff. de novat. Sic enim ei cujus nomen ſtipulationi inſertum eſt rectè ſoluitur, qui tamen novare non poteſt, l. cum quis ff. de ſolut. l. cum rectè ff. de novat. Item ſi debitorẽ meum tibi ſoluere juſſero, non proptereà ſtipulando id etiam tu novare potes, l. ſi debitorem ff. de novat. Fugitiu⁹ quoque creditam à ſe pecuniam accipiendo, non etiam novando debitoribus liberationem præſtare poteſt l. fugitivus ff. de ſolution. Sicut his qui in noſtra poteſtate ſunt, rectè ſoluitur quod crediderunt, licet novare nõ po-
3 ſſint. Quod † verum eſt inquit Paulus hic in d. l. ſi vnus. ſubijciens hoc modo. *Idemq; in duobus reis ſtipulandi dicendum. ſt.* Quæ verba plerique proximè præcedentibus adiungunt, & applicant, quaſi Paulus reſponderit, alterum ex duobus reis ſtipulandi, novare non poſſe in præiudicium correi. Quod apertè falſum eſt, quoniam vnus reorũ & ſolidum petere, & accepto ferre, & novare, & juſiurandum deferre, & cõmunem debitorem in ſolidum liberare poteſt: quoniam quiſq; propriã obligationem habet, & in ſingulis perſonis proprium jus eſſe intelligitur. l. cũ duo. & l. ex duobus ff. de duob. reis. Quod aperto I C. reſponſo fit manifeſtiſſimũ in l. ſi in rem. ſi duo. ff. de novat. *Si duo* inquit *rei ſtipulandi ſint, an alter jus novandi habeat quæritur.* Et mox reſpõdendo decidendoque ita ait: *Ferè convenit vt vni rectè ſolui, & vnum in iudicio petentem totam rem in litem deducere; Item vnius acceptilatio perimit vtriuſq;* (ſeu vt alij libri habent *vtriſquè obligationem.* Deindè colligendo inferendoque ità ſubijcit. *Ex quibus colligitur vnumquemq; perindè ſibi acquiſiuiſſe, ac ſi ſolus ſtipulatus eſſet; excepto eo quod etiã facto eius cum quo commune ſtipulandi jus habet, amittere debitorem poßit.* Quibus verbis apertè ſignificatur, in duobus reis ſtipulandi, quibus duo argentarij ſocij comparãtur d. l. ſi vnus in fine pr. vnũquẽq; habere authoritatẽ tollẽdæ

Digitized by Google

totius obligationis, ità quod facto ejus cum quo jus ſtipulandi commune eſt, 4 alter amittat debitorem. Verba † itaq; illa Pauli *idemq́; in duobus reis ſtipulandi dicendum eſt* , non ſunt referenda ad proximè præcedentia , quibus Paulus oſtendit,argumentationem à ſolutione ad novationē non ſemper concludere, ſed ad ſuperiora,& ad principalem theſin , qua Paulus proponit , exceptionē pacti per vnum ex argētarijs ſocijs debitori factam non nocere alteri. Quod idem ſervatur in duobus reis ſtipulandi, ſiquidem quamuis vnus reorum ſtipulandi novare poteſt, & novando debitum ſolidum tollere ; tamē exceptio pacti cum alio initi, non præjudicat alteri : quoniam pactum nō perimit nec tangit obligationis ſubſtantiam , quæ ſolida manet in altero reorum , qui proptereà non impeditur ſolidum petere : neque enim timere debet exceptionem pacti quod cū altero eſt initū. Eaq; eſt vera ſententia Pauli,quæ duos reos ſtipulandi comprat pluribus argētarijs ſocijs.Ità vt verſ. Idemq; in duobus. referri debeat vt dictū eſt ad principiū legis,& verſ.in medio poſitus. *Nā nec novare alium poſſe* accipi debeat non in perſona argentariorū , aut reorū ſtipulandi,ſed de alijs,quibus jus quidem ſoluendi,non autē novandi cōpetit,vt pluribus exemplis demonſtratū eſt. Et quod verſ. ille , *Nam nec novare alium poſſe*,ad alias perſonas pertineat , quam argentariorum aut reorum ſtipulandi, apertè indicat dictio *alium*,quæ propriè complectitur includitq; aliam perſonā, & ſeparatā ab his de quibus in principali diſpoſitione agitur.quod obſervatum,manifeſtum ſenſum Pauli reddit, & idoneam conciliationem hujus loci cum alio conſtituit, ità vt nihil neceſſe ſit ad ineptas ſolutiones interpretū cōfugere,aut fateri I C. ſententiam(vt quidam facit Coſtalius hîc. in d.l. ſi vnus) benè & aptè diſſolui ac conciliari non poſſe.

SVMMARIA.

1. *L. moribus §. ergo alias.de vulg.& pup.ſub.emendata.*
2. *In l. Prætor ait §.quod Papinianus ff de minor negatio defenſa contra Goveanum. & 4.*
3. *Heres ſemel effectus,heres eſſe nunquam deſinit.*
4. *L. vlt. de in integ. reſtitut. vera lectio.*

CAPVT DECIMVM-OCTAVVM.

1 VLpianns libro ſexto ad edictū in l.moribus §. ergo alias ff. de vulg.& pup.ſubſt. ab Antonio Goveano viro alioqui doctiſſimo miſerè laceratur , probat enim & ſequitur lectionē librorū in quibus ſcribitur per illationē, *Ergò etiāſi minor viginti quinq́; annis,adeūdæ hæreditatis cauſa &c*,quaſi minoris ſit negotij ſuſtinere ſecūdas tabulas,per reſtitutionē minoris adeūdæ hæreditatis cauſa factā, quā per verā aditionē inſtituti hæredis, quamuis coacti,

acti, de quo ſuperiore §. agitur. Quod à vero alienū eſt, cum nulla ſit dubitatio, quin ſecundū juris cōmunis regulas, ex aditione inſtituti hæredis efficaciter cōfirmētur tabulæ pupillares; abſq; diſcrimine an ſpontè an coactè hęreditas adeatur, l. nā quod. §. qui cōpulſus. & l. apud Iulianū §. fin. l. itá tamē § à patre ff. ad SC. Trebell. Quod non eſt itá expeditū, ſi minor qui repudiauit denuò reſtituatur vt ei adire liceat; ſemel enim repudiata hęreditate, quamuis reſtituatur minor ad eā denuò adeundā, nō tamē verè fit hæres, licet rē auferat beneficio reſtitutionis, quę ętatis obtētu datur & ſoli minori prodeſt. Adeò vt magnis ex cauſis dubitetur, an ex tali reſtitutione pupillares tabulæ cōfirmētur, tū propter reſtitutionis reſtrictā naturā, tū etiā quia is qui repudiāte minore ſemel hæres extitit, inſpecta juris ſubtilitate manet hæres, etiāſi repudiāte minore ſervus neceſſarius hæres effectus ſit, l. prætor ait. §. ſed quod Papin. ff. de minor. Itá vt ſtricto jure reſtitutio minoris nihil ad ſecūdas tabulas pertinere videatur. Sed quamuis ſtrictū jus deficiat, Vlpian' tamen æquitatē atq; effectum rei magis, quā anxiā tituli & nominis ſubtilitatem reſpiciens, reſpondit, etiam ſecundas tabulas proficere ad minoris reſtitutionem. Idque non per illationem ex ſuperiori §. (vt Govean' putat) ſed per ampliationē, comparationem, ſeu inquiſitionem caſus magis dubitabilis, non per dictionē *ergo* ſed per pronomen *ego* hoc modo: *Ego, tamet ſi minor viginti quinq; annis adeundæ hæreditatis cauſa reſtitutus ſit.* vt in optimis manuſcriptis atq; etiā impreſſis libris legitur. Et patet per prædicta in reſtitutione minoris maiorē difficultatē eſſe, quā in vera aditione. Quod inde fit manifeſti', quod ex reſtitutione minoris, ſubſtitutis dūtaxat vtiles actiones dentur, quæ in vera aditione ſunt directæ itá quod ſola reſtitutio minoris qui repudiavit proſit ſubſtituto; Nā ſi pri' adijt hęreditatem, deindè abſtentus ſit, excluditur ſubſtitutus, niſi ſeruo neceſſario hærede ſubſtituto, hæreditas in-
veniatur nō ſolvendo, vt Vlpian' † re- 2
ſpondit in d. §. ſed quod Papinian'. Cujus reſpōſi ſecudā partē Govean' errāter contendit affirmativè legendā, hoc modo, *Et quod ait liberū manere, tale eſt, quaſi etiam hæres maneat, cū pupillus &c.* Vlpianus enim negat vtrumque articulū à Papiniano propoſitum, per omnia verum eſſe, nam quod Papinianus ait. *Si prius minor hæreditatem adijt, & mox abſtentus ſit, ſubſtitutum ſervum cum libertate hæredem eſſe non poſſe.* Vlpianus oſtendit non procedere quandò hæreditas non eſt ſolvendo. Et iterum quod à Papiniano dictū erat, minori ſubſtitutum ſervum, repudiante minore nihilominus liberum manere, Vlpia. imperfectionis arguit, quià verba illa: *nihilominus liberum manere*, ità à Papiniano dicuntur, quaſi ſervus libertatem retineat, quamuis propter minoris reſtitutionem hæres eſſe deſi-
nat. Quod † à vero diſtat, ſeu (vt Accur- 3
ſius notat) falſum eſt; tametſi enim pupillus qui repudiavit reſtituatur, nō tamen efficitur in rei veritate hæres, ſed vtiles dūtaxat actiones cōſequitur, manēte hęrede qui ſemel extitit, vt elegāter notat Vlpian. in d. §. ſed quod Papin.

Digitized by Google

5 Eaq; veriſſima † eſt illius reſponſi ſententia, ſecundum quam etiam ex fide omnium librorum, retinenda eſt in Vlpiani reſponſo negatio, repudiata temeraria mutatione Goveani qui alioqui alia quædam reſponſa rectè reſtituit. Et † inter alia Macri reſponſum in l. vlt. de in integr. reſtit. in quo paſſim corruptè legitur *contra Rempublicā reſtituuntur*, cum legi debeat *contra rem iudicatam reſtituuntur*.

SVMMARIA.

1. *L. moribus § prius autem. de vulg. & pup. ſubſtit. vera lectio. & 3.6.*
2. *Pater filio heredem ſcribens, prius ſibi deinde filio heredem ſcribere debet. & 4.*
5. *Si tamen ex certis inditijs mens patris colligatur converſio ſcripturæ diſpoſitionem non vitiat. & 8.*
7. *Ordinis confuſionem etiam ex legis diſpoſitione ſuſtineri.*
9. *In pupillari ſubſtitutione duas hereditates conſiderari.*

CAPVT DECIMVM-NONVM.

1 SImilis † temeritas & majus erratum ejuſdem Goveani in eo eſt, quod abſq; veterum librorū ope, & authoritate interpretum, fiduciâ ingenij ejuſdem Vlp. alium locum turpiter mutilat, atq; corrumpit, in l. moribus §. prius autem ff. de vulg. & pup. ſubſt. aſſeverans verba illa: *Prius autem ſibi debet, deindè filio hæredem ſcribere, nec ordinem convertere*, inepti interpretis eſſe; quià neq; Florentini exemplaris auxilium habet, nec Gloſſatorū aut interpp. veterum authoritate ſuſtinetur. & conſtat dictis verbis contineri theſin principalem, & poſitionem quę ab Vlpiano eleganter tractatur, & in va-
2 rios caſus diſtinguitur. Etenim † primo proponit Vlpianus, celebrariſſimum ab omnibus axioma, *prius ſibi quem debere hæredem ſcribere, deindè filio ſubſtituere, nec convertere ordinem ſcripturæ vt pupillaris ſubſtitutio valeat*. Illudque Iuliani authoritate confirmat, & adeò verum eſſe aſſerit, vt ſi ante filio, deindè ſibi teſtamentum faciat, irrita ſit diſpoſitio; vt apertè probatur verbis ſequentibus *cæterum ſi ante filio deindè ſibi &c.* in quibus Vlpianus eleganter (vt ſæpè aliàs) accipit particulam *cæterū* pro alioqui ſeu aliter, perindè ac ſi dictum eſſet: alioqui ſi prius filio, deindè ſibi teſtamentum faciat, nō valet quod agit, & ad maiorem probationem pronuntiati ſeu ſententiæ ſuæ ſubijcit Vlp. eam quoque reſcripto Imperatoris, ad Virium Lupum Præſidem Britanniæ comprobari; & ità comprobatam ipſe Vlpianus laudat, addita eleganti ratione, & merito inquit, *Conſtat enim vnū eſſe teſtamentū licet duæ ſint hæreditates.*
Sed cum † Vlp. poſteà dicat non ſcrip- 3
turæ ſed ſucceſſionis ordinem attendi, putat Goveanus priora Vlpiani verba poſterioribus repugnare; quoniam cō-

traria

traria ſunt (vt ipſe ait) ordinem ſcripturæ attendi, & non attendi. Ideoq; omni aſſeveratione contendit, nõ ſolũ priora Vlpiani verba, *prius autem ſibi &c.* interpretis eſſe & reycienda, ſed eo amplius, in ſequentibus locum eſſe prorſus depravatum & corruptum, in d. §. prius autem. & pro *comprobata* legendũ eſſe *improbata*, inverſa totius reſponſi ſententia, adverſus omnium librorum authoritatem, atque manifeſtam juris rationem. Etenim † veriſſima eſt Vlpiani reſponſio atque ſententia, à Iuliano comprobata, & reſcripto Imperatoris confirmata. *prius quem ſibi debere hæredem ſcribere, deindè filio ſubſtituere, & non convertere ordinem ſcripturæ*, alioqui ſi ante filio, deindè ſibi teſtamentũ faciat, diſpoſitionem eſſe inutilem: quoniam à filij teſtamento non poteſt pater incipere, ſed ſibi prius hæredem ſcribere, d. §. prius in f. & §. liberis inſt. de pup. ſubſtit. cum filij teſtamentum ſit acceſſio, pars & ſequela paterni teſtamenti. adeo vt tabulæ pupillares neceſſario ſequi debeant diſpoſitionẽ paterni teſtamenti, quæ principalis eſt, & ex qua pupillaris ſubſtitutio tanquã acceſſorium robur aſſumit. Vſq; adeò vt converſio ſubſtitutionis & inſtitutionis vitiet diſpoſitionem. quod eſt intelligendum, quandò teſtator filij teſtamentum abſoluit, anteqam ad inſtitutionem & ſui teſtamenti factionẽ perueniat, initio facto & fundamento totius diſpoſitionis poſito in filij teſtamento, ſeu ſubſtitutione pupillari. veluti cum adhibitis teſtibus & ſignaculis, pupillare teſtamentum prius abſolutum eſt, antequam pater ſibi hæredẽ inſtituat; tunc enim ordinis confuſio irritam facit ſubſtitutionem, cum inſtitutio & ſubſtitutio, diſtinctim & ſeparatim perfecta eſt, & inſtitutio ſubſtitutioni poſtpoſita, ità vt neque ex ſerie & contextu ſcripturæ, neque ex ordine intellectus animadverti poſſit, inſtitutionem præcedere, vt in priori Vlpiani loco factum intelligitur, & ex natura, & propria vi dictionum *prius*, *deindè*, quibus Vlpianus vtitur manifeſtum eſt: propria enim ſignificatio dictarũ dictionum, intervallum temporis, & ſeparationem diverſorum actuum denotat, cohærentiam, coniunctionem, & acceſſionem rerum removens. Quæ vera germanaque eſt Vlpiani ſententia. in d. §. prius in p. 4 Aliud † verò eſt, 5 ſi ex indicijs & ordine tacitæ voluntatis colligi poſſit præcedere inſtitutionem, vt poſteriori loco Vlpianus oſtẽdit, per adverſativam orationem ità inquiens: *Sed ſi quis ità fuerit teſtatus, ſi filius meus intra 14. annum deceſſerit, Seius hæres eſto, deindè filius hæres eſto.* Etenim licet converſa confuſaque ſcriptura videatur, tamen quià inſtitutio pura abſolutaque eſt, Seio hærede duntaxat ſub conditione filio ſubſtituto, manifeſta eſt conjectura voluntatis, inſtitutionem præcedere; nec ſubſtitutionem perfectam eſſe, abſq; præſuppoſito fundamento inſtitutionis, ex judicio teſtatoris præcedentis, cum ſequentia verba *filius heres eſto* mainfeſtam conjecturã voluntatis habeant, quod teſtator filiũ Seio prætulerit, & inſtitutionem filij præcedere voluerit, & vtramque diſpoſitionem ſubſiſtere, propter conexitatem & cohærentiam l. patris & filij. ff.

6 de vulg.& pup.ſubſtit. Ex † quibus apparet retinendā eſſe in Vlpiani reſponſo locutionem adverſativam *ſed ſi*, quæ facti & juris diverſitatē à ſuperiore ſpecie indicat, rejecta vitioſa lectione Goveani, exiſtimantis non *ſed ſi* verùm
7 *ſed etſi* legendum eſſe. Et † quemadmodum ex voluntatis conjectura,ità quoque ex diſpoſitione legis ſuſtinetur ordinis confuſio, nè ſcripturæ ordine prius fiat quod lex facit poſterius, l. nec
8 enim ff. de ſolution. Cùm † autem cōjectura voluntatis apparet, ſuſtinetur pupillaris ſubſtitutio, ſivè vno & eodē ſcripto patris & filij teſtamentum contineatur, ſivè diverſis ſcripturis factæ ſint: ſivè vnum teſtamentum per nūcupationem fiat, alterum verò in ſcriptis celebretur. Ceſſante autē conjecturâ voluntatis, ex converſione ordinis infirmatur pupillare teſtamentū, d.§. prius. Quamuis eruditiſſim⁹ præſes Viglius aliter ſentire videatur, in elegantiſſimis ſuis commentarijs ad § liberis inſt. de pupill. ſub. Magni autem † momenti eſt quod Vlpianus ſcribit in d.§. 9
prius autem. duas eſſe hæreditates, quāuis paternæ & pupillares tabulæ pro vno teſtamento habeantur. Indè enim fit, vt quamuis conſideretur diſpoſitionū quædā connexio & cohærentia, nō tamē cōmiſceantur hæreditates, ſed remota paternâ liberū ſit pupillarē amplecti, l. ſi is qui. de acquir. hæred. Quēadmodum in ſimili, licet vxores & communes liberi paterna nobilitate decorentur, ideò tamen non inducitur patrimonij paterni & materni confuſio, nec ſimili nobilium paternorum jure, ſorte, ac conditione, plebeia bona materna inter liberos dividuntur.

SVMMARIA.

1. *L. iuſiurandum §. defenſor. de iureiurando emendata. & 3.*
2. *Parentes ac patronos à iuramento calumniæ excuſari.*
4. *Conſponſio veterum, idem ferè quod hodie iuramentum calumniæ.*

CAPVT VIGESIMVM.

1 MOdeſtin⁹ † libro 20. ad edictū ità ſcribit in l. Iuſiurandū. §. defenſor ff. de jurejurando. *Qui iuſiurandum defert prior de calumnia debet iurare, ſi hoc exigitur, deindè ſic ei iurabitur. hoc iuſiurandum de calumnia neq; parentibus neq; patrono remittitur*, ſecundū lectionē Florentinā, quæ quāvis alioqui maximam apud omnes authoritatē habeat, tamē in Modeſtini illo reſponſo (vt ſæpè alias) vitioſa eſt, & refragatur juris cōmunis regulis, ſecūdū † quas honeſta ſanctaque eſt liberis 2
libertiſq; parentis & patroni perſona, & ceſſante doli atq; calūniæ ſuſpicione, à præſtatione juriſiurandi parens patronuſq; liberātur. l. ſi ſuperſtite C. de dolo. l. qui bona §. ſi alieno ff. de dam. infecto. Adeò vt ſi patronus libertā ſuam duxerit vxorē, non cōpellatur jurare in rerū amotarū iudicio. Sed etſi ipſe deferat juſiurandū libertæ ſuæ, de calūnia

jurare

jurare non debeat, l. ſi Patron⁹ ff. de jurejurãdo. Et † proindè oratio negativa 3
quæ eſt Florentiæ, convertenda eſt in affirmativã, vt hoc modo legatur. *Hoc juſiurandũ de calumnia æquè patrono parẽtibuſq́, remittitur*, vt probant antiquiſſima exẽplaria, Noricã editionẽ præcedentia: Nã idẽ quod eſt in Noricis, habent libri Lugduni impreſſi, per Iacobum Mareſchal anno 1525. & plerique alij. Quibus etiã Græci cõſentiũt apud quos ità legitur οὐδὲ ὀμνύει πατήρ. Id eſt nõ præſtat hoc juſiurandũ pater, vt annotavit Iohannes Leunclaus, qui decept⁹ mendosâ lectione libri Florentini, à Modeſtini reſponſo Græcos diſcrepare arbitratur, quos ſecundũ aliorũ librorũ lectionẽ conſentire manifeſtũ eſt. In qua re nè aliqua dubitatio remaneat, extat in eandẽ rem expreſſum Pauli reſponſum in l. de die §. jubetur ff. qui ſatiſdare cog. his verbis conceptũ: *Iubetur cavere de calũnia nè quis vexandi adverſarij. &c. ſed quibuſdã hoc juſiurandũ de calumnia remittitur, veluti parẽtibus & patronis*. Cũ † juramento calumniæ ſimilitudinem aliquã haber, antiqua jurisiurandi formula, quo conſpoſores in 4
litis principio pœna ſacramenti ſe provocabant, his verbis: *quandò negas, te ſacramento quinquagenariò provoco, & quã de re peto laudabiliter jura*. Et qui exegerat juramentum rurſus & ipſe ad ſacramentũ adigebatur, & ità vterq; quinquagenos aureos apud Pontificẽ deponebat, pœnæ nomine, qua puniebatur lite ſuperatus. Et hæc vocabatur conſponſio: Is enim qui vicerat, ſuum ſacramentum ex loco ſacro auferebat; victi apud ærarium remanebat, vt ex Varrone & Feſto intelligitur.

SVMMARIA.

1. *L à Divo Pio ff. de re iud. ex lib. Flor. reſtituta.*
2. *Iudex extra territorium ſuum nec ius dicere nec executionem facere poteſt.*
3. *Sententia in alieno territorio executioni quomodo mandetur.*
4. *Iudex ad exequendam alterius iudicis ſentẽtiam requiſitus an de eius validitate vel invaliditate poſſit cognoſcere. & 6.*
5. *Mos provinciæ vbi iudicatur in ordinandis quidem litibus ſervatur, ſecus in definiendis. & ſeq.*
7. *L. minor 25 annis ff. de minorib. emendata.*
8. *Perſequi quid ſignificet.*
9. *Paratæ executionis praxis, & quæ contra ſententiam opponi poſſint remiſſivè.*

CAPVT VIGESIMVM-PRIMVM.

1 VVlgares † Codices apud Vlpianũ ità habẽt. in l. à divo Pio. ff. de re judicata. *Sentẽtiã Romæ dictã, in Provincijs poſſe Præſides ſi hoc viſũ fuerit ad finẽ perſequi.* Recti⁹ autẽ Florẽtiæ legitur: *Si hoc iuſſi fuerint* vel quod eodem recidit, ſecundum veterem meum manuſcriptum librum: *Si hoc juſſum fuerit*. Sententiã † enim quiſquis 2
tulerit eam exequitur, ſeu de eius

q q 4

exequutione pronunciat in ſuo territorio, Faber in l. etſi nō cognati. C. qui contra jus. alioquin extra territorium jus dicenti impunè non paretur, exequenti multo minus: adeò vt nec ſententiam Romæ dictam, licuerit in Provincijs niſi hoc juſſum fuerit, ad finem perſequi, d. l. à divo Pio. judices enim magiſtratuſq; ſui territorij, finibus coarctantur. Et hoc eſt quod Paulus reſpondit l. cum vnus §. is qui. ff. de rebus aut. jud. poſſiden. is qui poſſidere jubetur, eo loco juſſus videtur, cujus cura ad jubentem pertinet. Et ità fidejuſſor locuples dari jubetur, non tantùm in facultatibus, ſed & conveniendi facilitate, aut potius judicati exequendi. Et qui judicatum ſolui cavere tenetur, in ea regione ſatiſdationem præſtare debet, in qua principalis lis diſceptatur, vt tāto facilius ſententia poſſit executioni mandari, nulla ſcilicet à magiſtratibus aliorum municipum prolixè petenda venia, quæ alioquin eſt neceſſaria. Quod idem obſervatur in cautione fidejuſſoria, quæ à curatoribus minorū, ab vſufructuarijs, donatarijs, vel à creditoribus quibuſdam eſt debita. Quoties
3 † autem quæſtio eſt de executione ſententiæ in aliena Provincia ſeu territorio, neceſſe eſt judicem loci in quo executio petitur requiri, vt mutuum auxilium preſtet, & vel ipſe ſententiam exequatur, vel executori ad id aſſumpto permittat, & licentiam (quam vulgo vocant attaſſam) det, vt abſq; violatione territorij ſentētiā exequatur. Quod ad implorationem & exhibitionē mutui auxilij pro exequutione ſententiæ referendū eſt, de quo latè interpretes, in ca. 10. de offic. jud. ordinarij & Andre. Gail. practicarum obſervat. lib. 1. cap. 115. Quod ſi judex qui tulit ſentētiam, nolit alterius auxilium requirere, aut is cujus auxilium requiritur, recuſet exequi, poterit actione in factum conveniri, aut per ſuperiorem cogi, & puniri. Stephanus Aufrerius in deciſio. Tholoſ. queſt. 411. An † autem judex 4
alterius territorij requiſitus ſententiā exequi, poſſit cognoſcere de validitate aut invaliditate ſententiæ, alijſque exceptionibus quæ per condemnatū executioni opponuntur, celebris eſt quæſtio. Et quamvis in mero executore variè diſtinguatur, in judice tamen requiſito, & eo cui in defectum juriſdictionis exequutio committitur, ab eo qui ipſe exequi nō poteſt, communiore calculo obtinuit eum rectè cognitionem aſſumere de nullitate ſententiæ, & alijs exceptionibus à jure permiſſis, quæ opponi poſſunt contra ſententiam: Nam generaliter executores rerum judicatarum, rectè cognoſcūt, nō ſolum de exceptionibus, quæ non arguunt ſententiam iniquitatis, verumetiam de exceptione nullitatis, vel falſorum inſtrumentorum, & ſimilibus, licet directè adverſentur ſententiæ Aufrer. decis. 345. Simili modo audit executor privilegiatum intercedentē executioni judicati, vt ad ſuos judices cauſa remittatur. Scribitque Guido Papæ deciſ. 574. obſervari in curia Parlamenti Grationopolitani, quod judex requiſitus, hujuſmodi objectiones admittat, & parte vocata cognoſcat, an ſententia ſit exequenda. Etenim judex requiſit. non debet velo levato exequi, ſed ſi

juſtum

Digitized by Google

juſtum æquumq; fuit, & viſis actis ad informationẽ conſcientiæ ſuæ pronũciare ſententiam exequendam, vel nõ exequendam, vt multis oſtendit Hyeronimus Cangolus.in l. quædã puella num.33.cum multis ſeqq. ff. de juriſd. omni.Iudicum. Quod intelligendũ eſt de ſuperioribus, à quibus auxiliũ executionis poſtulatur ab inferioribus, puta arbitris vel delegatis, nam tales ſuperiores pro exequutione requiſiti, habẽt omnem cognitionem, & poſſunt tanquã ſuperiores pronuntiare ſuper nullitate, atq; etiam per viã reſtitutionis. Aufrer.d.quæſt.345.Cum is qui eſt requiſitus à judice alterius territorij, cognoſcat duntaxat ad finem vt ſuperſedeat, & ad requirentem vel ſuperiorẽ remittat, non etiam vt pronunciet, arg. eorum quæ ſcribit Aufrerius d. deciſ. 345.quæ plenius confirmantur in additione marginali d.deciſ. 574. Et cum diverſa ſint jura & conſuetudines diverſorũ locorum, videm⁹ ſæpè judices requiſitos vlterius procedere, atq; etiã de viribus ſentẽtiæ, & an bene vel malè ſit judicatum, ſecundum conſuetudinẽ & ſtatuta loci in quo petitur executio cognoſcere. Quod ſcribit Aufrerius obſervari deciſ. Tholoſ. 411. quando exequutio ſententiæ ad literas alterius judicis, ſumit vires non à jure cõmuni, ſed à ſtatuto. Quod frequentiſſimũ eſt in Ducatu Geldriæ, & alijs regionibus & ditionibus conſuetudinarijs, in quibus nihil admittitur, quod non ſit conſentaneum earundem vſibus particularibus Nam † quamuis in ordinandis
5 judicijs, ſpectemus morem obtinentẽ in provincia in qua judicium acceptũ eſt, l.2.& ibi Barth. quemadmodũ teſta.aperiantur.in definiendis tamen litibus, attenditur loci conſuetudo, vbi vel conſtitutum eſt prædium de quo agitur, vel vbi initus eſt contractus, aut in quem locũ debitæ pecuniæ confertur ſolutio, Bart.in l.de quibus ff. de legib⁹.& l.cõtraxiſſe ff. de obl. & action. Ideoq; non † mirum ſi judex requiſit⁹ 6
aliquã cognitionem aſſumat, maximè ſi omnino diſcretæ ſint provinciæ judicis requirentis, & requiſiti, quæ patrijs legibus & magiſtratibus ſeiungantur, nec altera alteri ſubeſt vllo juriſdictionis gradu aut ordine. Etenim vt regionum diverſitas legum diverſitatem inducit, ità neceſſe eſt aliter pronuntiari ſecundum cõſuetudines vnius Provinciæ quam alterius. Et hac ratione obligatoria inſtrumẽta, ſigillo publico munita, quamuis in regijs & municipalib⁹ conſtitutionibus, paratam executionẽ habeant, Faber.l.vnica.C.de confeſſ.& in l.ſcripta C.de fide inſtrument. Si tamen in externo prorſus regno aut republica conſcripta ſint, ex illis obligationis exequendæ, & paratæ executionis facultas denegatur. latè Reynatus Choppin⁹ de juriſdic.Andega.lib. 1. c. 43.nu.25. Paratæ † autem exequutio- 7
nis appellatio, vt Choppinus notat. c. 43. nu. 11. venit in vſum fori ex loco mendoſo Pandectarum in l. minor 25 annis. ff. de minoribus. In quo emendatius *parta executio* legitur, hoc modo: *Partam ex cauſa iudicati perſecutionem, novo contractu in ſpeciem alterius petitionis redegerat*, eodem modo quo Paulus dixit in l.qui res ſuas §. diverſum. De ſolution. *Partam liberationem non poſſe*

Digitized by Google

poſſe revocari. Perſequi † enim eſt id quod inchoatum & penè peractum eſt ad finem perducere. Nam vt Donatus ait, perſeverationem perſequentis oſtẽdit. Iuxta illud Plinij. *Qui mihi omnes ſuaderent vt cœptum opus perſequi feſtinarem.* Et hoc ſenſu I C. quoq; dixit in d.l. à Divo Pio §.1. *Sententiam Romæ dictam, poſſe Præſides in provincijs, ſi hoc iuſſum fuerit ad finem perſequi.* Nam executio ſententiæ latæ per judicem vnius terræ, non debet fieri per judicem alterius territorij, niſi ad literas & requiſitionem pronuntiantis, Stephanus Au-
9 frerius in d. deciſ. 411. De † parata autẽ ex cauſa judicati perſecutione, ſeu parata executione, & quomodò præſtita cautione, inſtrumenta publica & authentica, ac res judicatæ non obſtante oppoſitione per proviſionem executioni mandentur, latè per Iohannẽ Imbertũ inſtit. forẽs. lib. 1. in princ. Iohãnem Paponem, & alios practicos Galliæ, tractat Reynatus Choppinus. tit. 4. de jure Caſtel. cap. 43. nu. 11. 12. & ſeqq. & iterum fol. 343. Et de executione ſententiæ, & quas oppoſitiones admittat, multa ſcribunt Rota deciſ. 403. fuit dubitatum. Stephanus Aufrerius in deciſ. Capellę quæſt. 345. & 411. & Salicetus in l. etſi non cognitio. C. ſi contra jus vel vtilitatẽ publicam. poſt Petrum de Anchorano Conſil. 259. & alios. Denique de executorum officio & poteſtate. & quas exceptiones admittere poſſint, vide pulchrè Vitalem de Cambanis in tract. clauſul. in clauſula, *Si ita tibi conſtiterit.* folio 14. col. 4.

FINIS.

Emendationum libri quinti.

ELBERTI

Digitized by Google

ELBERTI LEONINI
EMENDATIONVM SIVE OBSERVATIONVM,
LIBER SEXTVS.

SVMMARIA.

1. *L. littus 112. ff. de verb. ſig. emendata.*
2. *Quà adverbium quid ſignificet.*
3. *Littora, flumina, itemque portus jure gentium publica & communia omnium eſſe.*
4. *Littorum, fluminum, imo maris ipſius dominium, Principes hodiè ſibi vindicaſſe.*
5. *Delictum in mari aut flumine commiſſum ad cuius ID pertineat.*
6. *Militaris controverſia de captivis, luculenta deciſio.*
8. *Viam primo ingreſſus eam praeoccupaſſe cenſetur.*
9. *Principum portoria.*
10. *Principum prarogativa multiplices.*

CAPVT PRIMVM.

a Littus eſt † cujus repagulis mare continetur & clauditur, & à Celſo lib 25. ff. ità definitur in L littus 96. ff. de verb. ſig. *Littus eſt quorſq; maximus fluctus à mari pervenit.* pro quo apud Iavolenum lib. 11. ex Caſſio l. littus publicum. 112. de verb. ſig. In Pandectis noſtris ità legitur: *Littus publicũ eſt eatenus* (ſeu vt alij legunt) *quatenus quam maximè fluctus exæſtuat.* In quo reſponſo puto dictiones, illas *publicum, eatenus, quatenus* gloſſemata eſſe, ijſque diſpunctis ità legi debere, *Littus eſt quà maximus fluctus exæſtuat.* Seneca lib. 3. quæſt. natur. Littus vocat extremum maximæ tempeſtatis veſtigium: littora enim omnia jure naturali ſunt publica l. quod in littore ff. de acq. rer. dom. & l. 2. in f. ff. de rer. diviſ. nullumque litt° privatum eſt cui publicũ opponatur. Ideoque dictio *publicum* & apud Iuſtinianum, inſtitut. de rerum diviſ. §. 1. in fine. & in libris Baſilicon rectè omittitur. Nam Iuſtinianus ita habet: *Littus eſt, quatenus hibernus fluctus maximus excurrit.* libri verò Baſilicon in d. l. litt° hæc ſunt verba: αἰγιαλός ἐστιν μέχρις

ȣ τὸ μέγιςον τῆς θαλάσσης ἐκτρέχει κῦμα. id eſt. Littus eſt, qua (ſeu quod perinde eſt) quatenus, aut quouſque maximus maris fluctus excurrit. Græci enim accumulationem illam verborum, *eatenus, quatenus, ſeu quatenus qua* (quæ ab interprete parum perito forte ad elucidandam ſententiam ſunt addita) non admiſerunt ſed ſimpliciter legerunt, *quatenus,* vt eſt apud Iuſtinianum, vel *quouſq;*, vt Celſus ſcribit, in d. l. litt⁹ eſt. vel *qua,* vt apud Iavolenum, in d. l. litt⁹ publicũ. & alijs locis IC. legitur. Om-
a nia † enim hæc *quatenus, quouſq;, quà,* adverbia ſunt loci ac modi, atque eandẽ ſignificationẽ habent. & dictio *qua* in hoc ſignificatu pl⁹ antiquitatis & gratiæ habet, & apud IC. in frequentiori eſt vſu, pro quatenus ſeu quouſq;, vt apud Celſum, in l. cui ſeru⁹, ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamẽti. In verbis: *& qua hæres eſt, & quà omiſſa cauſa teſtamenti poſſidet.* Paulum, in l. pretia rerum ff. ad leg. Falc. *nõ quà filius, ſed quà homo æſtimatur.* Vlpianum l. falſus creditor, ff. de furtis. In verbis: *quà extinctum legatum & libertas eſt, SC. fore locum dicit.* Iavolenum in d. l. litus publicum. & Venuleum, in l. ſi reus, ff. de duobus reis. In qua ſignificatione etiam eſt apud Senecam; *Hominem* (inquit) *qua animal eſt moveri oportet.* Quamuis ſciam dictionem illam *qua,* alio modo accipi, & plerumque ſignificare per quem locum; vt apud Vergilium: *dic mihi qua ſit iter.* & apud Lucanum;

Vnde venit Titan, & nox vbi ſydera condit,
Quaq́; dies medius flagrantibus æſtuat horis.

Item apud Senecam in Medea: *Teſtare nullos eſſe quà veheris Deos.* Item apud Ovidium.

Fortuna arbitrijs tempus diſpenſat vbique,
Illa rapit juvenes ſuſtulit illa ſenes.
Quaq́; ruit, furibunda ruit, totumq́; per orbem.
Fulminat & cæcis, cæca triumphat equis.

Et in hac ſignificatione non min⁹ frequenter, quam eleganter IC. ea dictione vtuntur, vt apud Pomponium, in l. refectio ff. commu. prædior. In verbis: *quà tamen accedere eis ſit neceſſe,* item, *adire quà proxime poſſum,* & alijs infinitis locis: Quos magna ex parte congeſſit Anthonius Auguſtinus, emendat.⁹ lib. 2. capite 2. licet diverſam ſignificationẽ adverbij *quà,* nõ ſatis animadverterit atque diſtinxerit. Littora † aurẽ (vt 3
diximus) nullius ſunt, & jure gentium omnibus vacant, ideoq; non veneunt, nec in modum cedunt agri venditi, niſi id nominatim fuerit conventum. Et vt littora ita etiam flumina omnia & portus publica ſunt. Ideoque jus piſcandi omnibus commune eſt, in portu fluminibuſq;. Reſcripſitq; Divus Pius, §. flumnia, inſtitutis de rerum diviſione. Formianis & Capuanis piſcatoribus, neminem prohiberi ad littus accedere piſcandi cauſa, l. nemo, ff. de rerum diviſione, quod Vlpianus confirmat, in l. 2. §. ſi quis in mari, ff. ne quid in loco publico. Et † plerique id adeò firmum 4
exiſtimant, vt nullo Principis vel Præſidis juſſu prohiberi poſſit. d. §. flumina, & l. 1. in fine, ff. de acquir. rerum dominio. Quod aliquam rationẽ habere vide-

videtur, antiquo jure civili Romanorum. Sed jure feudorum & conſuetudinum omnium fere gentium flumina, immo etiã maria ipſa, & omnes viæ publicæ, Principum patrimonio dominioq; ſunt attributa, Angelus in l. fluminum de damno infecto. vel quod curam eorum ſibi reges & principes aſſumpſerunt, l. ſi in publico ff. de aqua pluvia arcenda, l. quo minus, ff. de flumin. vel quod piſcaria & albinagia, cæteroſque invectionum & evectionum reditus, in fiſcum ſuum redegerunt. Id quod per totum mundum ſervari ſcribit Baldus, in rubrica de rerum diviſione, col. 2. verſic. ſed nunquid. Et ita Senatus Pedemontanus definivit, deciſ. 155. Principi licere in mari vectigal imponere, & a vehentibus merces exigere. Princeps enim dominium & juriſdictionem, quam habet in terra, exercere quoq; poteſt in mari terræ adiacenti. Et illius eſt juriſdictio † & imperium, ratione contr. ctus & delicti, cui
5 propinquior eſt illa maris aut fluminis particula, in qua negocium geſtum aut commiſſum eſt. l. 1. C. de claſſicis. lib. 10. Et ideo recte ſcribit Ioãnes Andreæ, in cap. vbi periculum, de electione, in 6. Quod ſi Papa in mari moritur, electio ſucceſſoris fieri debet in ea civitate, quæ eſt propinquior loco in quo
6 papa obijt. Quod † confert ad deciſionem nobilis controverſiæ, de ijs qui nuper capti fuerunt à militibus ordinũ generalium, in aſcenſu Moſæ ex Trajecto ſuperiore verſus Leodium: militib⁹ contendentibus capturæ locum hoſtilem eſſe, & ditioni Valckenburgenſi cedere; captivis in contrarium defendentibus, flumẽ eo loco quo capti ſunt, vel in totum, vel ſaltem in ea parte qua Leodienſe territorium reſpicit, Leodienſis eſſe territorij, quod eſt à communione belli liberum, & Principi vicino & neutrali ſubditum: Ideoque ſe capi non potuiſſe belli jure in alieno territorio, & quod à bello immune eſt. Quod † ſi plures in eodem maris vel 7
fluminis loco habeant imperium, aut inter duas civitates, æque diſtantes eſt commiſſum delictum, cenſebitur cõmiſſum in confinio, quod commune eſt vtrique civitati, & ideo ad vtramque pertinebit cognitio criminis aut contractus: Sicut quando punctualiter in confinio plurium civitatum delinquitur aut contrahitur, & prævenientis cognitio ſuſtinetur. Bartholus in l. Cæſar, de publicanis, & Angelus in d. l. ſane, Et hoc † quidem quoad juriſdictio- 8
nem ſuperioritatum & ſimiles prærogativas: Nam vſus viarum publicarũ & fluminum manet communis in vniverſali, & communio hoc inducit, vt præoccupans præferatur: l. 2. §. 1. ff. ne quid in loco publ. Et ideo in duobus plauſtris, ſibi invicem obviantibus, deferendum eſt ei quod viam primo ingreſſus eſt & preoccupavit, vt pulchre Angelus ſcribit: in d. l. fluminum, Alioqui gratificationi eſſet locus. De qua re extant diverſæ leges & conſuetudines, inter aurigas & ſimiles obſervatæ. Superioribus † accedat quod Io- 9
annes Gallus Arreſto Pariſienſi judicatum refert, deciſione 108. & 214. Principi licere priſiam facere in terra ſua, adverſus eos qui vehunt vel portant piſces vel alias res, & inde ſumere

quæ neceſſitati ipſi' & hoſpitij ſui per-
10 ſoluto iuſto pretio ſufficiant. Plures †
prerogativas & plura jura Principibus competentia, referunt Ioannes Gallus in arreſtis Parlamenti Pariſiēſis, quæſt. 140. & Franciſcus Lucanus in tractatu de privilegijs fiſci. De quibus etiā pulchrè ſcribit Reinatus Choppinus, de juriſdict. Andega. lib. 1. cap. 51. nu. 2. & Claudius Mallevilleus, in commēt. ſuo ad regias aquar. & ſilvar. conſtitutiones, poſt Angelum, in l. ſane, ff. de injurijs. Ad quæ etiam pertinent, quæ Pomponius ſcribit, lib. 6. ex Plautio in l. Ariſto de rerum diviſione, & in l. quamuis, ff. de acquir. rerum dominio. De decreto prætoris adhibendo ei, qui in littore publico aliquid extruxerit. Quod Angelus in d. l. fluminum. lati' explicat in ędificijs in flumine publico factis. Et multa pulchra ſuperioribus conſentanea ſcribit Bald. conſ. 71. caſus talis & conſ. 72. ad evidentiam lib. 1. inter alia hoc tractans, qualiter fluvius inter duas civitates ſeu. Provintias fluens ad eas pertineat, & quid in eo ab vtraque parte fieri poſſit.

SVMMARIA.

1. *L. item quod Sabinus §. vlt de her. inſt. emendata. & 4. 5 6.*
2. *Auli nomen in IC. catalogo non inveniri.*
3. *Vlpianus quis fuerit, eumque ante Paulum ſcripſiſſe.*
5. *Notare quid ſignificet.*
7. *Aſſe expleto, ſine parte ſcriptus heres ad dupondium vocatur, dupondio expleto ſecus.*

CAPVT SECVNDVM.

1 Magna † eſt apud Vlpianum libro ſeptimo ad *Sabinum*, in l. Item quod Sabinus in fine ff. de hæred. inſtit. legendi & interpretandi varietas & involutio, dum in vulgatis libris etiam antiquioribus ità legitur: *Quod ſi quis dupondium diſtribuit, & tertium ſine parte inſtituit, hic non in alium aſſem, ſed in trientem venit: vt Labeo lib. 4. poſteriorum ſcripſit, nec Ariſto vel Paulus vtpote probabile notant.* Quibus conſentaneæ ſunt Pandectæ à Plātino, & quibuſdam alijs impreſſæ. Verùm Antonius Auguſtin' Emend. lib. iij. c. iij. ex libris Florentinis negationē *nec*, omittit, & non *Paulus*, ſed *Aulus* legit, hoc modo: *vt Labeo libro quarto poſteriorum ſcripſit, Ariſto & Aulus vtpote probabile notant.* Ad quorum interpretationem Politianus ita ſcripſit; *Ariſto & Paulus ſcripta Labeonis notarunt proinde probabilibus accepit Vlpianus quæ ab ijs notata non ſunt.* Et Politiano conſentit Antonius Auguſtinus, excepto quod de Paulo pro Aulo dictum eſt. Quod apud me dubitationem habet. Nam vt aliàs diximus Aulus neque apud Pomponiū, in l. 2. ff. de orig. juris. neq;

neq; apud alios authores invenitur in
numero IC. Et Antonius Auguſtinus,
Labittus , & alij, illum retulerunt ad
catalogum IC. de quorum vel ætate,
aut ſcriptis nihil conſtat , ſine idonea
authoritate , ſubnixi ſolo teſtimonio
vitiatæ lectionis in d.l. idem quod Sabi-
nus in fine ff. de hæred. inſtit. Et non
conjectura ſed veritas eſt neq; *Aulus*,
2 neq; *Paulus* legi debere. Quia † Auli
nomen in IC. catalogo vere non in-
venitur , quamuis pronominis loco
quibuſdam vt Ofilio Caſcellio &c. ſit
additum ; cum alioqui per ſe nihil ſig-
nificet : & Paulus in veteribus libris ex
gloſſemate aliquo Vlpiano ineptè eſt
additus : vt ex poteſtate diſiunctivæ o-
rationis *Ariſto vel Paulus* intelligitur.
Diſiunctiva enim veritatem alterius
requirunt, & vno poſito neceſſe eſt al-
terum tolli. l. 5. de conditionibus inſti-
tu. l. quod vulgo. de manumiſſis te-
ſtam. l. ſub diverſis ff. de condit. & de-
monſt. Nec parum facit pro hac noſtra
ſententia ratio & conſideratio tempo-
3 rum : Verſamur † enim in Vlpiani re-
ſponſo , qui ante Paulum ſcripſit , licet
Paulus cum Vlpiano Alexandri conſi-
liarius, in Papiniani prætorio Aſſeſſorē
4 egerit. Purgandus † itaque eſt locus in
d. l. item quod Sabinus. & exturbatis
Aulo & Paulo ita reponendum vide-
tur. *Vt labeo libro quarto poſteriorũ ſcrip-
ſit, neq; Ariſto vtpote probabile notat*. Ni-
ſi quod negativā in cōjunctionē affir-
mativā conversâ, ità legendũ arbitrer;
Et Ariſto vtpote probabile notat. id eſt,
tanquam probabile animaduertit , ob-
ſervat & approbat. Siquidem notæ ad-
5 jectio † generalis eſt, & quamlibet ani-
madverſionem & annotationem con-
tinet, ſivè eà ſcripturæ, cui adijcitur cō-
tradicat ſivè conſentiat , vt alio loco de
notis Claudij, Marcelli, & aliorum co-
pioſius oſtendimus. Ex quibus † con- 6
ſtat, non ſolùm Politianum , Bolongi-
num (quos Cuiatius quoque ſecutus
videtur) ad l. idem quod 17. §. vlt. ad
verb. Aulus. ff. de hæred. inſtituendis.
& Antonium Auguſtinum à vero a-
berrare , verumetiam Haloandrũ Vl-
piani reſponſum interpolando corru-
piſſe, & præterea , poſtrema illa verba,
& Ariſto, vtpote probabile, non rectè
Triboniano tribuiſſe, quæ ſunt ipſius
Vlpiani. In † eodem Vlpiani reſpon- 7
ſo in d. l. idem quod Sabinus in fine,
ambiguæ ſignificationis ſunt verba :
hic non in alium aſſem, ſed in trientem. Nã
incertum eſt (vt Antonius Auguſtinus
ſcribit) an IC. dupondium intelligat,
an vero 12. vnicas, notatq; idem Anto-
nius Auguſtinus, d. lib. 3. cap. 3. in fine,
Haloandrum , de ſuo , *dupondium* pro
aſſe ſcripſiſſe, id quod Viglius Zuiche-
mus, in §. ſi plures num. 3. inſtit. de hæ-
red. inſtit. ingenio , diligentia , & omni
genere diſciplinarum inſtructiſſimus,
approbat. Melior inquiens forſan eſt
lectio, completo dupondio, non in aliũ
dupondium, ſed in trientem, ſine parte
ſcriptum venire. Sed dictionem *aſſem*
retinendam exiſtimo , propter omniũ
aliorum librorum authoritatem atque
conſenſum, & quia dictio *aſſem* , illi lo-
co eſt convenientior, ſiue ad dupondi-
um, ſiue ad aſſem 12. vnciarum reſpi-
cias. Etenim vt aſſe expleto, qui partem
non habet, aſſem accipit, d. l. item quod
Sabinus §. ſi aſſe. expleto , ita cōpleto

dupōdio ad dupōdiū, vocari videbatur, qui ſine parte ſcript⁹ niuenitur vt eadē ratio in dupōdiò, quæ in aſſe ſervetur. l. quæſitum in fine ff. de hæred. inſtit. Ob quod Accurſius ſcribit, Labeonis dictum corrigi per ſuperiora. Quod à vero alienum eſt. Quamuis enim aſſe expleto, inſtitutus ſine parte aliū aſſem habeat, & ita cum alijs inter quos hæreditas diſtributa eſt, concurrat in ſemiſſem hæreditatis, alia tamen eſt ratio, quoties diſtributo dupondio quis ſine parte inſtituitur; nam cum in dupondio duo contineantur aſſes, q̄ui ſinguli integritatem vniverſitatis per ſe efficiunt & conſiderantur; meritò dupondio diſtributo, nō habet duos aſſes ſeu dupondium, ac tantundem quantū habent ij inter quos dupondius diſtributus eſt; ſed vt eadem ratio in dupōdiò quæ in aſſe ſervetur, contentus eſſe debet 12 vncijs ex tripondiò, quæ tantum præſtant ſine parte inſtituto, quātum ex ſecundo aſſe conſequitur is, qui aſſe expleto ſine parte inſtitutus eſt: nā regula eſt, quod quoties aſſi, dupondio &c. aliquid deeſt, inſtitutum ſine parte, vacantem portionem, id eſt, quod aſſi, dupondio vel tripondio deeſt, accipere. Cum vero as, dupondius vel tripondius, diſtributus & expletus eſt, aliū aſſem occupari convenit ab eo, qui ſine parte inſtitutus eſt, l. item quod Sabin⁹ & l. vlt. ff. de bonorum poſſ. cōtra tab. Ideoque rectè ſcripſit Labeo, dupondio diſtributò, inſtitutum ſine parte nō venire in alium aſſem, id eſt, ſimilem ei quem teſtator in 24. vncias ad dupōdium tranſiens diſtribuit, neque etiam in alium aſſem reductū ad 12. vnicas, ex quo ſemis hæreditatis ei cōpeteret, ſed in trientem, ſecundum diſtributionem à teſtatore factam, id eſt in quatuor vncias hereditatis, reducto tripondio ad aſſem ſimplicem. Etenim in triginta ſex partes hæreditate diſtributa, ei qui ſine parte inſtitutus eſt, ratio calculi velūti ex 12. partibus inſtituto, tres vncias attribuit, reducta ſcilicet re, ad aſſem ſimplicem, l. ex vncijs ff. de hæred. inſtituendis. Ita vt ſingularem & latentem ſignificandi elegantiam habeant apud Labeonem verba illa; *Non in alium aſſem*, & accipiantur vtroque modo: ſcilicet de aſſe ſimplici, & de aſſe teſtatoris diſpoſitione in plures vncias quam duodecim diſtributo, §. non autem inſtitutis de hæred. inſtit. l. interdū § 1. ff. de hæred. inſtit. id eſt, vniverſo illo quod dividitur, & omnibus eius partibus. Adeo vt rectè dixerit Vlpianus, inſtitutum ſine parte non venire in alium aſſem, ſive reſpiciamus aſſem propriè ſumptum, & ad 12. vncias ab initio limitatum, ſeu poſteà reductum, ſive ad aſſem evagantem, & ex teſtatoris voluntate, ad dupondium vel vlteri⁹ procedentem. Vnde monemur, abſtinendum à temerariâ mutatione in I C. reſponſis, à quibus nihil inconſideratè dicitur, & omnia proprijs & accommodatis vocibus exprimuntur, & vbi minimè credis, plerūq; aliquid recōditę eruditionis atquè elegātię latet.

SVMMARIA.

L. quæ-

Digitized by Google

1. *L.2.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iur. ex Ruffino ampliata.*
2. *Faſti conſulares notati.*
3. *Sævitiā dominorum in ſervos etiam antè Divum Pium cohibitam per exempla oſtenſum.*
4. *Chriſtiana mancipia quæ & cuius generis.*
5. *Plebei olim in Gallia ſervis ſimiles & quid nunc ſervetur.*
6. *De menſata qui & quales.*
7. *Propriorum hominum bona poſt mortem ad dominos redire.*
8. *Proprij homines quomodo tractandi.*
9. *Caroli Magni de obnoxiæ conditionis hominibus conſtitutiones. & 12.*
10. *Mercenarij qui & quomodo habendi.*
11. *Vaſalli ſive clientes ad quid domino teneantur.*
13. *Subditos ob nimiam crudelitatem à domino poſſe recedere.*
14. *Patria poteſtas in liberos quomodo exercenda.*
15. *Patria poteſtas in Gallijs & Belgio ſublata.*

CAPVT TERTIVM.

1 SVb titulo † De his qui ſunt ſui vel alieni juris.cap 2.extat de jure & ſævitia dominorum elegans Vlpiani reſponſum, in quo refertur reſcriptum Divi Pij ad Ælium Marcianū Proconſulem Beticæ, ſed in fine omittitur aliud Divi Pij reſcriptum, quod Vlpiani reſponſo olim adjectum fuiſſe conſtat ex Licinio Ruffino, in quo poſt finem reſponſi ita legitur: *Item divus Pius ad libellum Alfi Iulij reſcripſit, in hæc verba: ſervorum obſequium non ſolū imperio, ſed & moderatione, & ſufficientibus præbitis, & iuſtis operibus contineri oportet. Itaq; & ipſe curare debes, iuſtè ac temperatè tuos tractare, vt & facile requirere eos poſſis: niſi apparuerit vel imparem te impendijs eſſe; vel atrociorē dominatione ſævitiam exercente, neceſſe habeat, Procon. ſ.V.C. ne quid tumultuoſius cōtra accidat, prævenire te, & ex mea iam authoritate, ad alienandos eos compellere. Gravione & Romulo Coſſ.* Quæ quoniam antiquitatem redolent, & ad rem faciunt, annotanda putavi. Et † cum Gra- 2
vio & Romulꝰ inter Conſules ſub Antonino Pio nullum locum habeant, fides faſtorum conſularium hactenus editorum vacillare videtur. Et † quod ad 3
poteſtatem dominorum in ſervos attinet, compertum eſt, eam non fuiſſe ita amplam atque diſſolutam, quin remedia aliqua ſervis, etiam ante Divi Pij conſtitutionem competierint adverſus dominos; vt refugium ad aras & ſtatuas, cognitio deorum de querelis adverſus dominorum inſolentiam, & ſimilia. De quibus copioſius ſcribit Alexander ab Alexandro genial. dierū lib. 3.cap.20. Et hoc eſt quod Seneca ſcribit lib.3.de beneficijs: his verbis. *Non enim aut nos omnia iubere poſſumus aut in omnia ſervi parere coguntur.* Auguſtus ſervo ad pedes ſuos confugienti auxilio fuit. Et motus novitate crudelitatis, reliqua omnia criſtalina coram ſe frangi juſſit, & piſcinam compleri, vt Seneca ſcribit. lib.3.de ira. Et divus Hadrianus,

Digitized by Google

Vmbriciam quandam matronam in
quinquennium relegavit, quod ex le-
viſſimis cauſis ancillas ſuas atrociſſimè
tractaſſet. Alia celebria exempla vindi-
catæ ſævitiæ dominorum in ſervos, ex
Halicarnaſſeo, Plutarcho, Macrobio &
alijs refert Petrus Erodius, Decretorũ
lib.4.tit.50.de emendatione ſervorum
4 & judicijs domeſticis. Quæ † cùm olim
obtinuerint in his qui vere ſervi erant,
& ex conſtitutione juriſgentium alie-
no dominio contra naturam ſubijcie-
bantur, maiore ratione obtinere debẽt
in his, quibus divina lege, ſublatis pro-
pemodum Chriſtianis mancipijs pa-
troni dominantur, quiq; glebæ aſſcrip-
ti, & origenarij coloni tributariæ ſortis
ſunt, & operas ſerviles, atque annua ju-
ſta patronis præſtare tenentur. Quos
Guido Papæ deciſione 313. & 314. vo-
cat homines talliabiles. refertque Hen-
ricus Bohic. cap. 15. de teſtamentis. co-
lonos id genus pleroſque in Biturigibꝰ
naſci, eaque vivere lege, ac conditione;
Nos vulgari lingua eyghenluyden ofte
hofhorighen appellamus. ab alijs, ſer-
vi manus mortuæ vocantur, Guido Pa-
pæ. deciſ. 361. quales multi inueniun-
tur per Weſtphaliam, Comitatum Zut-
phaniæ, & alias vicinas ditiones. Et
ſunt diverſi generis, Alciatus Parergon
lib. 1. cap. 14. & 16. & varijs oneribus
obnoxij, prout fert cuiuſque loci con-
ſuetudo, aut priſca lege vel poſſeſſione
obſervatum eſt. De quibus prolixè ſcri-
bit Zaſius lib. 1. cap. 3. intel. ſingular. &
conſil. vlti. & Freder. Huſanus de ho-
minibus proprijs. Sed quanquam hu-
juſmodi obnoxiæ conditionis homi-
nes, ſimilitudinem quandam cum ſer-
vis habeant, & libertas eorum per ope-
rarum obligationem obtenebretur, o-
rigine tamen & in veritate manent li-
beri & ingenui vocantur. l. 1. & ibi Io-
annes de Platea C. de colonis Trachẽſ.
lib. 10. & libertis comparantur. Ideoq;
acquirere, poſſidere, officium obtinere,
& alia exercere poſſunt quæ ſervis de-
negantur, ſecundum ſingularem gloſſ.
in l. ne diutius & ibi Io. de Platea C. de
agr. & cẽſ. Id quod in vſu & praxi quo-
tidiana obſervare convenit. Servorũ † 5
quoq; loco olim in Gallia plebei habe-
bantur. Reinatus Choppinus de juriſ-
dictio. Andegavenſ. lib. 1. cap. 9. nu. 5.
Et hac ratione etiam hodiè fere omniũ
Gallorum more, ſecernuntur plebei,
coloni, ſubditiq; à clientibus nobilium
fundorum proprietarijs: Quod illi ſoli
plebeis aſtringantur muneribꝰ & one-
ribus. Quidam † etiam demenſati dicũ- 6
tur, quibus dominus ipſe manſum ter-
ræ conceſſit, cum annuo pacto ſeruiliũ
operarum aut ſalarij præſtatione. De
quibus frequens mentio eſt apud Spe-
culatorem, in Rubrica de feudis. §. vlt.
Accurſium, in Rubrica de agricolis &
cenſitis lib. 11. Codicis. Alvarotum, in
prohemio feudorum. verſiculo ſunt
præterea. Iacobinum de S. Georgio. in
tractatu ſuo de homagijs roidis ſeu o-
perib. Et noviſſimè apud Reinatum
Choppinum. de juriſdictio. Andega-
venſium. cap. 30. & lib. 1. & 3. de do-
minio Franciæ. & Ioannem Bacque-
tum lib. 5. des droicts du dumaine. ca.
29. nu. 36. cum ſequent: Et hæc de ru-
ſticis, colonis ſeu paganis, quorum † 7
magna ex parte bona ad dominos ve-
niunt ſucceſſorio jure, ſi abſque liberis

vel

vel ſocijs bonorum diem obiecerint, vt fuſè tractat Reinatus Choppinus. lib. 1. de dominio Franciæ, & de juriſdictione Andegau. lib. 1. cap. 37. in fine. & Ioannes Bacquetus loco citato, poſt Iacobũ de S. Georgio in tractatu de Roidis. Et pleraq; huc pertinẽtia leguntur in legibus Hiſpanorum. lib. 4. legũ regis Alfonſi. tit. 22. in fine. & in foro legum. lib. 2. l. 3. tit. 1. Maximè verò apud Fredericum Huzatum in tractatu ſuo de ſervis & hominibus proprijs. Illud
8 † certum eſt, quod quamvis patroni, in eiuſmodi hominum genere non min⁹ perſonis quàm rebus dominentur, & vltra æris indictionem quam vulgò talliam vocamus, operas ruſticas ſeu corvatas ab ijs exigere poſſint, nihil tamen immoderatum exigere debent. Adeo vt quamdiu ſervilibus operibus defunguntur, à patronis alimenta recipere debeant; vt feſſi veſpere in ſuas ædiculas revertantur; item vt quibuſdam horis meridianis, donec æſtus frangatur ſanitatis cauſa quieſcãt, exemplo libertorum operas præſtantium. l. medicus. de operis libertorum. latè Zaſius lib. 1. cap. 3. intellectuum ſingular. Licet verè ſervi etiam meridiano tempore ad laborem compelli ſoleant. Terentius in Adelphis. Etenim non debet dominus crudeliter homines ſuos tractare, ſed vt ſuperiori jus ſuum conſervatur, ita inferiori etiam ſervo non debet juſtitia denegari. Baldus in l. ſi dominus. De his qui ſunt ſui vel alieni ju. Et hoc eſt quod ſcribit Seneca, etiam ſub Nerone conſtitutum fuiſſe, qui audiret de injurijs dominorum in ſervos, qui & ſævitiam, & libidinem, & in præbendis ad victum neceſſarijs avaritiam compeſceret. Quod legibus Hiſpanorum comprobatur, parte 4. titu. 22. lib. 5. & ſequentibus, & rationi eſt conſentaneũ. Moderatè enim obnoxiæ conditionis hominibus imperare laus eſt, & in mãcipio cogitandum eſt, non quantum illud impunè pati poſſit, ſed quantum vnicuique permittit æqui bonique natura, Iacobinus de ſancto Georgio. in tractatu de Roidis ſeu operis. columna 4. verſiculo. ſed enim hoc dubitatur.
De quo † etiam extat elegans conſtitutio Caroli Magni, lib. 2. capitulorum. cap. 41. his verbis concepta: *Quia ergo conſtat in Eccleſia diverſarum conditionũ homines eſſe, vt ſunt nobiles & ignobiles, ſervi, coloni, inquilini. & cætera huiuſcemodi nomina, oportet, vt quicunq; eis prælati ſunt, clerici ſive laici, clementer erga eos agant, & miſericorditer eos tractent, ſive in exigendis ab eis operibus, ſive in accipiendis tributis, & quibuſdam debitis, ſciantq; eos fratres ſuos eſſe, & vnum ſecũ patrem habere Deum, cui clamant: pater noſter qui es in cœlis: & vnam matrem ſanctam Eccleſiam, quæ eos intemerato ſacri fontis vtero gignit. Diſciplina igitur eis miſericordiſſima, & gubernatio opportuna adhibenda eſt. Diſciplina, nè indiſciplinatè viuendo, authorem ſuum offendãt: gubernatio, ne in quotidianis vitæ cõmeatibus, prælatorum adminiculo deſtituti, fatiſcant.* Et hęc de colonis, ruſticis & obnoxiæ conditionis hominibus, quos ſervorum loco in operis habemus. l. 1. § familiæ. De vi & vi armata. & l. 4. in prin. de vſu & habitatione. Liberiores 9
10 † ſunt habiti mercenarij, vt qui nobis famulantur, aut diurnas operas pro

mercede & cibarijs locant. Nam hi liberi homines ſunt,& pro liberis habẽtur,quales ſunt vindemiatores, meſſores,foſſores,frondatores, putatores, & alij,quos Theocritus incipere jubet,cũ caſſitæ excitantur, & eiſdem dormituris finem laboris facere, meridiano autem ſub æſtu pauliſper requieſcere. Sane in his qui nobis hodiè famulantur, laxior eſt juris diſpoſitio,& in ijs nihil fere plus poſſumus,quàm in diſcipulũ magiſtri. Et deciſionem multarũ quæſtionum miniſterium famulorum cõcernentium,videre licet, apud Hippolitum Bonacoſſam, in tractatu ſuo, de ſervis vel famulis. Et de huiuſmodi obnoxiæ conditionis hominibus, & de eorum cõditione & vſu, plura celebria habet Ioannes Bodinus, de republica
11 lib.1.cap.5. De clientibus † vaſallis, quid juris & quæ poteſtas in ijs dominis competat,obiter attingit Reynatus Choppinus,de iuriſdictione Andega. lib.1.cap.30.in prin. & prolixè tracta-
12 tur apud feudorum interpretes. De † dominis ſubditorum extat elegans canon Caroli Magni, in capitulis lib.2. cap.22. hoc tenore: *Admonendi ſunt domini ſubditorum, vt circa ſuos piè, & miſericorditer agant,nec eos, qualibet iniuſta occaſione condemnent, nec vi opprimant, nec illorum ſubſtantiolas iniuſtè tollant,nec ipſa debita,quæ à ſubditis reddẽda ſunt,impiè ac crudeliter exigantur.* In quo vitium eſt,reponiq; debet, *exigãt.*
13 Et † quod propoſito negotio convenit,notant interpretes, propter nimiã crudelitatem poſſe ſubditos à domino recedere,eique auferre juriſdictionem atque imperium. Cujus rei inter alia

Tyrannorum facinora, exemplo eſſe poteſt Tigranis aſperrima timidiſſimaque ſuperbia,& execrabilis fœneratorum ac publicanorum ſævitia in vrbibus Aſiæ, quarum civibus tributi vice hoc impoſitum erat, vt addicti ſervirent,& quæ longe difficiliora turpioraque videbantur, vincula,catenas,carceres tormenta ſubire, ſole ſub ardenti laboribus obrui, & rigidiſſima hieme in luto glacieque verſari compellebãtur. Baldus in d.l. ſi dominus. Patria † 14
poteſtas in liberos, quanquã iure Romanorum maior fuerit, quàm dominorum in ſervos,quo commodius fœrocia & contumacia liberorum coerceretur, nihilominus tamen Romani exiſtimarunt,poteſtatem illam parentum ſic per ſe libratam,ſic dilutam natura,pietate atque indulgentia,ſic liberis conſulentem, vt nunquam veriti ſint ex conceſſione licentiam aut crudelitatem. Quoniam vt amantis in amicam, ſic patris in filium minæ non ſolent eſſe veraces. Deinde pro magno peccato modicum ſupplicij ſatis eſt patri. Et nemo ad ſupplicia pervenit, niſi qui omnia remedia conſumpſit. Et vix eſt pater qui ob ſibi illatam iniuriam, filium interfecerit, ob illatam reipublicæ quandoque accidit, vt pietas patriæ, patriam poteſtatem ſubmoveret, & diſciplina publica, privatam, vt antiquitatis exemplis comprobat Petrus Erodius. Decretor. lib.4.tit.6. de emenda. ſervor. & patria poteſtate. Ob quod multũ differt imperium patris & domini,longeque alia ratione regendos eſſe liberos, alia ſervos,multi veteres ſcriptores tradiderũt.

Nam

Nam ſervilis animus naturali quodam dominorum odio imbutus, coërceri ferè niſi malo non poteſt. Liberi, quos cum parentibus arctiſſimo charitatis vinculo natura copulavit, officijs, obſequio & benevolentia ſunt provocandi; vituperandaq; eſt eorum opinio, qui metu potius quam reverentia quadam, filios in officio continendos putant. Nam vt eleganter Afranius ſcribit:

Horunce parentum eſt vita bilis liberis.
Qui malunt metui, quàm vereri ſe à ſuis.

Et proindè eâ vtendum eſt dexteritate, vt ij qui reprehenduntur, ipſi nō odio ſui, ſed amore potius & benevolentia id fieri ſentiant, temperanda omnia, vt ab odio ſeveritatem comitas vindicet, & à contemptu ſeveritas comitatem. Illud prætermittendum non eſt, patriam poteſtatem jure civili conſtitutam, paſſim in Gallijs conſuetudine ſublatam eſſe. Accurſius in §. 1. inſtitut. de nuptijs. Vnde Baldus ſcribit, in c. 1. §. ſi duo de duobus fratribus de novo beneficio inueſtitis. Francos filios familias & Britannos Celtas teſtamenti condendi jus habere, etiam de bonis adventitijs: Quod latius diſtinguit Reinat⁹ Choppinus. in libello, de communibus Galliæ conſuetudinibus parte 2. num. 2. In Belgij ditionibus varia eſt hujus rei obſervatio: Et vidi quoſdam pragmaticos ſuſtinere filiosfamilias in Brabantia jus teſtandi habere etiam citra conſenſum parentum. Quorum ſententia inde colorem accipit, quod in omnib⁹ ferè Belgij ditionibus, jus ſcriptum nō ex authoritate, ſed eatenus tātum quatenus invenitur rationabile, vel moribus vſitatum obſervetur. Denique de parentum in liberos, & maritorum in coniuges poteſtate, non minus copioſè quàm eleganter diſſerit Ioannes Bodinus de republ. lib. 1. cap. 3. & 4.

SVMMARIA.

1. *L. 1. ff. de abigeis ex Ruffino ſuppleta & reſtituta.*
2. *Gladiatores ad ludum damnati, quomodo rudem, quomodo libertatem accipere ſoleant.*
3. *Seruos domini voluntate vxorem ducentes aut pileatos in funere incedentes liberos eſſe. & 6.*
4. *Volones qui fuerint.*
5. *Ab hoſtibus liberatos pileum geſtare ſolitos.*
7. *Equos magnatum funus antecedentes Eccleſiæ cedere.*
8. *Damnatos ad gladium etiam eos dici qui ad ludum gladiatorium damnabantur.*
9. *Gladiatoria ſpectacula veteribus vſitatiſſima, quando è medio ſublata.*
10. *Licinius Ruffinus quis fuerit.*

CAPVT QVARTVM.

1 VLpianus † lib. 8. de officio Proconſulis, in l. 1. ff. de abigeis. refert Reſcriptũ divi Hadriani ad conſilium, ſeu verius ad Proconſulem Beticæ. Sed corruptè & prætermiſſa maiore parte reſcripti; quod in collatione legum Iudaicarum & Romanarum quæ Licinio Ruffino adſcribitur, integrum refertur his verbis: *De abigeis puniendis, ita Divus Hadrianus reſcripſit cõſilio Beticæ. Abigei cum duriſſimè puniuntur, ad gladium damnari ſolent, puniuntur autem duriſſimè non vbiq; ſed vbi frequentius eſt hoc genus maleficij, alioquin & in opus, & nonnunquã temporariũ dãnantur: Ideoq; puto apud vos quoq; ſufficere genus pœnæ quod maximum huic maleficio irrogari ſolet, vt ad gladium abigei dentur: aut ſi quis tam notus aut tam gravis in abigendo fuit, & prius ex hoc crimine aliqua pœna affectus ſit, hunc in metallũ dari oportere.* Sed credendum eſt à Triboniano in Pandectis Reſcriptum divi Hadriani non integrum referri; propter dubitationem & contradictionem quæ ab Vlpiano apud Ruffinum ſubijcitur his verbis: *Reſcriptũ Divi Hadriani ſic loquitur, quaſi gravior pœna ſit metalli: niſi forte hoc ſenſit divus Hadrianus, gladij pœnam dicendo ludi damnationem. Eſt autem differentia inter eos qui ad gladium, & eos qui ad ludum damnantur: Nam ad gladiũ damnati confeſtim conſumuntur, vel certè intra annum debent conſumi, hoc enim mandatis continetur: Ii vero qui in ludum damnantur, non vtiq; conſumuntur, ſed etiam pileari & rudem accipere poſſunt poſt interuallum: ſiquidẽ poſt quinquẽnium pileari, poteſt triẽniũ autem rudem induere eis permittitur, &c.*

Sed † quanquã Vlpianus rectè notet reſcriptum divi Hadriani, & proinde omnia illius verba nõ conveniant concinnitati & conſonantiæ legum Iuſtinianearum, lucem tamen adferunt antiquitati, hiſtoriæ & moribus veterum Romanorũ, quib⁹ permittitur gladiatoribus in ludum damnatis rudem accipere, id eſt digniore quadam conditione fieri, & immunitatem quandam accipere à pugnâ poſt triennium; & pileari, id eſt pileum accipere in ſignũ plenæ libertatis poſt quinquennium. Etenim qui voluntate domini tanquã liber jure Quiritium duxerit vxorem, aut pileatus inceſſerit, ipſo jure manumiſſus videtur: Signa enim hæc atque inditia ſunt non ſolum libertatis, verũ etiam dignitatis & ingenuitatis, Petrus Erodius decretorum lib. 3. de manumiſſ. Quod eleganter probat Iuſtinianus, in l. 1. §. ſed & qui C. de latinâ libert. toll. dum ſcribit, *ſervos qui domini funus pileati antecedunt, vel in ipſo lecto ſtantes cadaver ventilare videntur, ſi hoc ex voluntate fiat, vel teſtatoris vel hæredis, ilico cives Romanos fieri*: Moris enim fuit vt ſervis cum manumitterẽtur, demerentur capilli, & capiti calvo imponeretur pileus: De quo Plautus in Amphit. *vt ego hodie raſo capite capiam pileum.* & Livius lib. 24. *poſtero die inquit ſerui ad pileum vocati, & carcere vincti emiſſi*: Seneca quoque epiſtolarum lib. 6. ita ſcribit, *dicet nunc aliquis me vocare ad pileum ſeruos, & dominos de faſtigio ſuo deijcere.* Extatq; vetus hæc ex L. Cuſpidij teſtamẽto clauſula. *Tauro qui multum mecum & diu laborauit, pileum do et talenta quatuor, vt honeſtè vitã* 2

degere

degere poſſit. Plura huc pertinentia re-
fert Iacobus Reyvardus de authoritate
prudentum cap.7.circa finem. Et huc
pertinet Livij illud lib. 4. belli punici,
cum ita ſcribit. *pileati, aut lana alba ve-
latis capitibus volones epulati ſunt.* Nam
4 † volones ſervi erant recenter manu-
miſſi, de quibus idem Livius lib. 4. de-
cad. 3. *Et Gracchus inquit ita permiſit, vt
in publico epularentur omnes, ante ſuas qui-
buſq; fores, prolata omnia, pileati aut lana*
5 *alba velatis capitibus*: Et † huius con-
ſuetudinis ratio latiꝰ porrecta eſt, adeo
quod liberati ab hoſte (etiamſi Sena-
torij ordinis forent) pileo vterentur.
Vnde Livius, lib. 10. decad. 3. de Q. Te-
rentio Culleone, à Scipione ab hoſtibꝰ
liberato, ſic ſcribit, *Secutus Scipionē triū-
phantem, pileo capiti impoſito Q. Teren-
tius Culleo, omniq; deinde vita (vt dignum
erat) libertatis authorem coluit.* Plura huc
pertinentia videri poſſunt, apud Wolff-
gangum Laſſium, commentariorum
reip. Rom. lib. 8. cap. 14. & Iacobum
Reyuardum, de authoritate prudentiū
6 cap.7. circa finem. Ideo autem † qui
pileati incedunt, & aut voluntate teſta-
toris vel hæredis, funus precedunt, pro
liberis habentur quia pro talibus exhi-
bentur populo, qui decipi non debet, d.
l. 1. §, ſed & qui, C. de lat. libert. tollen-
7 da. Vnde † eleganter Baldus refert, e-
quos qui antecedūt uel ſequuntur funꝰ
magnatū & nobilium, cedere fabricæ
eccleſiæ, in qua illi ſepeliuntur. Eodē-
que pertinet, quod generaliter ſcripſit
Ioannes Bacquetus parte 5. cap. 20. nu.
27. des droicts du domaine, de pannis
funeralibus, & alijs ornamentis fu-
neris fabricæ eccleſiæ applicandis. Et

quia † ſecundum Vlp. interpretatio- 8
nem in Divi Hadriani reſcripto, agitur
nō de pœna gladij ſed de damnatione
ad ludum; dubia redditur eorū inter-
pretatio, qui damnationem ad gladiū,
non de ludo gladiatorio, ſed de pœnæ
capitis accipiunt, quanquā alioqui dā-
nati ad ludum, æquale pœnæ periculū
ſuſtinuerint cū capite dānatis: Gladia-
toribus enim in arenā progreſſis ea ne-
ceſſitas fuit impoſita, vt adverſarium
victum occiderent, aut idem ab eo ex-
pectarent. Et † hæc fuerunt gladiatorū 9
ſpectacula, magno in vſu primum Græ-
cis, deinde etiam Romanis, ſic vt non
in conventibꝰ ſolum, ludis, ac theatris,
ea populo exhiberent, verumetiā ami-
ci in privatis epulis. Et ſi alter alterum,
aut hominem beſtia iugulaſſet, quaſi
mirificè oblectati applaudebant. Quæ
peſſima cōſuetudo à Cōſtantino Mag-
no & Honorio invaleſcente Chriſtia-
niſmo ſublata eſt. Eiuſdem † collatio- 10
nis legum beneficio, tollitur præpoſte-
ratio dictionum apud Vlp. in d. l. 1. §.
abigei autem in verbis: *equos de gregi-
bus, vel boues de armentis abducentes*, le-
gendo, *equos de armentis, vel oues de gre-
gibus &c.* & eodem loco in fine, vbi a-
pud Vlp. ſimpliciter legitur: *Sane qui
cū gladio abigunt nunnunquā beſtijs ſubij-
ciuntur*, rectius in dicta collatione legi-
tur. *Romæ tamen etiam beſtijs abigeos vi-
demus ſubijci, & ſane qui cum gladio abi-
gunt, nunnunquā hac pœna afficiuntur.* Il-
lud † parum exploratum eſt quis fuerit 11
Licinius Ruffinus, cui collatio illa tri-
buitur: Nā ex priſcis ſcriptoribus fuiſ-
ſe manifeſtum eſt, ex integris Papinia-
ni, Pauli, Vlpiani, Caij, Modeſtini

aliorumq; veterum juris authorum libris,ante tempora Iuſtiniani deſumptis. Et collationem illam non eſſe Lucilij Ruffini, cuius nomine ad Iulium Paulum in Pandectis conſultatio in ſcripta eſt,colligitur ex rudi coacervatione,nullius IC .acumen præſe ferẽtis. Et Iacobus Cuiatius lib.7. obſervationum cap. 2. Lucinium illum quiſquis fuerit, Chriſtianum fuiſſe aſſerit. Alius Iudeum fuiſſe cõtendit ,qui cum laborare ſectam ſuam videret inuidiâ, demonſtrare ſtuduit ex patrijs ſuis legibus fluxiſſe leges Romanas , de quo ego nihil definio , niſi quod parũ provid⁹ compilator fuerit, cui tamẽ multa priſci juris fragmenta debentur.

SVMMARIA.

1. *L. commodiſſimè ff. de lib. & poſthu vera lectio.*
2. *L. filius § ſi quis d t. emendata & explicata. & 7.*
3. *Tutor pupillam ſuam ducere prohibetur.*
4. *Heredem inſtitui poſſe etiam cum qui naſcetur ex eâ cum quâ tempore teſtamenti matrimoniũ eſſe non potuit. & 5.*
5. *Teſtatoris conditionem quæ mortis tempore fuit inſpici & 6.*
8. *Tenor ætatis quid ſignificet.*

CAPVT QVINTVM.

1 APud † Pomponium in l. commodiſſimè ff. de lib. & poſth. redundat dictio *filius*, dum ita legitur: *Natus rũpit teſtamẽtũ: quia hic filius,nec ſub conditione quidem ſcriptus hæres intelligitur,qui in hunc caſum naſcitur. qui non eſt teſtamento cõprehẽſus.* Et magis elegans ac cõgruẽtior eſt locutio, ſi expunctâ illâ dictione *filius* ita legatur *natus rũpit teſtamẽtũ quia hic nec ſub conditione quidem ſcriptus hæres intelligitur.* Cæterum probare non poſſum eorum ſententiam,qui pro verbis illis Pomponij *ſcriptus hæres* legũt *ſcriptus exhæres*; Quoniam in toto illo Pomponij reſpõſo,non de exhæredatione, ſed inſtitutione eius qui nondum natus eſt quæritur; & poſt propoſitas duas ſpecies, quibus in vtrumq; caſum,& juris antiqui,& legis Velleæ, inſtitutio rectè facta eſt,ſubijcitur tertia ſpecies, id eſt cũ aut viuo tantum teſtatore aut mortuo poſthumus naſcitur veluti ſi dictum ſit, *ſi me viuo naſcatur*, recte quidem in illo vno caſu facta eſt inſtitutio,quę ceſſat in altero caſu qui omiſſus eſt. Adeo vt in omiſſo illo caſu , nec ſub conditione quidem ſcriptus hæres intelligatur,qui in hunc caſum naſcitur , qui in teſtamento non eſt comprehenſus. De quo tum apud veteres legum interpp. magna fuit contentio,quam Iuſtin.ſua conſtitutione , l. vlt C.de poſthumis hæredibus inſtit. ſuſtulit. Definiendo nulla hujuſmodi verborum poſitione ruptum fieri teſtamentũ. Sed ſive viuo teſtato-

teſtatore, ſive poſt mortem eius intra decem menſes filius vel filia fuerint progeniti, manere teſtatoris voluntatem immutilatam, ne pœnam patiatur præteritionis, qui ſuos non præterijt. Et recte Antonius Contius annotavit, conſtitutionem illam Iuſtiniani defectu laborare, & poſt verba illa: *ruptum facere&c.* hæc adijcienda eſſe *hi qui vivo teſtatore nati ſunt.* quę Iuſtiniani emẽdationem & ſententiam perfectiſſimã efficiunt.
2 Idem † Pomponius lib. 20. diſputationum, in l. filius §. ſi quis ff. de lib. & poſthumis, laborat redundantià dictionis *teſtator*, quæ ab interprete adiecta eſt, & orationem conturbat: dum ita legitur: *ſi quis eo tempore, quo nondũ eius vxor eſſe poſſet, teſtator natum ex ea ſcripſit hæredem &c.* Quæ ſublata illa dictione: *teſtator* maiorem habent elegantiam, & propria ſunt Pomponij. Apud quem quidã ex Neotericis, ſubtili ingenio, & cum probabilitatis ratione, movet controverſiam, in verbis: *Ex Titia quæ tunc propter tenorem ætatis vxor duci non potuit*, exiſtimans pro *tenorem ætatis* ſubſtitui debere *tenerum ætatis*. Eiuſque opinio adiuuari videtur authoritate eorum librorum, in quibus pro *tenorem ætatis* legitur *minorem ætatem*. Nec parum facit ipſius locutionis elegantia, vt tenerum ætatis, dicatur eadem phraſi & loquendi formulâ, qua dicimus: lubricum ætatis, cautionis incertum, ſecretum alienæ voluntatis, lubricum lingue, ambiguum conditionis, martis ambigua, neceſſitatis abruptũ, certum temporis, multum temporis, certo loci, eo loci, & pleraque alia ſimilia. Sed quanquam hæc ſpecioſa ſit conſideratio, ratio tamen concurrẽtium circumſtantiarum in Pomponij reſponſo, in d. §. ſi quis. eam vix admittere videtur. Pomponius enim quærit, non de eâ quæ ob impuberem ſeu teneram ætatem vxor eſſe nõ poteſt, ſed de eâ cuius matrimonio obſtat ſervit⁹, aut quam ex S C. prohibentur tutores & filij eorum vxorem ducere, niſi redditis rationibus, & à tempore annorũ vigniti quinq;, & vtilis anni, vt verbis Pomponij exprimitur. Si quis (inquit) eo tẽpore quo nõdũ eius vxor eſſe poſſet, teſtatòr natũ ex ea ſcripſit hæredẽ: an poſtea cõtracto licito matrimonio nat⁹, hęres ex teſtamẽto eſſe poſſit quęritur, veluti ſi ſcribas hodiè hæredem qui tibi ex Titia natus erit, quando Titia ancilla, vel minor annis vigintiquinq;, cuius pater tuus tutelam adminiſtravit, aut tutor tu ipſe fuiſti. Poſtea Titia vxor iuſta tibi fuerit, vel libertatem adepta, vel à tempore annorum viginti quinq;, & vtilis anni, & rationum allegatione; &c. Quæ ad teneram ſeu impuberem ætatẽ adaptari nequeunt. Sed † referuntur ad SC. 3
ſeu orationem, qua prohibetur tutor vel curator, adultam vel pupillam vxorem ducere, l. tutor vel curator l. SC. l. ſi quis tutor ff. de ritu nuptiarum. etiãſi maiorem ætatem habeat, & plenis ſit nubilis annis, niſi à tempore annorum 25. & vtilis anni, ac redditis rationibus, d. §. ſi quis eo tempore. nè pupillæ in re familiari circumſcribantur, ab his qui rationes eis geſtæ tutelæ reddere compelluntur, in l. ſi patris C. de interdicto matrimonio. Cuius rei tanta fuit ſollicitudo antiquis, vt Impp. reſcrip-

ſerint in l.ſi patris C.de interdicto matrimonio. Eum qui patris ſui pupillā, nōdum reddita tutelę ratione, vel poſt redditam, nondū exacto 25 anno, nec non vtili etiam, vxorem duxit, nec matrimonium cum ea habuiſſe, nec filiū ex huiuſmodi coniunctione procreaſſe
4 videri poſſe. Ob † quod merito dubitavit Pōponius, an rectè quis inſtitueret hæredem eum, qui ex Titia naſceretur, quando Titia ancilla vel minor 25. annis exiſteret, cuius tutor ipſe inſtituens aut pater eius fuiſſet, licet poſtea Titia vel libertatem adepta, vel à tempore annorum 25. & vtilis anni, reddita ratione juſta vxor fuerit: Quia tempore teſtamenti, & factæ inſtitutionis, nuptiæ non potuerunt conſiſtere, nō propter teneram ætatem, ſed propter ætatis moderationem & prohibitionem ex
5 SC. inductam. Cæterum † quia vltimæ voluntates & teſtamenta demum vltimo vitæ ſpiritu, & morte teſtatoris robur & firmitatem accipiunt, reſpondit Pomponius, non dubitari, ex Titia, quę tunc propter tenorem ætatis vxor duci non xotuit, quando teſtamentum fiebat, natum poſtea ea vxore ducta, hęredem eſſe poſſe: generaliter ſubijciēdo; nato poſt teſtamentum hærede ſcripto, aditum ad hæreditatem dari, in qualicunq; ſtatu teſtamēti faciēdi tēpore fuit, quę poſtea teſtatori civiliter nupta eſt. Vnde ſequitur recte eum quoque hæredem inſtitui & ſuccedere, qui naſcetur ex ea, cum qua ob deportationem jus connubij tempore teſtamenti non fuit, ſi poſtea impetrato remeatu reſtituta ſit; Quamuis alioqui ipſi deportatæ legari non poſſit, vt ex Cicerone Verrinâ 3. pulchro exemplo demonſtrat Petrus Erodius, decretorum lib. 3. c. 5. Eadem † ratione Latinus & cœlebs 6
(cum quibus teſtamenti factio nō eſt) hæredes eſſe poſſunt, ſi cœlebs legi Papiæ paruerit, & Latinus civis Romanus efficiatur tempore mortis teſtatoris, aut intra diem cretionis. Non enim vitioſa eſt hujuſmodi inſtitutio. quia ineſt ei conditio. & regula Catoniana ad inſtitutiones conditionales nō pertinet. Ob quod † ſecundum conſentientem omnium fere Codicum authoritatem, & naturam rei de qua agitur, apud Pomponium, in d.l. filiꝰ §. ſi quis. nō *minorem ætatem* aut *tenerum ætatis*, ſed *tenorem ætatis* legi & retineri debere videtur probabiliꝰ; Tenore † ætatis 8
accepto pro ſtatu, ordine, qualitate & moderatione ętatis ſpeciali ratione SC. requiſita, juxta illud Virgilij.

Non alios prima creſcentis origine mundi.
Illuxiſſe dies, aliumue habuiſſe tenorem.

Item illud Valerij Maximi, lib. 1. *Quominus religionibus ſuus tenor, ſuaq; obſervatio redderetur* eodem pertinent Ciceronis verba de oratore. *Iſq; vno tenore (vt aiunt) in dicendo fluit.* Item quod Seneca ſcribit Epiſtol. lib. 3. *vitium eſt hæc diverſitas & ſignum vacillantis animi, ac nondum habentis tenorem ſuum.* In quare nolim mihi lector omnino adhæreat, ſed id ſequatur quod magis probabit, qua in tenebris micando, & ex conjecturis res ignotas inveſtigando, labi & errare poſſum.

SVM.

SVMMARIA.

1. *§. ſui autem & §. cum filius. Inſt. de her. quæ ab inteſt. emendati.*
2. *Nepotes ex filio defuncto in patris ſui locum ſuccedere.*
3. *Filij fratrum in patrui ſucceſſione in capita ſuccedunt.*
4. *Tranſuerſales omnes in capita ſuccedere.*
5. *Nepotes per repræſentationem ſuccedentes ex proprio iure venire.*
6. *Repræſentationis ius quouſque extendatur, quando, & in quibus locum habeat.* & 7.
8. *Frater vtrinque coniunctus, ex vno tantum latere coniuncto præfertur.*

CAPVT SEXTVM.

IVſtinianus in §. ſui autem heredes
inſt. de her. quæ ab inteſt. defer. ex
Pauli ſententiarum libro quarto.
ita ſcribit. *Sui autem heredes fiunt etiam
ignorantes, & licet furioſi ſint, heredes po-
ſſunt exiſtere.* quæ in Pauli ſententijs
plenius referuntur hoc modo: *Qui ſui
hæredes ſunt, ipſo iure hæredes etiam igno-
rantes conſtituuntur, vt furioſi, infantes,
& peregrinantes.* Et rurſus rectè margi-
nalis additio notat, in §. cum filius filia-
ve. *Aui* dictionem expungendam eſſe.
Sed quamuis non ſit dubium, Iuſtinia-
ni locum, in d. §. cum filius. ex Caij in-
ſtitutionibus depromi, tit. de inteſta-
torum hæreditatibus. tamẽ varia eiuſ-
dem loci eſt lectiò, & apud Iuſtinianũ
& apud Caiũ, loco citato. atq; apud Li-
cinium Ruffinum. de collat. legum Iu-
daic. & Romanarum tit. de legitt. ſuc-
ceſſione. qui ſatis convenit cum eo,
quod apud Iuſtinianum legitur. A quo
Pauli verba diſcrepant, licet eandẽ ſen-
2 tentiã habeant. Videlicet † quod quã-
do aliquis moritur relicto filio aut filia,
& ex alio filio defuncto nepotib⁹ nep-
tibuſue, nepotes nepteſue ex filio de-
functo, cum filio filiaue concurrant, &
portionem quam pater eorum erat ha-
biturus accipiant. Quia conſtitutũ eſt,
vt inter ſuos proximior, longiore gra-
du poſitos non excludat, & non in ca-
pita ſed in ſtirpes dividatur hereditas.
Quod prolixius Caius & Iuſtinianus
proſequuntur, & eleganter confirmat
Paulus ſententiarũ lib. 4. his verbis. *fi-
lij ſi cum nepotibus ex alio filio ſuſceptis, in
familia retinentur, ab inteſtato ad patris
ſucceſſionem cum fratris filijs vocantur,
quib⁹ in patris ſui partem venientibus, he-
reditas in ſtirpes, & non in capita dividi-
tur, ita vt filius & plures nepotes ſingulos
ſemiſſes habeant. Idemq́ue evenit ſi cum eo
ex duobus filijs in pari numero nepotes ſuc-
ceſſerint.* Sed apud Licinium Ruffinũ
depravatè legitur. *Item ſi ex duobus filijs
nepotes extent, ex altero filio vnus forte
vel duo, ex altero tres aut quatuor, altera
dimidiam &c.* Et ex Iuſtiniano reponẽ-
dum eſt: *Item ſi ex duobus filijs nepotes
nepteſue exiſtant, ex altero vnus forte aut
duo, ex altero tres aut quatuor, ad vnũ aut
duos dimidia pars pertineat, ad tres vel ad
quatuor altera dimidia,* hoc eſt, vt Cajus

Digitized by Google

recte ſubijcit: *vt tales accipiãt portiones,*
quales patres eorum ſi vixiſſent habituri
erant, de quo vide elegans conſilium
Baldi 199. incipiens ad euidentiã par-
3 te tertiâ. Sed † perpetua fuit doctorum
contentio, an filij fratrum vel ſororũ,
cum ſunt ſoli & ſine patruis ſiue auun-
culis, in capita, vel in ſtirpes ſuccedant,
donec Imperator Carolus Quintus re
relata ad Senatum Imperij, in Spirenſi-
bus comitijs anno 1529. Aſonis opi-
nionem cõfirmavit, & imperiali edicto
ſtatuit, eos partiri inter ſe debere hære-
ditatem patrui vel auunculi in capita
non in ſtirpes. Quod † idem obſerva-
tur, ſi patrueles, amitini, conſobrini vel
conſobrinæ ad defuncti ſucceſſionem
concvrrant, propter regulam juris ve-
teris, ſecundum quam trãſuerſales ſuc-
cedunt in capita, d. l. poſt conſang. §.
hæreditas, & l. 12. tabularum, C. de le-
git. hæredibꝰ. Quæ regula non eſt im-
4 mutata, niſi in ſolis liberis defunctorũ
fratrum, concurrentibus cum patruis
vel amitis. Et ita dicit Bartholus ſe cõ-
ſuluiſſe in civitate Aſſicij. Illud etiam
5 in repræſentationis † articulo ſingu-
lare eſt, & animadverſione digniſſimũ,
quod quamuis nepotes per repræſenta-
tionem, veniant in locum parentum
defunctorum, non fiunt tamen eorum
ſucceſſores, ſed ex proprio capite & ju-
re ſuo admittuntur. abſque alterius ju-
ris tranſmiſſione Lodo. de Molina lib.
3. c. 6 nu. 29. Ideoque defuncti patris
aut matris pactio, aut renunciatio, aut
etiam anticipatio alterutri eorum facta,
illis non adverſatur nec præiudicat,
quominus integram portionem ſuam
6 jure proprio conſequantur. Præterea †
quod remotior in gradu, per repræſen-
tationem admittatur cum proximiore
in linea collaterali, procedit duntaxat,
quando agitur de hæreditate patrui, a-
mitæ, auunculi vel materteræ. Nam vl-
tra hanc ſpeciem in lineà collaterali nõ
admittitur repręſentatio: Sed remane-
mus ſub regula juris antiqui, ſecundũ
quam proximior in gradu ſuccedit §. ſi
plures inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. id
quod Pulchrè tractat Marianus Soſinꝰ
cõſil. 36. num. 4. & 5. parte 1. Nec † eſt 7
prætermittẽdum jus repræſentationis,
ratione ſpeciali, & ex privilegio indu-
ctum eſſe, § ſi autem defuncti Autenti-
ca de heredit. quæ ab inteſtato. Ideoque
tunc dèmum locũ habet, ſi is qui vult
alium proximiorem repręſentare vivo
eo conceptus erat. Alias enim ex per-
ſona illius, quo vivo nondum concep-
tus erat, in locum ejus venire nõ poteſt,
vt late & eleganter tradit Andreas Ti-
raquellus, de retractu conſanguinitatis
§. 11. in verbis ou ceulx qui les repre-
ſenteront nu. 80. & multis ſeqq. Vnde
etiam fit, quod quoties proximior vo-
catur ex lege municipali vel conſuetu-
dine, non comprehendatur qui ſecun-
do gradu eſt, licet is ſit qui priorem re-
præſentare ſoleat. l. jubemus in princ.
& ibi DD. ad Trebell. cum multis alijs
citatis ab Andrea Tiraquello in tracta-
tu primogenituræ quæſtione 4. De quo
articulo & an in feudis, jure patronatus
emphiteuſi, maioratu, fideicommiſſo
familiæ relicto, & alijs ſimilibus locum
habeat eleganter tractat, & vſui forenſi
applicat Ludovicus de Molina IC. Hi-
ſpanus conſumatiſſimus de Hiſpanorũ
primogeniorum origine ac natura lib.

3. cap.

8 3. cap. 6. 7. & 8. Poſtremo † pro ſingulari notandum eſt, in fratribus & fratrum filijs, vtrumque conjunctū præferri ex altero latere tantum cõiuncto, propter duplicis vinculi potentiam. Auth. de conſang & vterinis fra. §. quia igitur coll. 6. ſed hoc in fratrib⁹ & fratrū filijs ſpeciale eſt, & in vlteriorib⁹ aliud obſervatur; patrui enim & ſuperiores ſuccedunt per regulam juris antiqui, l. poſt conſanguineos §. hæreditas ff. de ſuis & legit. hered. quod pulchre explicat Bald. conſ. 425. incip. punctus talis eſt vol. 3. quomodo nepos ſeu neptis ſuccedat in locum parentum, id eſt in gradum & perſonam patris ſeu matris pulchre tractat Capit. deciſ. 21.

SVMMARIA.

1. *L. 1. ff. de interd. & releg. integritati reſtituta.*
2. *Relegati rerum ſuarum dominio non ſpoliantur. & 3.*
4. *Deportatio gravior relegatione, eiuſque plures differentiæ.*
5. *Deportandi ius penes ſolum Principem eſſe.*
6. *Hiſpaniæ conſuetudo in deportationibus.*
7. *Iudex eccleſiaſticus an poſſit deportare.*
8. *Reſtitutio damnatorum à ſolo Principe fit. & 10.*
9. *L. relegati in f. princ ff. de pœnis vera lectio.*
11. *Reſtitutiones damnatorum quando valeant.*
12. *Regalia quæ ſint & quibus competant.*
13. *Conſuetudinem ius regalium tribuere quibus alioqui non competit.*
14. *Indulgentia ab inferiore impetrata quatenus porrigatur.*
15. *Indulgentiarum cauſæ multiplices.*

CAPVT SEPTIMVM.

1 EXtat † caput ex Reſcripto Divi Traiani ad Didium Secundum, ſeu rectius ad Aufidium Secundum, quem Vlpianus alio loco, l. item veniunt §. præter hæc ff. de petit. hæred. vocat Titum Aufidium, cumque temporibus Divi Hadriani extitiſſe oſtendit. Verba reſcripti in l. 1. ff. de interd. & releg. hæc ſunt: *Scio relegatorum bona, avaritia ſuperiorum temporum fiſco vindicata. Sed aliud clementiæ meæ convenit, qui inter cætera, quibus innocentiā rationum meorum temporum, hoc quoq; remiſi exemplum.* Quæ latinitatis vitiō laborant, cum redundantiâ dictionis *rationum.* Neque huic malo mederi poteſt, per diverſas conjecturas Accurſij, dum pro: *quibus*, *quod*, pro: *innocentiam, innocentia*, pro: *rationum*, *rationes*, vel *rationem* in quibuſdam libris legitur. Sed nec Charondæ annotatio, margini Plantinæ editionis addita ſuffragatur, legendo pro dictionibus *innocentiam rationum*, *innocētia ac ratione*

Digitized by Google

In meo antiquiſſimo Codice, abſque gloſſis, & ante tempora Accurſij conſcripto, legitur: *qui inter cætera, quibus innocentia rationem meorum temporum tuëor, hoc quoq; remiſi exemplum.* Quæ elegans eſt conſtructio atque ſignificatio, hunc ſenſum habens. *Qui inter cætera* ſcilicet recte facta, *quibus innocẽtia* id eſt per innocentiam, *rationem meorũ temporum tueor, hoc quoq; remiſi exemplũ*, id eſt relaxaui, non obſervavi, non ſum ſecutus aut imitatus. Et hæc reſtitutio eo proclivius recipienda eſt, quod ad lectionem Græcorum accedat propius. Et quod verbum *tueor*, etiam in antiquioribus editionibus inueniatur, vti etiam in multis libris legitur ablativus ille *innocentiâ* cum dictione *rationem*.

2 Quod † autem ex Reſcripto Divi Trajani, relegatis dominium rerum ſuarũ relinquatur, etiam ſuperioribus temporibus Auguſto imperante obtinuiſſe Ovidius teſtatur, qui cum relegatus eſſet, ita ſcripſit.

Ira quidem moderata tua eſt, vitamq; dediſti.
Nec mihi ius civis, nec mihi nomen abeſt.
Nec mea conceſſa eſt alijs fortuna, nec exul,
Edicti verbis nominor ipſe tui.

3 Sed † animadvertendum eſt, relegatos bona ſua retinuiſſe Auguſti & Traiani temporibus, non ex certa & conſtanti legis diſpoſitione, ſed magis ex clementia & benignitate imperantium. Idque tunc, quando per ſententiam pars bonorum, vel bona omnia non eſſent ademptа. alioqui enim conſueverant Romani, etiam publicare illorum bona, quos maxumis criminibus damnabant. Alex. ab Alexand genial. dier. lib. 3. c. 23. Et hoc eſt quod Vlpianus reſpondit, in l. relegatorum §. hæc eſt differentia verſic. ad tempus relegatis ff. de interdictis & relegatis. *Ad tempus relegatis, neq; tota bona, neq; partem adimi debere, reſcriptis quibuſdam manifeſtatur, repræhenſæq; ſunt ſententiæ eorum, qui ad tempus relegatis ademerunt partem bonorum, vel bona, ſic tamen, vt non infirmarentur ſentẽtiæ, quæ ita ſunt prolatæ.* Quæ † aliter ſe habent in deportato: hæc e- 4
nim eſt differentia, quod in inſulã relegari & ad tempus & in perpetuum quis poteſt. Deportatio autem ad tempus non ſolet fieri, d. l. relegatorum §. hæc eſt differentia & l. relegatus in fine de interdictis & relegatis. ſecundum ſupple ionem à Contio ex libris Baſilicon factam. Deinde ſive ad tempus ſive in perpetuum quis fuerit relegatus, civitatem Romanam retinet d. §. hæc eſt differentia. Secundum quod accipiendum eſt quod Vlpianus reſpondit, de eo qui in exilium, ſalva civitate abijt, vbi defenſori eius exceptio iſta proderit, l. ſed etſi quis in prin. ff. ſi quis cautionibus. Deportatus vero civitatem amittit, & ſpeciali jure civitatis nõ fruitur, licet jure gentium vtatur. l. deportatus in prin. de interdictis & releg. in ſuppletione Contij. Rurſus, relegatus integrum ſtatum ſuum retinet, & dominium rerum ſuarum, & patriam poteſtatem, ſive ad tempus, ſive in perpetuum relegatus ſit. l. relegati in inſulam ff. de interdictis & relegatis. Quia in inſulam relegati, in poteſtate liberos ſuos retinent, ſicut alia omnia jura ſua & bona,

bona, præter ea quæ ſpeciali ſententiâ eis adimuntur: Nam eorum qui in perpetuum exilium dati ſunt, vel relegati, Præſes poteſt partem bonorum ſpeciali ſententia publicare. Alioquin ſine ſpeciali ſententia, relegationem nõ ſequitur publicatio. vt recte annotavit Græcus interpres, in d.l. relegati. E cõtrario, deportationẽ ſequitur tacita publicatio, & civitatem & bona adimit. relegatio vtrumq; conſervat, niſi ſpecialiter bona publicentur, l. relegatus eſt is ff. de interdictis & relegatis. Deportati neque manumittere poſſunt, l. 2. ff. de interdict. & relegatis. neq; hæreditatem neq; legata accipere: quia nec teſtamenti faciendi jus habent, cũ ſint ἀπόλιδες, l. 1. §. hi quib' ff. de leg. 1. quæ omnia permittuntur relegatis. Ex benignitate tamen, deportatis teſtamẽto relinquuntur, quæ ad victum & alios neceſſarios vſus ſufficiunt. l. cum Vlpian' de interdict. & releg. in libris Baſilicon. Et hoc eſt quod imperator Antoninus reſcripſit, in hunc modum, in d l. cum Vlpianus. *Neque hæreditas, neq; legatum, neq; fideicommiſſum, contra mores & ius publicum, huiuſmodi perſonis relinqui poteſt, nec conditio harum perſonarum mutari debet. Quod vero pie rogaſtis, liceat vobis vltima voluntate, eis ad victũ & alios vſus neceſſarios ſufficientia relinquere, eiſq; ex hac cauſa relicta capere.*

5 Denique † relegatur quis à Principe, & Senatu, & Præfectis & Præſidibus provinciarum d.l. relegatus. Sed Præſidem provinciæ deportare non poſſe nulla dubitatio eſt. Licet præfecto vrbi, jus deportandi & in metallum damnandi ſpecialiter competat. d.l. rei capitalis §. conſtat de interdictis & releg. l. aut dãnum § Præfecto autem vrbi ff. de pœnis. Cum alioqui exilij indictio & deportatio Principi ſint reſervata, Baldus in l. imperium ff. de juriſdict. omnium jud. per l. illicitas §. qui vniverſas ff. de officio Præſidis. licet aliud ſit in banno vel relegatione, quæ à deportatione multum differt, Celius Rodiginus lectionum antiquarum lib. 14. c. 48. & Petrus Crinitus de honeſta diſciplina lib. 22. c. 5. Baldus in l. 1. C. de hæred. inſtituendis l. relegatorum, ff. de interdictis & relegatis. gloſſa in §. 1. inſtitutis de patria poteſtate adde Baldum Cõſil. 284. in Chriſti nomine nu. 2. parte
prima. Et ita † legibus Hiſpaniæ cautũ 6
eſt; Neminem poſſe in inſulam deportare niſi Regem aut generalem Præſidẽ totius regni. Quod † an in perſonis eccle-
ſiaſticis locum habeat, diſputat Io- 7
annes Gallus quæſt. 72. aſſerendo etiã judicem eccleſiaſticum jus deportandi habere. quod in additione ſuâ ibidem in pulchrâ contingentiâ negat Carolus Molineus, & rectè: quia Epiſcopi & judices eccleſiaſtici carent territorio vt idem Ioannes Gallus ſcribit quæſti. 363.
Nihil habent facti ſed verba tantum. Et † 8
vt deportatio nõ poteſt fieri niſi à Principe, ita nec reſtitutio reorum, pœneq; indulgentia ab alio quam à Principe fieri poteſt. Nam auguſtum quid præ ſe fert hæc licentia revertendi, & eſt mun' Regię celſitudinis eximium. Et hac ratione Præſes provintiæ, eum quem dãnavit reſtituere nequit. Cum nec pronuntiatam ſententiam ſuam revocare poſſit, ſed Principi ſcribere oporteat, ſi quando ei, eius qui nocens videbatur,

poſtea ratio Innocẽtiæ cõſtiterit. l. 1. in fine ff. de quæſt. Et hoc eſt quod Calliſtratus reſpondit: in l. Divi fratres in fine prin. ff. de pœnis. Extare principalia reſcripta, quibus vel pœna imminuta eſt, vel in integrum reſtitutio conceſſa: idque duntaxat à Principibus fieri ſolere. Et hac ratione Reynatus Choppinus ſcribit, de juriſdict. Andegaven. cap. 48. num. 6. Baroni licere criminoſos ablegare ex territorio, non tamen in territorium revocare. Exulũ quippe revocatio Regia poteſtas eſt, velut & pœnæ capitalis remiſſio. Quod & Pliniana oſtendit conſultatio ſuper reſtitutione exulis ad Divum Traianum epiſtolarũ lib. 10. Cũ enim Servilius Calvus Proconſul relegaſſet aliquem in trienniũ, ac deinde in Provinciã morari ſciviſſet, Edictò Plinius de eo retulit ad Cæſarẽ, cujus mandatis cautum fuerat, ne is reſtitueret à ſe vel ab alio relegatos. Itaq; Traianus reſcripſit, *illum qui in provincia remanſerat, vinctum mitti ad Præfectos prætorio debere. Nec enim ſufficere, cum pœnæ ſuæ reſtitui, quam contumaciâ eluſiſſet.* Et ita Zonoras in Nerva Imperatore circa principium ſcribit: Pulſis à Domitiano, civitatem & bona reſtituiſſe Nervam, ſtatim atque rerum potitus eſt, illo ex hominibus ſublato.
9 Quod † Martianus confirmat. in l. relegati in f. ff. de pœnis. *nemo poteſt* (inquit) *commeatum remeatumve dare exuli, niſi imperator ex aliquâ cauſâ.* Quæ poſtrema verba, quia etiam apud Græcos leguntur non quidem reycio, ſed dubito annè interpretis magis eſſe videantur, præſertim cum Græci legerint, nõ: *aliqua cauſa,* ſed *ex juſta cauſa.* Princeps
† enim in indulgentia & venia crimi- 10
nis concedenda, magis gratiam & benignitatem, quam cauſæ iuſtitiam ſequitur. Et in Principè vt inquit Accurſius, in d. l. relegati. voluntas pro cauſa eſt. Ideoque apud Calliſtratum, in d. l. Divi fratres, & alios, in d. l. 1. in fine ff. de quæſtionibus. hæc veniæ indulgentia ſolius Principis arbitrio relinquitur. Princeps enim ſi contra jus poſitivum aliquid ſtatuat, ſemper præſumitur iuſta cauſa moveri, l. relegati in fine de pœnis. Cum Princeps jure poſitivo non ligetur, l. digna vox C. de legib.
Quod † verum eſt, quoties motu pro- 11
prió aliquid facit. Secus, ſi ad poſtulationem alterius, quia tunc juſta cauſâ non præſumitur, ſed potius ſubreptio & obreptio, atquæ importunitas impetrantis, Romanus conſil. 436. incipiente. quod indultum Petri num. 19. l. 1. C. de petitionibus bonorũ ſublatis lib. 10. Vnde in vſu forenſi, remiſſio homicidij, banni, proſcriptionis & ſimilium, in ſupremis tribunalibus Provinciarum approbari & interinari (vt vocant) debent, antequam effectum
ſortiantur. Illud † certum eſt, quod vti 12
jure Romanorum, ita etiam conſtitutionibus Galliç & Hiſpaniæ, revocationem ſeu reſtitutionem banni & exilij, item legitimationem, natalium reſtitutionem, creationem notariorũ, pœne capitalis remiſſionem & ſimilia, à Regalibꝰ procedere, & pure Regia eſſe, in ſignum ſuperioritatis & ſupremi atque vniverſalis dominij. Ex quibus ſequitur, Comites Barones & alios vaſallos recognoſcentes ſuperiorem Principem, non poſſe famæ reſtituere & de-

lictum

ſictum indulgere: Bartholus in l. omnes, §. qui transfugit, ff. de re militari, cum multis alijs relatis in Deciſionib⁹ Senatus Neapolitani, deciſ. 101. in prin. quia reſtitutio quæ fit ex miſericordia, ſoli Principi reſervatur. Bartholus in l. ſi quis vltro, nu. 2. ff. de queſtionibus. Idemq; eſt in omnibus alijs juribus, Principi reſervatis. De quibus latiſſime tractat poſt alios Ioannes Bacquetus, praxis Gallicæ peritiſſimus, in tractatu ſuo: Des droicts du domaine, de la couronne de France.
13 Sed † hæc ita procedūt, niſi ex ſpeciali privilegio, aut immemoriali poſſeſſione, jus regalium alijs inferioribus magnatibus ſit in ſolidum acquiſitum aut communicatum. Quemadmodum videmus in Brabantia, Geldria & vicinis provincijs, Comitibus, Baronibus & alijs jus gladij habentib⁹, etiamnum hodie cōmunicari. Sed hoc ita ut Rex ſeu princeps cum inferioribus ſemper concurrat, eoſque prævenire poſſit: Quia ſemper amplior danti ſupereſt prærogativa & poteſtas. Et publice intereſt, Principi reſervari præventionem ſeu occupationem in dominos inferiores. Quod in regulo Arſchotano, Bredenſi, alijſque Brabantiæ, Geldriæ & Flandriæ magnatib⁹ frequēter vſu venit.
14 Et † Regis ſeu Principis indulgentia ſemper latius patet, quàm alterius magnatis: Qui nō niſi ſuis ſubjectis, pro delictis in ſuo territorio perpetratis, gratiam licentiāque revertendi dare poteſt. Nam gratia Imperatoris aut regis valet & obſervatur per totum Imperium vel regnum, Caſtrenſ. conſil. 33. ſuper primo puncto. vol. 2. Præterea, maior eſt clementia juris & dandæ veniæ poteſtas apud Principē, quàm apud inferiores magnates, qui formulis juſtitiæ ſtrictius alligantur. Cùm alioqui, propter nimiā licentiam & abuſum, indulgentia ab ijs facta in dubium vocari & ad irritū deduci poſſit. Cauſæ autem condonandæ vitæ, aut revocandę proſcriptonis multę ſunt: vt dignitas & meritum perſonæ, ſumma artis peritia, reatus vel peregrinationis atque exilij diuturnitas: Et ſi de muliere agatur, eximia pulchritudo. Vt de accuſatione Phrijnes amicæ Hyperidis, ſcribunt Plutarchus in Hyperide, & Atheneus. lib. 13. c. 22. Neq; enim Hyperidis actione Phrijnes liberata eſt, ſed conſpectu corporis, quod illa ſpetioſiſſimū alioqui deductâ nudaverat tunicâ. Et huc pertinet quod Androdius ſervus, à Cæſare Caligula, multis petentibus pœna ſolutus fuerit, propter Leonis & Androdij mutuam recognitionem. Gellius lib. 5. cap. 14. Veriſſimum eſt enim quod Quintilianus ſcribit, lib. 2. inſtitution. orator. ca. 16. *Pecunia perſuadet & gratia, & authoritas dicentis, poſtremo aſpectus ipſe ſine voce, quo vel recordatio meritorum cuiuſq;, vel facies aliqua miſerabilis, vel formæ pulchritudo ſententiam dictat.* Quo modo Marcum Aquilium defendit Antonius, cum ſciſſa veſte, cicatrices quas is adverſo pectore ſuſcepiſſet oſtendit. Non orationis habuit fiduciam, ſed oculis populi Romani attulit vim, quem illo ipſo aſpectu maximè motum, in hoc vt abſolveret creditum eſt.

SVMMARIA.

1. *Bannum generaliter acceptum quamlibet publicam denuntiationem comprehendere.*
2. *Bannum regium quid dicatur.*
3. *Bannum pro exilio ferè accipi & relegationi magis quam deportationi aſſimilari. & 4.*
5. *Statuti ex quo pœna infligitur forma attendenda.*
6. *Iudex ex circumſtantijs cauſa pœnam augere vel minuere poteſt.*
7. *Exilij plures ſpecies tempora & gradus. & 10.*
8. *Exilium temporale à varijs nationibus vſurpatum.*
9. *L. Moris in p. ff. de pœnis emendata.*
11. *Banni ſpecies eſt cum domum aut patriam egredi quis prohibetur.*
12. *Inediá nocentes necare illegitimum.*
13. *Damnatio ad perpetuos carceres.*
14. *Damnatio vt quis negotietur.*

CAPVT OCTAVVM.

1 VVt ſuperioribus affinia tractemus, operæpretium eſt, ad ampliorem proſcriptionum explicationem, quædam de banno & bannitis (vt vocant) ſubijcere, atq; per gradus oſtendere, diverſas relegandi ſpecies & formas, quibus pro varietate flagitiorum, & in diſparibus culpis, diverſa exilij ſeu banniſſamenti loca & tempora præfiniantur. Et † quidem bannorũ appellatio patet latiſſimè, & generaliter pertinet ad edicta generaleſque denunciationes, quibus ſubditi vt imperata faciant publicè admonentur. Accipiturq; bannum pro publicâ citatione aut denuntiatione, qua caſtellani, magnates & alij juridici mandata ſua præconio euulgant, ac prohibitorijs edictis monẽt ſubditos, quid factum ab ijs velint aut nolint. Vt cùm banno edicunt nè quis vindemiet, aut vina ſua intra tempus à domino præſtitutum colligat, neve meſſem faciat, aut racemare tentet, etiam in ſuo, niſi certo tẽpore. Bartholo. Cepoll. de ſervit. ruſticorum prediorum. cap. 2. verſic. quæro in quibuſdam. Reinatus Choppin' de juriſdictione Andegavenſium, cap. 45. nu. 2. 7. & ſeqq. Item cùm pro conſequendo aut conſervando vſu & poſſeſſione molendini, aut furni bannalis, ſubditis fit bannum, ſeu publica denuntiatio. Reinatus Choppinus de juriſdictione Andeg. cap. 28. 29. & 30.
Eſt † etiam bannum purè Regium, 2
quod indicitur à Rege ſolo, beneficiarijs poſſeſſoribus militiæ ergò. Cujus banni meminerunt Georgius Turonenſis, lib. 5. cap. 26. & Froſſardus, lib. 2. cap. 118. Et de hoc genere banni latius tractat Andreas Gaillius, obſervat. 51. nu. 4. lib. 2. & de pace publica lib. 1.
Nec † ignotum eſt, bannum pro exilio 3
accipi, & publico edicto magiſtratuũ,

quo-

Digitized by Google

quo reus peractus, ſolum vertere cogi-
tur. De quo Faber ita ſcribit. §. 1. inſtit.
quibus modis ius patriæ poteſtatis ſol-
vit. *Sunt autem quidam qui banniuntur*
per ſententiam, & bannum eis pro pœna
imponitur, nec aſſimulantur deportatis:
4 *Quia nulla eis inſula aſſignatur.* Quod †
ſubſiſtere nō videtur, cùm inſulæ aſſig-
natio non ſit propria nota deportatio-
nis, atque etiam relegati inſulæ vincu-
lo concludi ſoleant, & plerumq; gravi⁹
ſit, ſimpliciter provincijs interdici, abſ-
que inſulæ aſſignatione, quam vinculo
certi loci circūſcribi. Adeo quod gene-
raliter banniti omnes relegatis compa-
rērur, & ciuitatem & priſtina jura reti-
neant: nec admodum differre videan-
tur hujuſmodi banniſamenta (præſer-
tum ſi temporalia ſint) à peregrinatio-
nibus quæ pœnæ loco in maleficio de-
prehenſis ſalva civitate indici ſolent:
puta ad Sanctum Iacobum in Galicia,
ad divam virginem in Loreto, Treui-
ros, & ſi quæ alia ſunt loca peregrina-
tionibus talibus deſtinata. Ex quibus
vacillare videtur quod prolixis com-
mentarijs interpp. traditur Iacob. de A-
rena in tractat. ſuo de banditis. Cinum
in l. 1. C. de hered. inſt. Barth. in diſput.
ſua incip. Lucanæ civita. Alberic. in
vlt. parte ſtatut. banditos neque depor-
tatis, neque relegatis, neque interdictis
& excommunicatis per omnia aſſimu-
lari, generaliter enim in eadem fortuna
5 & ſtatu eſſe cenſentur, niſi † ſpeciali
ſententia deportatio aut id quod effe-
ctum deportationis habet irrogetur,
aut ex forma ſtatuti pœna grauior ſit
quam ſi relegatio irrogetur. De qua la-
te tractat Andreas Gailius, locis citatis:
nam in hac ſpecie pœna per ſtatutum
aut legem municipalem præfinita in-
ſtigitur, etiamſi de pœna nihil judex
ſubiecerit, nam vt Papinian. reſpondit,
facti quidem quæſtio in arbitrio eſt judi-
cantis, pœnæ vero perſecutio non eius vo-
luntati mandatur, ſed legis authoritati re-
ſervatur. Quod † tamē non vſque adeo 6
ſtrictè obſervatur, quin liceat judici ex
juſta cauſa pœnā lege vel ſtatuto præ-
ſcriptam, augere vel minuere, vel pror-
ſus in aliam ſpeciem commutare. DD.
in l. quid ergo §. pœna gravior ff. de his
qui notantur infamia. l. etſi ſeuerior
C. eo. Paulus Grillandus in tractat. de
relax. carc. c. 1. verſ. 6. incip. non omit-
tam. Poſſunt enim judices, leges, cano-
nes, & ſtatuta, etiam iurata, ex magna
& evidenti cauſa tranſgredi, dummodo
de juſtitia cauſæ ex ſentētia judicis vel
actis appareat. Ioach. Minſing. ſing.
obſervat. cent. 2. cap. 30. & cap. 54. ve-
luti ſi pupillo committente homicidiū
judex ratione ætatis commutet pœnā
mortis in aliam. Item ſi propter metū
periculi vel ſcandali, vel ob multorum
ſalutem, judex legem aut ſtatuta tranſi-
liat. Felin⁹ in c. canonū ſtatuta nume.
48. de cōſt. Roma. conſil. 308. incip. in
terminis propoſitæ quæſtionis. Vt † au- 7
tē aliarū pœnarū, ita etiā exilij, relega-
tionis, & banniſamēti diverſi ſunt gra-
dus atq; diſcrimina. Et judicis ſentētia,
aut legis municipalis ſeu ſtatuti forma,
pro qualitate delicti, exilij, ſeu bāniſa-
mēti, pœna moderationē accipit. l. aut
facta ff. de pœnis. Et in diſparib⁹ male-
ficijs, diverſa exilij genera ſunt prodita,
ſecundū varios diverſarū gentiū mo-
res & leges. Siquidē quidā relegātur,

Digitized by Google

ſeu banniuntur in perpetuum, quidã vero ad tempus, l. 1. & 2. C. de his qui in exilium dati. lib. 10. quomodo Vlpianus in l. aut damnum §. in miniſterium ff. de pœnis. ſcribit *in miniſteriũ metallicorum fœminas vel ad tempus vel in perpetuum damnari ſolere. ſimili modo & in ſalinas.* Et ita generaliter relegatus eſt is cui Provinciâ vel Româ vel continentibus eius perpetuo vel ad temp⁹ interdicitur l. relegatus ff. de interdictis
8 & relegatis. Et † vt flagitia non ſunt paria ita nec æquale eſt temporalis exilij ſpatium. Damnatis de ambitu, aqua & igni per decẽ annos interdicebatur. Dãnat⁹ de corrupto judicio, per vniverſum vitæ temp⁹ exulare cogebatur. Et à Divo Hadriano comprobatũ eſt factum Egnatij Taurini Proconſulis Beticę, quod eum qui per laſciviã mortis cauſam præbuiſſet in quinquennũ relegaſſet. l. Cornelia in p. ff. ad. l. Corneliã de ſicarijs. Et apud Alexandrinos, exilium fortuiti homicidij fuit triennium, vt author eſt Achilles Statius in declamationibus Latinis Quintiliani & Senecæ. Apud Hebræos morte ſummi Pontificis hoc tempus determinatum fuit. Apud Græcos qui fortuito cædem admiſiſſent, per annum exulare tenebantur, & non niſi à crimine expiati revertebantur. Hodie etiam fortuita cædes non remittitur, nec exiliũ relaxatur, niſi ex Principis condonatione. in novell. Valentin. de homic.
9 caſ. fact. Eſt quoq; † mentio annalis interdictionis aqud Vlpianum, in l. moris in p. ff. de pœnis. quem textum (abſque aſſeueratione tamen) vitioſum eſſe ſuſpicor in omnibus libris; & verba illa *vel ad annũ vel annis* aut ab inepto interprete addita (quia à Grecis omittuntur & ſententiam conturbant) vel alioqui corrupta eſſe, legique oportere *ad tempus, veluti annis metiuntur.* dictione *veluti* librariorum incuriâ commutatâ in *vel ad*; vt hæc ſit ſentẽtia, Præſides nonnunquam in perpetuum advocationibus interdicere, nonnunquam ad tempus, veluti annis metiri, id eſt definire ſeu circumſcribere. Eadem ratione qua Cicero lib. de amicitia dixit, *nec metiamur eam verborum magnificentiâ.* Et hanc lectionem probabiliorem judicarem, ſi dictio *interdictum* in margine oberrans, textui inſereretur, ita legendo, *nonnunquam ad tempus veluti annis interdictum metiuntur, vel etiam tempore quo provinciam regunt.* Solet etiam interdici quibuſdã
† ne intra patriæ territorium, vel mu- 10
ros morentur, & è contrario, ne excedant patriam, id eſt, vt in patria morẽtur, & ita, cum Sittius proſcriptus eſſet à Triumviris, cumque Caleni cives ſui protexiſſent, ac tandem etiam veniam impetraſſent. Triumuiri tamen de eo ita decreverunt, vt ei in Italiam venirè, atque patria excedere non liceret. Itaq; Sittio accidit, quod antea nemini (inquit Appianus) vt eſſet ei exilium patria, & ibi damnatio, vbi reſtitutio eſſe ſolet: Quod relegandi genus & poſtea Claudius Imperator vſurpavit, & poſt eum alij. Nam quoſdam ita relegavit, vt vltra lapidem tertium vetaret egredi ab vrbe. Suetonius in Claudio cap. 23. Appianus lib. 4. bellorum ciuil. Quod Vlpianus ſecut⁹ ſcribit, in l. poteſt Præſes ff. de interdictis & relegatis Pręſidẽ,
quem

Digitized by Google

quem ita damnare poſſe, ne de domo
12 ſua procedat. Sed † illegitimum pœnę genus eſt, aliquem inedia necari, l. 10. ff. de interdictis & relegatis. Et ideo ne hi qui pœnæ loco in terreſtres ſpecus, & vt Plinius vocat cubicula ſubterranea vivi per carnificem demittebātur, inedia necati viderentur, aliquid cibi apponebatur. vt apud Sophoclē, Creō jubet defoſſæ Antigonæ victui neceſſaria apponi. Et refertur apud Plutarchum & Halicarnaſſeum, antiquitus obſervatum, vt ſi Veſtalis virgo devotā violaſſet pudicitiam, expiationis gratia ſub terram defodiebatur, lucerna tantum, pane, aqua, lacte, oleo relictis, ne videretur inediâ perire. Quod & in androgenis fieri ſolitum teſtatur Clemēs Alexandrinus. Et ab hoc pœnæ genere non abhorret quod plerumque delinquentes condemnentur ad perpetuôs carceres, in quibus pane & aqua ſuſti-
nentur. Tractant † quoq; IC. de quo- 13
dam pœnæ genere, quo quis damnatur vt negotietur. Et ſcribit Vlpianus, in d. l. moris §. ſunt autem, huiuſmodi pœnas inciviles eſſe, id eſt petulantes & à modeſtia recedentes ac babaras; niſi quis compellatur ad negotiationem, quam ſpecialiter tractavit.

SVMMARIA.

1. *L. apud Labeonem ff. de ſup. leg. vetus lectio defenſa. & 4.*
2. *Legationis Legatorumque nomen latè patere.*
3. *Legatis locari ſolere quæ ſub pellibus vſui forent.*
5. *Legatis ex publico ſumptus ſuppeditari.*

CAPVT NONVM.

1 CElius † Rodiginus in colligendis floribus diſciplinarum & rerum annotavit, fœda labe pollutum eſſe Celſi reſponſum, in l. apud Labeonem, De ſuppellectili legata. dū paſſim in omnibus libris legitur: *originem ſuppellectilis fuiſſe, quod olim his qui in legationem proficiſcerentur, locari ſolent quæ ſub pellibus vſui forent.* contenditque Rodiginus lectionū antiquar. lib. 17. cap. 14. non, *in legationem*, ſed *in legionem* ſcribi debere. Quod controvertit atque erroris arguit Scipio Gentilis, in tractatu ſuo. De legationibus. lib. 1. cap. 14. & merito, propter cōcordiam omnium codicum, in quib⁹ conſtanter, non *in legionem*, ſed *in legationē* legitur. Quod rei de quâ agitur magis eſt accommodatū: Legationis † enim & Legatorum nomen latiſſimè patet, & quamlibet perſonam deſignat, cui obeundi muneris alicujus (foris præſertim) officium delegatur. vt pulchrè oſtendit Zuingerus. in copioſo theſauro humanę vitę lib. 19. De legatis & o-
ratoribus. Quibus † accedit, quod hi 2
qui ad legionem aut exercitum proficiſcuntur, plerumque ſint ſinguli &

privati, qui in itinere & proficiſcendo
in diverſorijs hoſpitātur, ſine vſu pel-
lium; quibus indigent in legationem
proficiſcentes, propter familiam & co-
mites quos ſecum ducunt; quorū vſui
in proficiſcendo multa ſunt neceſſa-
ria, quæ illis iter inſtituentibus locari
ſolent, pro numero & modo familiæ.
Cuiuſmodi nihil in proficiſcentibus
ad legionem ſeu exercitum viſitatum
4 invenimus. Et † vt Rodiginus erroneā
lectionem pro ſincerâ ornamentis an-
tiquarum lectionum perperam annu-
merat, ita improbabilis eſt Scipionis
Gentilis hæſitatio, in eo quod Celſus
in d. l. apud Labeonem de locatione
ſcripſit, & abſque ratione verbum *loca-*
ri contra propriam & internam ſigni-
ficandi poteſtatem pro *commodari* ac-
cipit. Verè enim proprieq; quæ ſub
pellibus vſui forent, proficiſcentibꝰ in
legationem locabantur, neque inde le-
gati damnum aut injuriam ſuſtinebāt,
vt Gentilis notat: quoniam omnia
perſoluebantur ex ſalario legatis præ-
ſtituto. Legationes † enim ſine impē- 5
dijs, ſolo miniſterio expediebantur, l.
filio. De legationibus. & proficiſcenti-
bus in legationem, ſumptus dabantur,
ex quibus omnia impendia Legationū
erogabantur. l. legatus d. tit. Adeò vt
nihil pro Gentilis ſententiâ faciat, quod
Livius ſcribit lib. 30. morem fuiſſe, ta-
bernacula & militarem ſupellectilē
Conſuli præberi, cum ſimilibus. Nā Li-
vius de Conſule & Magiſtratibus lo-
quitur, qui ad bellum gerendum, &
Provincias ordinandas ſeu gubernan-
das mittebantur; non de promiſcuo
vſu legatorum: & præterea ſuppellex
Conſuli & alijs Magiſtratibus exhibe-
batur (vt videtur) nō in ſpecie, ſed per
augmentum ſalarij, & in pecunia, quo
commodius neceſſitati & vſui quoti-
diano proſpici poſſet. Quod eleganter
Celſus expreſſit, in verbis illis: *locari*
ſolent. quæ propriè & in genuino ſuo
ſenſu accipienda ſunt.

SVMMARIA.

1. *L. per ſervum §. vſusfructus de vſu & habitat. leg. emendata & interpretata. & 2. 3.*
2. *Vſufructu legato, an vſus ſine fructu, itemque fructus ſine vſu adimi poſſit.*
3. *Duplicandarum maiuſcularum conſuetudo apud veteres.*
4. *L. illud de manumiſſ. vindicta emendata.*
5. *L. anniculus ff. de verb. ſig. à Fornerio rectè emendata.*
6. *L. ſi pariter ff. de lib. cauſa reſtituta.*

CAPVT DECIMVM.

1 VLpianus † more ſuo ingeniū
exercendo, in inueſtigandâ vo-
cabulorum ſignificatione &
proprietate in l. per ſervū §. vſusfructus
ff. de vſu & habitat. ità ſcribit: *Vſusfru-*
ctus an fructus legetur nihil intereſt: nam

fructui & vſus ineſt: vſui fructus deeſt, & fructus quidem ſine vſu eſſe non poteſt: vſus ſine fructu poteſt, deniq; ſi tibi fructus deducto vſu legatus ſit, inutile eſſe legatum Pomponius lib. 5. ad Sabinum ſcribit.
2 Cujus rei ea eſt ratio, quod fructus ab vſu debeat incipere, veluti fundamento ac ſubſtantia ſua primordiali. Adeo quod fructus deducto vſu inutiliter legetur, d. §. vſusfruct⁹. propter repugnantiam inde provenientē, quod in ipſa conſtitutione vſusfructus, inde adimatur ſeu ſeparetur vſus, ſine quo vſusfructus non poteſt incipere. Vt Vlpianus indicat, his verbis: *ſed ſi fructu legato vſus adimatur.* Quod ſecus eſt ſi jam conſtituto legatoq; fructu, vſus adimatur, ademptio enim vſus inutilis eſt, non legatum fructus, quod per ſe ſtat, & propria vi atq; naturâ ſuâ complectitur vſum, non vt ſpeciem vel ſervitutem ſeparatam, quā reſpicit adēptio, ſed vt partem integralem ipſius vſusfructus, quæ iam conſtituto vſufructu per ſe non conſideratur, ſed tanquā pars integritati totius includitur, ne videri aut conſiderari poſſit, neve diſpoſitio vel ademptio de eo facta ſeparatim aliquas vires habeat. Quæ vera eſt ratio eius quod Vlpianus reſpondet: in d. §. vſusfructus. *ſi fructu legato vſus adimatur, nullam eſſe ademptionem.* Et vt inutilis eſt ademptio vſus, ex fructu vel vſufructu, antea in diverſa & ſeparata oratione conſtituto, ita è diverſo, poſt conſtitutum vſumfructum, ademptio fructus ſine vſu, legatum vſus conſtituit atque corroborat. vt Vlpianus ſubijcit: his verbis: *Sed ſi de fructu ſine vſu ſenſit vſum videri conſtitutum.* ſecūdum communes libros, qui imperfectione laborare videntur, & magis interpretationem, quam formulam legandi (de qua agitur) reſpiciunt. Florētiæ verò legitur: *Si fructus ſine vſu videri conſtitutum.* Quod æque imperfectum eſt: Vnde alij aliter legunt, vt videre eſt in marginali additione Plantina. Et varia & multiplex lectio tenebras offudit oculis interpretum, in explicanda IC. ſententia. Mihi videtur Florentina lectio propius verò accedere, his verbis: *ſed ſi fructus ſine vſu videri conſtitutum.* quæ lectio perfectiſſima erit, ſi addatur vox *vſum*, hoc modo: *ſed ſi fructus ſine vſu, vſum videri conſtitutum.* Nam ſubauditur dictio *adimatur*, perinde ac ſi dictum eſſet, ſi fructus adimatur ſine vſu, vſum videri conſtitutum; & verſiculus ille, *ſed ſi fructus ſine vſu*, intelligitur non de dato ſeu legato fructu ſine vſu, ſed de adēpto fructu, cum adiectione illa, ſine vſu. vt hæc ſit ſententia; ſi legato vſufructu, adimatur fructus ſine vſu, vſum videri conſtitutum: quia ab initio ſine fructu conſtitui potuit. Quæ ſententia ſuperioribus optimè congruit: Nā cū prius dixiſſet Vlpianus: *ſi vſufructu legato fructus adimatur, totum videri adēptum.* mox ſubijcit per adverſativam, *ſed ſi fructus* (ſubaudi *adimatur*) *ſine vſu, vſum videri conſtitutum.* Quoniam legato vſufructu, ſi fructus ſine vſu adimitur, limitata reſtrictaq; illa ademptio ſignificat, teſtatorem non velle legatum totū perimere; quia tollit fructum ſine vſu, quem reliquit. Sed quia vſus ille vſufructui inerat tāquam pars, & non vt ſeparata ſervitus, rectè dicit

Digitized by Google

Vlpianus, ex mente & intentione teſtatoris,adimentis fructum ſine vſu, vſum videri conſtitutum,per ademptionem
3 nem vſusfructus formalis limitatã. Et† quia apud veteres non ſolum literę, verùm etiam ſyllabæ & dictionis majuſculis literis ſcriptæ, conduplicari conſueverunt;non ſine ratione exiſtimari poteſt,in Florentinâ lectione olim nõ vſu ſed *vſum* majuſculis literis ſcriptũ fuiſſe,hoc modo: *VSVm*,quæ per duplicationem majuſcularum *vſu vſum* ſignificant,quaſi per conſequentiam literarum ita ſcriptum eſſet: *Sed ſi fructus adimatur ſine vſu,vſum videri conſtitutum.* Secundum antiquitatis duplicandarum literarum, per maiuſculas conſuetudinem. quam multis exemplis in Pandectis obuijs alio loco aſſeruimus. Eaque eſt vera & manifeſta lectio & interpretatio hujus reſponſi, aliorum interpretationibus intricati & obſcurati.
4 ti. Simili ignorantiâ conduplicandarũ literarum per maiuſculas depravatum eſt Vlpiani reſponſum, in l. illud. De manumiſ. vindicta. dum in omnibus libris legitur: *Poteſt ille cauſam manumiſsionis illius probare.* Pro quo rectè in Pandectis Florentinis legitur: *Poteſt ille cauſã manumiſsionis illIVStius probare,* id eſt *cauſã manumiſsionis illiꝰ iuſtiꝰ probare.* Quæ Pauli reſponſo (alioqui inſipido) gratiam addunt. Nam cum priꝰ dixiſſet Paulus, non delicijs ſed juſtis affectionibus, dediſſe juſtam libertatẽ legem Eliam Sentiam: rectè ſubijcitur,minorem cauſam manumiſſionis juſtius probare,ſi alleget legem datam legato ſervi,vt aut pretiò accepto, vel donationis cauſa eum liberum faceret.
Et † huc pertinet quod Guilhelmus 5
Fornerius rectè animadvertit, in l. anniculus, §. falſum eſt, ff. de verborum ſignificatione. reſtituto vocis capite ſcribendum eſſe,non *periſſe*,ſed *peperiſſe* vt antiqui codices expreſſerunt, ſuffragante Græcorum interpretatione. vitio exorto ex non perceptâ geminâ duarum majuſcularum literarũ notâ, cùm Florentiæ ſcriptum eſſet. *PEriſſe*
quod *peperiſſe* ſignificat. Nec † diſſimi- 6
lis error,ex ignorata vel neglectâ antiquæ ſcripturæ ratione, commiſſus eſt Florentiæ in Caij reſponſo, in l. ſi pariter. De liberali cauſa. In verbis: *Quia non debet alterius colluſione aut inertiâ alteri ius corrumpi,* ſcribendum enim erat, *alterIVS,* id eſt, *alterius ius.* vt in communibus libris plenis literis expreſſum eſt.

SVMMARIA.

1. *L. ſi cuius rei §. ſed ſi inter duos ff. de vſuf. vera lectio indicata.*
2. *In cauſa poſſeſsionis iudex vtrique parti poſſeſsionem inhibet.*
3. *In poſſeſsionis cauſâ ſi timor ſit armorum quomodo procedatur, & inhibitio hic facta quantũ differat à ſententia in poſſeſſorio lata & 4.*
5. *Poſſeſſorium iudicium quomodo ordinariè intentetur.*

CAPVT VNDECIMVM.

Variant

Digitized by Google

1 VAriant † hoc loco libri, & diverſa eſt hujus loci articulorũ diſtinctio. Rectiſſimè autem in libris Florentinis conjunctim legũtur omnia in hunc modum: *Sed ſi inter duos fructuarios ſit controverſia, Iulianus xxxviij. ſtorum ſcribit, æquiſſimum eſſe, quaſi communi dividundo judicium dari, vt quiſq; pro parte ſeparatim fruatur; vel ſtipulatione inter ſe eos cavere qualiter fruantur. Cur enim (inquit Iulianus) ad arma & rixam procedere patiatur Prætor, quos poteſt ſua iuriſdictione componere.*

2 Quæ † elegantiſſima eſt oratio & ſentẽtia. Ex qua inferunt interpretes, quod quoties eſt quæſtio de poſſeſſione, judicem vtriq; parti inhibere nè fundum ingrediatur. Quod verum eſt, quando dubitatur vtra partium meliorem poſſeſſionem habet: Nam ſi probetur vnius poſſeſſio, is in poſſeſſione relinquendus eſt, & alteri inhibendum ne poſſeſſionem turbet. Baldus in l. fin. C. de edict. D. Adriani toll. & in l. ordinarij, C. de rei vendicatione. Qui articulus eſt perelegans & in praxi frequẽ-

3 tiſſimus: Quoties cunq; † enim eſt timor armorũ, imploratur judicis officium, dantur articuli, producuntur & examinantur teſtes, non dato libello nec lite conteſtata: & ſummaria cognitione adhibita, judex inhibet parti quę non eſt in poſſeſſione, ne alteri parti inferat moleſtiam vel turbationẽ, antequam in proprietatis vel poſſeſſionis cauſa diffinitivè ſtatuatur. Et hæc inhibitio fit per modum interlocutoriæ, ex officio judicis, nec habet effectum, niſi tantiſper donec ſuper proprietate vel

4 poſſeſſione pronuncietur. Et † proinde differt plurimum à ſententiâ, quæ fertur in poſſeſſorio: quia illa eſt diffinitiva, iſta interlocutoria: Illa adfert perpetuum præjudicium, quouſq; ſit cognitum & pronuntiatum ſuper propriètate, iſta evaneſcit finita lite propriètatis vel poſſeſſionis. Illa expeditur jure actionis vel interdicti, iſta officio judicis. In illa requiritur cauſæ cognitio plenaria, in iſta ſufficit ſummaria. In illa principaliter agitur de proprietate vel poſſeſſione, in iſta verò hoc tantũ agitur, ne quis turbetur, donec cauſa proprietatis vel poſſeſſionis definiatur. Vt pulchrè explicat & praxi forenſi accommodat Paulus Caſtrenſis. Conſil. 3. incip. in cauſa quæ vertitur, in prima parte novorũ conſilior. Venetijs An. 1483. impreſſorum. Et hoc vt videtur eſt remediũ quod *interim* appellatur. Capitius deciſ. 55. Didacus Covarruvias, in pract. quæſtionibus cap. 17. nu. 1. & 2. & Lodovicus Molina, de Hiſpanorum primogen. lib. 3. cap. 13. nu. 70. qui idem remedium *tenutam* appellare videtur. Meminiſſe † autem oportet 5 præcepto hoc inhibitionis (quia quodammodo extrajudicialis eſt, & ab executione initium habere videtur) non eſſe vtendum, niſi ex morâ timeatur periculum armorum; alioquin judiciũ ſuper momentanea poſſeſſione inſtituitur, ſententia proviſionalis profertur, & recredentia ſeu fiduciaria poſſeſſio adjudicatur. De quib⁹ pulchrè Ioannes Gallus, quæſtio. 165. 173. 120. 233. Ioannes Igneus, in repetitio. Authent. ex cauſa, col. 36. C. de liberis prçterit. Ioannes Imbertus, in inſtitutionibus forenſibus & alij: Et de ſententijs

Digitized by Google

in poſſeſſorio proferendis non indiligenter ſcribit Andreas Gaillius, de pignor. lib ſingulari. cap. 22.

SVMMARIA.

1. *L. ſi in areâ ff. de vſufr. caſtigata.*
2. *Vſumfructum areæ per inædificationem extingui, itemque per demolitionem reuiuiſcere.*
3. *L. 1. ff. de tranſact. emendata.*

CAPVT DVODECIMVM.

SI, vt inquit Marcellus, in d. l. ſi in area, ff. de vſufruc. *In areâ cuius vſusfructus alienus eſſet, quis ædificaſſet intra tempus quo vſusfructus perit, ſuperficie ſublata reſtitui vſumfructum veteres reſponderunt*, ſecundum communium codicum, atque etiam libri Florentini lectionem. Quæ depravata eſt tranſpoſitione puncti ſeu commatis, quod poſitum poſt verbum *perit*, in ſuperiorem locum transferendum eſt, collocandumq; poſt verbum *ædificaſſet*, vt ita legatur: *Si in areâ cuius vſusfructus alienus eſt, quis ædificaſſet, intra tempus quo vſusfructus perit ſuperficiè ſublata, reſtitui vſumfructum.* verbis illis *intra tempus quo perit vſusfructus*, relatis non ad ędificationem in area factã, ſed ad demolitionem ſuperficiei, & re-
2 ſtitutionem vſusfructus: Quia † ſicut ædificatio jure civili extinguit vſumfructum, ita demolitio & ſublata ſuperficies intra tempus quo vſusfructus perit, jus priſtinum reſtituit; propter redintegratam formam priorem, l. Attilicinus, de ſervit. ruſticorum prædior. dummodo tollatur ſuperficies, intra tempus quo ſolet perire vſusfructus: Nam poſtea velut per non vſum amiſſus, non redintegratur nec reſtituitur, ex veterum ſententiâ à Marcello relatâ. in d. l. ſi in areâ. Et † quemadmodũ 3
in reſponſo Marcelli, ita etiam apud Vlpianum, in l. 1. ff. de tranſactionibus. puncti ſeu commatis tranſpoſitio orationem perturbat, & ſententiã peruertit, in verbis, *qui verò tranſigit, donationis cauſa. &c.* Comma enim verbo *tranſigit* poſtpoſitum, in vlteriorẽ locum transferri debet, ita legendo; *qui verò tranſigit donationis cauſa, rem certã &c.* Etenim Vlpianus non generalem differentiam pacti & tranſactionis tradidit; ſed pactum donationis gratiâ interpoſitum, à tranſactione ſeparat, vt rectè à Franciſco Duareno animadverſum eſt.

SVMMARIA.

1. *L. Antiochenſium ff. de reb. auth. iud poſſ. ſingularis emendatio & interpretatio. & 7. 9.*

Civitatis

Digitized by Google

2. *Civitates de iure communi privilegium Fiſci non habere.* & 4.
3. *Romanam rempub. ſolam habere privilegium Fiſci.*
5. *Provinciales ſine Principis permiſſu, ſtatutorum condendorum poteſtate caruiſſe.*
6. *Conſuetudinem etiam civitatibus ius Fiſci tribuere, eaque quomodo probetur.*
8. *Antiochenæ civitatis privilegia à Theodoſio abrogata.*
9. *Antiochia metropolitana, quæ, & vbi ſita.*

CAPVT DECIMVM-TERTIVM.

1 PErcelebrè † eſt ſed multis difficultatibus & tenebris involutum reſponſum Papiniani, in l. Antiochenſium ff. de reb. auth. jud. poſſ. ſive verba ſiue ſententiam I C. reſpicias. Vulgo enim ita legitur *Antiochenſiū Celæ Syriæ civitati, quod lege ſua privilegium in bonis defuncti debitoris accepit, ius perſequendi pignoris durare cōſtitit*. Quæ lectio, tametſi antiquos libros auctores habeat, & pandectis Florentinis cōfirmetur, tamen ab Alciato lib. 1. diſpūct. cap. 11. Franciſco Conano, & alijs quibuſdam recentioribus, improbatur atque reycitur, inversâ ſententiâ, & commutatis verbis tam vetuſtorum quam recentiorum librorum, ita ſubſtituendo; *Antiochenſium Celæ Syriæ civitatis quidam lege ſua privilegium in bonis defuncti debitoris &c.* Exiſtimant enim apud Papinianum agi, non de privilegio ipſius civitatis, ſed de jure & prælatione ciuibus acquiſita, in bonis defuncti debitoris; non quidem ad perſequendū jus pignoris, ſed duntaxat ad conſequēdā πρωτοπραξίαν, quę non adimit jus perſequendi pignoris creditori habenti hypotecām: ſed duntaxat prærogativam tribuit adverſus chyrographarios creditores; hoc ſenſu, quod privilegium πρωτοπραξίας, acquiſitū civi Antiocheno, non adimat creditori hypothecario jus perſequendi pignoris; citatâ ad hoc epiſtola Plinij ad Traianum, & Trajani reſpōſione ad Plinium. Quæ perabſurda ſunt, & veram lectionem corrūpunt, & à jure & ſententia Plinij, Trajani & Papiniani prorſus aberrant. Nā Plinius & Trajanus non loquuntur de ſingulorum civium privilegio, ſed de jure quo ipſæ civitates Bithynicæ & Ponticæ vti debent, in ijs pecunijs, quæ ex quacunque cauſa debentur. Vti etiā Papinianus, in d. l. Antiochenſiū agit non de privilegio ſingulorum civium Antiochenſium, ſed de jure & privilegio ipſius civitatis, in exigendis pecunijs, quæ illis vel ex locationibus, vel ex venditionibus alijſue cauſis debentur. Neque reſtringit Traianus reſponſionē ſuam ad privilegiū πρωτοπραξίας, ſed definit ex lege cujuſque civitatis animadvertendum, quo jure aut prærogativa vti debeat: Nam ſi habeat privilegium quo reliquis creditoribus anteponatur, ſive per πρωτοπραξίαν ſive per hypothecam, id cuſtodiendum eſt. Secundum quæ Papinianus reſpondit, in d. l. Antiochenſium. Antiochenſium civitati jus perſequendi pignoris conſiſtere, ex eo quod lege ſua in bonis defuncti debitoris accepit privilegium:

Digitized by Google

his verbis *Antiochenſium Cœlæ Syriæ civitati, quod lege ſua privilegium in bonis defuncti debitoris accepit, ius perſequendi pignoris durare conſtitit*. nam.conjūctio caſualis *quod* pro *quia* accipitur l. fin. ff. de operis novi nuntiat. Et perinde eſt ac ſi dixiſſet Papinianus; Antiochenſium civitati jus perſequendi pignoris conſtitit. id eſt acquiſitum & conſervatum eſt; quia lege ſua privilegium in bonis defuncti debitoris accepit, quod ceſſante lege illa & jure municipali in iniuriam privatorū (vt Trajanus ſcribit) dari non oportet. Civita-
2 tes† enim de jure cōmuni non habent privilegium hypothecæ in bonis ſui debitoris. Adeo vt Antoninus imperator reſcripſerit, in l. 2. C. de jure reipub. *reipublicæ cauſam ſi neq; beneficio ſibi cōceſſo ius nacta eſt, neq; ſpecialiter in obligatione pignoris ſibi proſpexit, non ſeparari à cæteris creditoribus, qui habent perſonalem actionem.* Niſi agatur de pecuniâ à civitate mutuo data, l. 2. C. de debitoribus civitatum. Id quod copioſius explicat Guilhelmus Fornerius in l. cum qui vectigal §. civitates ff. de verb. ſignif. Secundum quæ pro creditoribus Arnoldi Vinck Patricij, contra civitatē Lovanienſem, & rurſus pro creditoribus Chriſtophori Pruyn contra civitatem Antverpienſem in ſenatu Brabā-
3 tiæ pronuntiatū memini. Sola † enim reſpublica Romana de jure communi habet hypothecæ privilegium: quia illa ſola dicitur habere fiſcum, non autem aliæ civitates, l. properandum in princip. & ibi Baldus de judicijs. niſi ex privilegio vel conceſſione ſuperioris habeant merum vel mixtum imperium, & jura regalia & fiſcalia. Bartolus in l. 2. ff. de jure fiſci, & in l. non tamen, §. ait Senatus, ff. de petit. hæred. Quamuis
† enim libera fuerit primitus ſingulis 4
municipijs privatarum legum latio, quæ patria ſtatuta nuncupant, l. itē eorum, ff. quod cuiuſq; vniverſitatis nomine, & l. 1. C. de emancipat. lib. id tamen vſq; adeo obſervatum non eſt: quoniam hæc res purè Principis eſſe cœpit, Regijq; ſummi beneficij. Adeò quod nec ipſi provinciales ſibi leges patrias conſtituere poſſint, nec civitatibus municipijs aut etiam Principibus, qui iure clientelæ ſuperiorem dominū agnoſcūt, civiles ſubditis ſuis leges privatim ſtatuere, & ſtatutas in judicium producere liceat, niſi ſuffragante & approbante Principe, Faber in §. ex non ſcripto. de jure nat. gent. & civili. pulchrè Reinatus Choppinus de communibus Gall. conſu. parte 3. Aut ex privilegio communicati ſummi imperij. l. ſi quod extraordin. C. de legatio. lib. 10. & ibi Bartho. & Platearius. Et hoc † eſt 5
quod Romani juris authores tradiderūt, novis provincialiū ſtatutis adhibēdam Principis confirmationem. Quo reſpexiſſe videtur Plinius in epiſtola ad Trajanum in d. l. ſi quod. de jure Bithinarum & Ponticarum civitatum conſulens, dum ita ſcribit: *Ego inueni à pleriſq; Proconſulibus conceſſam ijs προτοπραξίαν eamq; pro lege valuiſſe: exiſtimo tamen tua providentiâ conſtituendū aliquid & ſanciendum, per quod vtilitatibus eorū in perpetuum conſulatur. Nam quæ ſunt ab alijs inſtituta, ſint licet ſapienter indulta, brevia tamen & infirmia ſunt, niſi illis tua contingat authoritas.* Etenim cum

edicta

Digitized by Google

edicta provincialia, quæ in provincijs conſularibus edebant & proponebant Procōſules, depoſito ab illis magiſtratu finirentur, merito Plinius ad eorum continuationem & perpetuitatem, acceſſionem principalis autoritatis deſi-
6 derat. Cæterum † quamquam in legibus & ſtatutis patrijs id obſervetur, vt ſolidum robur non obtineant abſque privilegio & conceſſione regalium, aut ſpeciali confirmatione Principis: Dubium tamen non eſt, antiquam cōſuetudinem moribus provincialium introductā, abſq; alio privilegio & Principis aſſenſu valere, ſi legitimè, confuſis teſtimonijs, ſeu per turbam teſtium (vt vocant) probari poſſit: Exploſa enim eſt haud dubiè juris ſcripti diſpoſitio, quandocunque conſuetudinibus provinciarum aut municipiorum adverſantur. Et conſuetudinum in libellos redactio regionatim à Principibus curata eſt, non vt inde conſuetudines robur & ſubſtantiam acciperent, ſed vt ſi de ijs ambigeretur, ex ſolis architypis fides fieret judicanti, vel ipſorum exēplis apud acta deſcriptis; nè perpetuo populares torquerentur gravibus litiū impendijs, forique moleſtia, in probā-
7 da ditionis ſuæ conſuetudine. Vnde † privilegium civitati Antiochenſium, in bonis defuncti debitoris acquiſitū, intelligendum eſt, vel ex antiqua conſuetudine proceſſiſſe, vel ſpeciali confirmatione Principis, aut privilegio re-
8 galium conſtitiſſe. Nec † ignota eſt civitatis Antiochenæ prærogativa metropoleos, cū ampliſſimis privilegijs, quæ Theodoſius tolli & abrogari juſſit, vt conſtat ex Theodoreto, lib. 4. ca. 19. & 20. Zoſomeno lib. 7. cap. 23. & Nicephoro. lib. 12. ca. 43 & 44. Et celebritas Antiochenſiū Vlpiani reſcripto probatur, in l. Divus Pius, de cuſtodia & exhibitione reorum, his verbis: *Divus Pius ad epiſtolam Antiochenſium*
græcè reſcripſit. Denique † prætermit- 9
tendum non eſt, in omnibus libris vitioſè legi diverſis dictionibus *Cælæ Syriæ*, quaſi agatur de Cælæ civitate Syriæ, cum Papinianus reſponderit de civitate Antiochena ad Orontem, in ea parte Syriæ conſtituta, quæ Cæleſyria appellatur, ad differentiam alterius Antiochiæ, quæ in Syria quidem ſed ad Taurum ſita eſt, vt divi Chryſoſtomi authoritate cōfirmatur: qui Antiochenam eccleſiam vocat matrem omniū eccleſiarum, quod in ea Petro apoſtolo prædicante, Chriſtianum nomen excitum ſit, vt eſt Act. 2. Antiochiæ etiam meminit hiſtoria Machabeorum lib. 1. cap. 10. his verbis: *Et audivit Alexander Rex & contriſtatus eſt valdè, & reverſus eſt Antiochiam, & conſtituit Demetrius Rex Apollonium ducem, qui præerat Cæleſyriæ.* Nām cum plures eſſent ejuſdem nominis vrbes, authore Stephano Biſantio, & in ſacra hiſtoria & apud I C. in d. l. Antiochenſ. ageretur de Antiochia Cæleſyriæ, quæ metropolis eſt omnium Orientis vrbium (vt Herodianus ſcribit) longe pulcherrima: recte ad tollendam ambiguitatē, Antiochiæ nomen ad Cæleſyriam reſtrictum eſt, vt de qua Antiochia ſermo haberetur, certius intelligeretur. Ideoque vera Papiniani lectio eſt: *Antiochienſium Cæleſyriæ civitati &c.* cui verba illa, *jus perſequendi pignoris conſtitit,*

Digitized by Google

vt integra omnique mendo liberata ſit Papiniani oratio, proportionanda & accommodanda ſunt.

SVMMARIA.

1. *L. ſunt qui in id ff. de re iudicata. emendata & novè conciliata cum l. verum in princ. ff. pro ſocio. & 3. 4.*
2. *Antinomiam nullam reperiri in legibus.*
4. *Socium beneficium competentiæ habere, etiamſi non ſit omnium bonorum ſocius. & per totum.*
5. *L. ſervus hereditarius de ſtip. ſervor emendata.*

CAPVT DECIMVM-QVARTVM.

1 IN eâdem † facti ſpecie referuntur duo Vlp. reſponſa, quæ ex diametro inuicem pugnare videntur. in l. verum in prin. ff. pro ſocio & l. ſunt qui in id. ff. de re iudicatâ. Nam priore, quod ex lib. 31. ad edictum deſumitur, ſcribit, verum eſſe quod Sabino videtur: etiamſi non vniverſorum bonorū ſocij ſint, ſed vnius rei, attamen in id quod facere poſſint, condemnari oportere. Poſteriore vere loco, in d. l. ſunt qui in id. requirit ſocietatem vniverſorum bonorum, ad hoc beneficium cōſequendum; quaſi vnius rei ſocietas ad id obtinendum non ſufficiat. Quod ſpeciem antitheſis & apertam repugnantiam continet, cum eo quod antea reſponderat, verum eſſe etiamſi non vniverſorum bonorum ſocij ſint ſed vnius rei, nihilominus in id quod facere poſſint condemnationem fieri. Nec tollitur amtinonia per hoc quod Zaſius, in d. l. verum in prin. & eum ſequutus Gabriel Mudeus, (celeberrimus ſui temporis profeſſor & IC. quem ego ante præceptorem, deinde collegam in florentiſſima academia Lovanienſi habui) ſcribunt, latius patere hoc beneficium in ijs qui omnium bonorum ſunt ſocij; & ſtrictius concludi in ijs qui vnius tantum negotiationis aut rei ſocietatem habēt: nam hęc conſideratio probabilitatem haberet, ſi alterum reſponſum, in d. l. ſunt qui in id. proditum eſſet de ijs perſonis tantum, quæ generaliter hoc beneficium habent, ex quacunq; cauſa conveniantur: vt parens, patronus, patrona. Sed latius patet Vlpiani reſponſum, quam vt hujuſmodi cancellis concludi poſſit: nam generalem enumerationem continet eorum, quibus quacunque ratione, & ex quacunque cauſa hoc beneficiū tribuitur, etiamſi agatur de vno genere negotiorum, aut de re particulari: cum etiam maritum de dote conuentū cōplectatur; quod non convenit verbis dictæ clauſulæ *ſocium autē*, propter diſjunctionis & ſeparationis vim quā habet particula illa *autem*. Vnde plerique putarunt reſponſa prorſus eſſe adverſantia nec concilationem aut concordiā aliquam admittere: Quorū † ſen- 2
tentiam probare non poſſum, exiſtimans cū Iuſtiniano, in §. contrariū de confirmatione digeſtorum. in legibus noſtris

noſtris nullum inueniri contrarium, quod ſubtili ingenio diſſolui nequeat, per rationem aliquam diſcordiæ fines effugientem. Etenim quamuis conſtet propter naturalem facilitatẽ ad diſſentiendum inter homines, & cupiditatẽ redarguendi reprehendendique, varias fuiſſe veterum IC. ſententias & diſſenſiones, eoſq; plerumque humano ignoſcendoque errore lapſos, præſertim in his quæ ad juriſprudentiam non admodum pertinent, & quæ conniventer ab illis tractata ſunt, vt de errato Pomponij, Africani, Vlp. atque ipſorũ Pontificum, ſcribit Ioannes Corraſius lib. ſingulari epiſt. queſt. c. 12. ipſarum tamen legum conſonantiam & eunomiam à Iuſtiniano traditam, aliquo ſeditioſo aut contrario turbari nõ opinor. & diverſitatem atque repugnantiam in verbis Vlp. deprehenſam, non ab ipſius auctoris, ſed ex corruptæ lectionis vitio
3 procedere. Aſſeverare † enim auſim, totam illam clauſulã Vlpiano aſſcriptam, *ſocium autem omnium bonorum accipiendum*, ex gloſſemate Irnerij vel alterius interpretis fluxiſſe, & adulterinam atque ſuppoſititiã eſſe, ideoque expũgendam, & omiſſa illa clauſula apud Vlp. continuâ ſerie ita legendum, *ſunt qui in id quod facere poſſunt conveniuntur id eſt, non deducto ære alieno, & quidem ſunt hi ferè qui pro ſocio conveniuntur, item parens.* Quæ manifeſta & ſincerior eſt lectio, & commodiſſimam compoſitionem, cohærentiam, & convenientiam ſequentium cum præcedentibus conſtituit, cum magnâ orationis elegantiâ & ſuavitate; quam alioqui durã & inſuauem facit interpoſitio dictæ clauſulæ; interrumpens conjunctionẽ ſuperiorum cum ſequentibus, ſiue verba ſive ſententiam reſpicias. Vlpianus enim inſtituit enumerare perſonas quibus conceditur beneficium, ne vltra quam facere poſſunt conveniantur, à quibus aliena eſt dicta clauſula, ſignificationem & definitionẽ ſocij ex abrupto interijciens. Credendum itaque, ne juris majeſtati detrahatur, & genius legum Iuſtinianearum immeritò & ſine causâ contaminetur, clauſulam illam ex gloſſemate additã eſſe, vti multa alia ſuppoſititia, non ſolum IC. legibus, verumetiam omnium bonorum auctorũ libris aſſuta & inſperſa paſſim occurrunt. Et † quod ad id de 4
quo agitur attinet, nulla eſt ratio aut probabilitas, Vlpianum vel cogitaſſe in ijſdem libris ad edictum de mutanda priore ſua ſententia, authoritate Sabini, & ratione atque exemplo fraternitatis confirmata, per diſceptationem & deciſionem quæſtionis de ſocio vnius rei ſpecialiter propoſitæ. Adeo vt etiãſi clauſulam illam velut ab ipſo Triboniano, Irnerio aut alio interpoſitã relinquere lubeat, fateri tamen neceſſe ſit corruptam eſſe, & propter evidentẽ defixamque Vlp. ſententiam pro verbis, *ſocium autem omnium bonorum accipiendum*, reponi debere *ſocius etiam non omnium bonorum accipiendus eſt.* Vt ingenioſè obſeruauit & annotavit Marquardus Freherus Auguſtan⁹ IC. quãvis totius clauſulæ expunctio atque rejectio mihi magis placeat; quoniam duram & inſuavem orationis compoſitionem efficit, & ſententiam à ſentẽtia diſiungit. Ideoque credendum ab

Digitized by Google

imperito interprete eſſe additam. Et
5 ſunt † hujus generis alia ſexcenta additamenta, quæ niſi notentur & expungantur, magnas tenebras & ſepè cōtrarias opiniones, & ſententias IC. legentibus objiciunt. Et ita apud Venuleū, in l. ſi ſervus ff. de ſtipul. ſervo. niſi tollatur interpretamentum, quod fini reſponſi aſſutum eſt, his verbis, *id eſt ex quo adeatur hereditas, aut poſtliminio dominus revertatur*, ſibi ipſi repugnabit IC. nec vllo modo additamentū illud conciliari poterit, cum eo quod Iavolenus reſponderat in l. ſi ſervus hereditarius ff. de diverſis & temporalib. præſcript. hoc modo, *ſi ſervus hereditarius, aut eius qui in hoſtium poteſtate ſit ſatis acceperit, continuo dies ſatiſdationis cedere incipiet*. Id quod ex Caſſij ſententia Venuleus probat: *intueri enim debemus an experiundi poteſtas fuerit adverſus eum qui obligatus, non an is agere potuerit qui rem in obligationem deduxit*. Quæ elegantiſſima eſt ratio, ſed per adulterinum interpretamentum ſubvertitur, conturbatis ipſorum IC. ſententijs, vt rectè etiam contra Florentinam ſcripturam annotavit Antonius Goveanꝰ.

SVMMARIA.

1. *L. Papinianus ff. de minor. vetus lectio defenſa contra Freherum. & 4.*
2. *Minor propter exilium abſens non reſtituitur.*
3. *Reſtitutio omnia redintegrat. & 4.*
5. *Exul ad operis promiſſi abſolutionem compellitur.*
6. *Minores, non quæ militiæ vel reip. cauſa abſentes ſemper reſtituuntur.*

CAPVT DECIMVM-QVINTVM.

1 MInor † exul, dum in exilio eſt, major factus eſt; & annus vtilis (poſtea commutatus à Iuſtiniano in quadriennium) lapſus eſt; deinde in vrbem revertitur: quæſitum eſt ex Papiniano, in l. Papinianus ff. de minor. an annus prorogari debeat, ex eâ cauſâ quod abfuit. Et negat Papinianus hoc prætextu prorogationem, quia potuit exul Prætorem in vrbe adire, & reſtitutionem petere, aut ſaltem conteſtari, ſi non per ſe, certè per procuratorem vel amicum; d.l. Papinianꝰ & l. de pollicitationibus ff. de pollic. & quia indignum eſſet propter pœnam irrogatam prorogationem dari. Quæ Vlp. diſcutiendo notandoque, probavit quidem Papiniani ſententiam, in eo quod exuli reverſo denegetur prorogatio ex cauſa ſolius abſentiæ, & ob id quod abfuit, quia Prætorē adire potuit per procuratorem. Sed carpit improbatque alteram rationem Papiniani, *indignū eſſe propter irrogatam pœnā. &c.* quia nihil commune habet delictū cum venia ætatis. quod nimium ſubtilè videtur. Et arbitratur Marquardus Freherus Auguſt. parergon lib. 1. ca. 14.

injuſtè

injuſtè ab Vlp.reprehendi Papinianū;
ſiquidem Papinianus non propter de-
lictum ſcripſerat, ſed propter pœnam
irrogatam , nec tam ad indignitatem
delicti vt Vlp.putabat,quam ſententiæ
pœnalis tenorem reſpexit, quæ abſen-
tē fecerat eum de quo agebatur Quod
ſi Vlp. percepiſſet (vt ille ait) ſcribere
debuiſſet *& certè, quid enim commune*
habet delictum cum honeſta abſentia, quæ
patriæ cauſa ſuſcipitur.quod abſurdum
2 eſt. Etenim † Papinianus non tractat
comparationem honeſtæ & cauſariæ
ſeu neceſſariæ abſentiæ, ſed ſimpliciter
de miſſo in exilium, & abſente ex deli-
cto.& propter irrogatam pœnam ne-
gat illi competere prorogationem aut
reſtitutionem : quia potuit per procu-
ratorem experiri.quæ vera eſt ratio de-
negandæ veniæ ætatis. Et quod addi-
tur, indignum eſſe propter irrogatam
pœnam,prorſus eſt impertinens: quia
delictum non impedit prorogationem
temporis, ſed experiundi facultas quā
habuit abſens,vt recte notat Vlpianus.
Nam prorogatio temporis aut reſtitu-
tio non pendet ex irrogatâ pœnâ aut
delicto,ſed ex eo quod abſens per pro-
curatorem adire Prætorē potuerit, eo-
dem modo quo quilibet abſens qui nō
eſt in ſervitute l. ab hoſtibus. in prin.
ff. ex quibꝰ cauſis majores. aliter enim
ceſſante illa facultate adeundi Prætorē,
& conteſtandi per procuratorem, non
conſideratâ irrogatione pœnæ proro-
3 gationē obtinere potuiſſet,beneficio †
indulgentiæ & reſtitutionis, per quam
integra atque illibata exiſtimatio recu-
peratur, & abſterſâ maculâ delicti ac
pœnæ,ordini & omnibus cæteris quis
reſtituitur,l.1.in fine.C. de ſententiam
paſſis. atque perinde habetur, ac ſi nec
deliquiſſet nec pœnā ſuſtinuiſſet. Ob
† quod ſecundâ illa Papiniani ratio,*in-* 4
dignum eſſe propter pœnam irrogatā &c.
rei propoſitæ & in ſpecie in qua delicti
conſideratio ceſſat non convenit; & re-
ctè ab Vlpiano notatur,quia reſtitutus
civitati & bonis,per ipſam reſtitutionē
à delicto & pœna liberatur, & ad prio-
res actiones & jura ſua regrediens,non
prætendit nec deprecatur delicti veniā
quæ etiam minoribꝰ denegatur:l.auxi-
lium. De minoribꝰ. ſed vtitur jure ſuo
priſtino ad quod reſtitutus eſt, inſiſtit-
que gratiæ & reſtitutioni Principis. I-
deoque rectè Vlpianus ſcribit : *Quid*
enim commune habet delictum cum veniâ
ætatis? Quaſi dicat, in concedenda vel
deneganda prorogatione temporis, re-
ſtituto exuli delictum non ponderari,
ſed hoc ſolum,quod abſens per procu-
ratorem experiri potuit. Et † ita Divi 5
frātes Flavio Celſo in hæc verba re-
ſcripſerunt; l.de pollicitationibus. in
prin.ff.de pollicitationibus. *Probè faci-*
et Statius Ruffinus, ſi opus proſcænij,quod
ſe Gabinis exſtructurum promiſerat, quod
tandem aggreſſus fuerat perficiat,nam etſi
adverſa fortuna vſus in triennio à Præfe-
cto vrbis relegatus eſſet, tamen gratiam
muneris quod ſponte obtulit minuere non
debet,cùm & abſens per amicum perficere
id opus poſſit. Quę ratio quemuis abſen-
tem etiam ex aliâ cauſâ quàm delicti,
excludit à prorogatione tēporis, & re-
ſtitutione poſt lapſum anni vtilis, niſi
† agatur de eo qui minor xxv. annis, 6
militiæ vel Reipublicæ cauſa abeſſe
cœpit, deinde maior effectus ſit dum

abeſt; huic enim propter militares occupationes vel Reipublicæ cauſam ſpeciali beneficio ſuccurritur, vt ex quo rediit annus ei computetur, nō ex quo implevit xxv annum; vt Divus Pius, & deinceps omnes Principes reſcripſerunt. l. ſemper. §. ſi quis Reipubl. ff. quod vi aut clam. l. 1. 2. & 3. C. de reſtitutionibus militum. l. 1. C. de tempo. reſtit. in integrum. Quæ veriſſima eſt Vlpiani ſententia, nulli vitio obnoxia. Secundum quæ expendenda accipiendaque arbitror, quæ prolixè ſcribit Frāciſcus de Caldas, ad l. ſi curatorē in verbis: per quod priſtinum jus reciperet; num. 60.

SVMMARIA.

1. *L. decem 116 ff de verb. ob. & l qui res §. qui ſtipulatus. interpretatæ & invicem conciliatæ. & 2 3. 4. 7.*
4. *Obligatio conditionalis antè euentum conditionis non obligat.*
4. *Papinianus à Paulo rectè notatus, itemque Mutius à Servio. & 6.*
8. *Simile non eſt idem cum eo cui aſſimilatur.*

CAPVT DECIMVM-SEXTVM.

1 Papinianus † ſcribit: in l. decem 116. de verborū obligatio. *Si decē à Titio ſtipulatus, poſtea à Mevio ſtipuler quanto minus à Titio conſequi poſſem, Mevium à me liberari ſi decem integra à Titio conſecutus eſſem.* Quod Paulus reprehendit notatque, in d. l. 116. quaſi minus aptè Papinianus dixerit Meuium à me liberari, cujus promiſſio erat conditionalis, nec efficaciter obligabat antequā exiſteret conditio, eaque deficiēte nō liberabatur, ſed potius nō obligabatur. Quod propter nimiā ſubtilitatem à vero recedere videtur; Si-
2 quidem † licet promiſſio conditionalis non habeat præſentem obligationem, tamen defectus conditionis, inducit liberationem à metu futuræ, & nondum natæ obligationis, & adverſus eam acquiritur ſecuritas. Et ita Julianus ſcribit, patrem in actione de peculio eſſe loco conditionalis debitoris, & tamen vtilè illi eſſe legatum liberationis, & die legati cedente ipſum liberari. l. ſi quis reum §. idem Julian⁹. De liberatione leg. Quin † & ipſe 3
Paulus reſpondit, in l. cum res 97. §. qui ſtipulatus. De ſolutionibus. Si ſtipuler Titio quinque, aut mihi decem, idque actum ſit vt quaſi pœna adjiceretur in meâ perſonâ niſi Titio ſolutum eſſet, quinque Titio ſolutis reum à me liberari. Quod ſuperiorem Pauli notam videtur ſubuertere: Nam ſcribit reum liberari, qui tamen non tenebatur antequam in ſolvendis Titio quinque ceſſaſſet. Quod convenire videtur cum ſpecie à Papiniano propoſita. Ita vt Paulus reprehendendi cupiditate ductus, erranter improbaverit ſententiam Papiniani, quam ipſe in ſimili negocio ſecutus eſt, vt quidam ſcribit, objiciens

Paulo

Paulo vulgare illud:

Cum tua pervideas oculis male lippus inunctis,
Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum.

4 Sed † attentius conſiderãdo, Pauli nota vitio caret, & veram eſſe diverſitas diſtinctioque circumſtantiarum oſtendit: Papinianus enim loquitur in obligatione ſubſidiaria & verè conditionali, quæ per ſolutionem principalis defecit. Ita vt ante eventum conditionis appromiſſor non poſſit dici liberatus: cum in conditionalibus obligationibꝰ antequam cõditio exiſtat, nec actio nec obligatio oriatur. Quod aliter ſe habet in ijs ſpeciebus quæ à Iuliano & Paulo tractantur: Iulianus enim non agit de obligatione verè conditionali, ſed de alternativa: his verbis: *qui ſtipulatur ſibi aut Titio.* quæ (vt Paulus inquit) videtur conditionalis, ſi hoc actum vel dictum fuerit vt quaſi pœna adiecta eſſet in perſonâ ſtipulantis: Ea enim adiectio efficit, ne Titius adjecti loco & ſolutionis cauſa duntaxat adhibitus videatur d. §. qui ſtipulatur, vtque quaſi pœnæ loco eſſet id quod in ſecundam obligationem deducitur, quæ ex poteſtate diſiunctionis ſeu alternationis ceſſat, adimpleto altero diſiunctorum. Præterea in Pauli reſponſo vnus idemque eſt debitor vtriuſque obligationis, apud Iulianũ ſola eſt patris obligatio: Sed in Papiniani reſponſo duæ diſtinctæ ſunt obligationes, quæ in diverſis perſonis reſident, & altera veram conditionem ſuſpenſivam continet: ex cuius defectu is cum quo contractũ eſt non liberatur, ſed potius nõ obligatur, inſpecta vocabuli proprietate & ſignificatione, cuius diligentiſſimi inveſtigatores fuerunt Iuriſconſulti, & in qua magnam partem juris verſari Quintilianus ſcribit. Ex † quibus intelligitur, 5
ſecũdum proprietatem verbi ac genuinam illius ſignificationem (quam in definiendis negocijs IC. ſequuntur) rectè Papinianum notari à Paulo, licet in communi vſu & ſecundum impropriã ſignificationem accipiatur latius, vt rectè admonet Accurſius. in d. l. 116. Cui
† ſimile eſt, quod Paulus ſcribit: in l. 6
Quintus Mucius. De verbor. ſignif. *Quintus Mutius ait, partis appellatione rẽ pro indiviſo ſignificari, nã quod pro diviſo noſtrũ eſt, id non partẽ ſed totũ eſſe. Servius non ineleganter partis appellatione vtrumq́ ſignificari ſcribit, Mutium reprehendens, & rectè.* ſecundum propriam vocis ſignificationem, cum diviſio ad partium conſtitutionem pertineat, & partes dicantur in quas totũ dividitur. Quod Franciſcus Balduinus non ſatis animadvertiſſe videtur. in d. l. Quintus Mutius. Et † vt reſponſorũ 7
differentia ſit manifeſtior, obſervandũ eſt Iulianum nõ dicere patrem eſſe debitorem conditionalem, ſed loco conditionalis debitoris, vti etiam Paulus in d. §. qui ſtipulatur. cum qui ſtipulatur ſibi aut Titio videri conditionaliter ſtipulari. quæ nota improprietatis eſt, & ſimilitudinem non identitatem cõſtituit, & ad differentes ſpecies refertur;
cùm † omnium ſimilium aliqua inveniatur 8
imparitas & diſſimilitudo: & (vt vulgo dicitur) aliud ſit talem eſſe, aliud pro tali haberi. Ob quod ſæpè per occaſionem ſimilitudinis & non

Digitized by Google

exactè ponderatis cuiuſq; facti circumſtantijs, etiam prudentes falluntur, dū aliud alios movet, & plerumque paruæ res maximas trahant: Adeo vt Plinius ſcribat, in varijs hominum judicijs & voluntatibus ſæpe genu tibia aut talus ſit, vbi quis jugulum eſſe putat, neque enim minus imperfecta incertaq; ſunt cauſarum & negotiorum germina, quā tempeſtatum terrarumque.

SVMMARIA.

1. *L. 3 ff qui teſt facere poſſ vetus lectio defenſa.*
2. *Publici iuris eſſe quæ dicantur.*
3. *Titulus digeſtorum qui teſt fa. non poſſint cur negativè conceptus.*
4. *Teſtamenta omnia publici iuris eſſe.*

CAPVT DECIMVM-SEPTIMVM.

1 INter † alia quæ ſpecie emendationis à neotericis depravata ſunt, animadvertendum eſt Iacobum Reyvardum variorum lib. 5. cap. 12. in dubium revocare Vlpiani reſponſum in l. 3. qui teſt. fa. poſſ. in verbis *in quo diſponitur teſtamenti factionem publici non privati iuris eſſe*, ſecundum omnium librorum lectionem & authoritatem; quam ipſe (arguendo verborum tranſpoſitionem) perperam invertit, ita legendo. *Teſtamenti factio non publici ſed privati iuris eſt.* Quod fidei omnium codicum, etiam Baſilicon, & rationi ju-
2 ris adverſatur. Nam † quamvis jus publicum dicatur quod ſtatum reipublicæ Romanæ ſpectat, & in ſacris & ſacerdotibus & magiſtratibus conſiſtit. §. hujus ſtudij inſt. de juſt. & jure, quodque & authoritate & formā atque vtilitate Reipublicæ cōmoda reſpicit. nemo tamen dubitat etiam ea publici juris eſſe, quæ authoritatem & formam ex jure publico ſeu civili lege accipiūt inter quæ eſt tutela, teſtamenti factio & ſimilia: licet vſu & vtilitate privata ſint: neque † enim cuilibet teſtari li- 3
cet, vt conſtat ex titulo negativè concepto *Qui teſtamenta facere non poſſunt.* neque idem ipſe cui teſtari licet, pro arbitrio diſponere poteſt, ſicut paciſci & contrahere permiſſum eſt: ſed formā a lege præſcriptam obſervare tenetur l. teſtandi & l. ſi non ſpeciali. C. de teſtibus. Et † ita paſſim publici juris dicū- 4
tur, quæ ex jure civili authoritatem & formam accipiunt, l. jus publicum & ibi interpp. de pact. l. nihil §. non capitur ff. de reg. jur. Cic. in parti. orat. Imo † hac ipſa ratione, quia ex jure ci- 5
vili authoritatem & formam acceperāt teſtamenta quæ calatis comitijs in procinctu atque per æs & libram fiebant, juris publici dicuntur. Et labitur Reyvardus, exiſtimans teſtamēta calatis comitijs aut in procinctu facta, magis publici juris eſſe quam ea que per æs & libram fiebant; licet enim pro diverſitate

tate temporum diverſę teſtandi fuerint formulæ, omnia tamen ſimul viguerunt. Et ex jure civili originem authoritatem & formam acceperunt. §. 1. & 2. inſt. de teſtament.

SVMMARIA.

1. *Conditiones ad præſens vel præteritum tempus relatæ obligationem non ſuſpendunt.*
2. *Scientia in contractibus quomodo accipienda.*
3. *Aſſecurationes infirmari ſi fiant eo tempore quo de caſu conſtare poſſit.*
4. *L. cum ad præſens & l. reſpiciendum ff. de reb. cred. emendatæ.*

CAPVT DECIMVM-OCTAVVM.

1 CVm † ad præſens vel præteritũ tempus conditio confertur, ſtipulatio non ſuſpenditur, & ſi conditio vera ſit, ſtipulatio tenet, §. cõditiones inſtit. de verb. oblig. l. cum ad præſens ff. de reb. cred. id eſt ſtatim cõſtringit, obligat & initium juſti debiti inducit; quamvis tenere contrahentes conditionem ignorent, veluti ſi Rex Partorum vivit centũ millia dare ſpõdes? vt in reſcripto Papiniani legitur, in d. l. cum ad præſens. Nam vt ſtipulatio ſtatim valeat, accipiatq; initium juſti debiti, non eſt neceſſe ipſos contrahentes intelligere conditionem veram eſſe, & caſum in eam deductum exiſtere; ſed ſatis eſt, ſecundum naturam hominum *ſciri poſſe debitum iri*, id eſt, quod ſecundum poſſibilitatem naturæ ſciri poſſit, *debitum iri*. vt rectè legit Antoniꝰ Auguſtinus. emendat. lib. 2. c. 2. Quãvis enim contrahentes tempore ſtipulationis rem ita ſe habere, & caſum in conditione deductum exiſtere ignorent, non tamẽ differtur obligatio. neque ignorantia contrahentium impedimento eſt quo minus committatur ſtipulatio, ſi per rerum naturam poſſit intelligi conditionem veram eſſe: quæ enim per rerum naturã certa ſunt, nõ morantur obligationem licet apud nos incerta ſint. d. §. conditiones. Quomodo etiam † in alijs conſtitutionibꝰ 2
& conſuetudinibꝰ ſcientiam accipimꝰ, non eam quæ eſt cujuſque contrahentis in privato, ſed eam quam poſſibile eſt, ſecundum naturam generaliter pervenire ad aliquos degentes in loco vbi contrahitur. Et † ita de conſuetudine 3
aſſecurationes tranſmarinarũ merciũ infirmantur, ſi ante aſſecurationem factam, tantum temporis effluxerit, quo per celerrimum curſum, aut fœliciſſimum ventum, ſecundum poſſibilitatẽ naturæ notitia caſus ſeu periculi haberi potuerit; nè præteriti periculi aſſecuratio admittatur. Caſtrenſ. in l. in navi ff. locati. vt occaſio deceptionis & fraudis avertatur. De quo nos conſulti copioſè reſpondimus. centuria 1. conſil. conſil. 22. in prin. Quod † autem 4
ad emendationem legum attinet, reycienda eſt ex Papiniani reſponſo, in d. l. cum ad præſens. dictio *millia*. Et ex

Scævolæ reſponſo, in l. reſpiciendum ff ſi certum pet. dictio *eam.* quæ apud Plantinũ & alios ex inepto aliquo interprete aſſcripta ſunt, nam ſumma centum millium, excedit vſitatum commerciorum vſum in ſtipulationibus, quibus conditio pro cauſa adijcitur. Et vox *eam* ſine ſenſu eſt, & conturbat corrumpitque orationis cohærentiam. Sed & apud Scævolam in principio d. l. reſpiciendum legendum eſt, *reſpiciendum enim eſt* non *reſpiciendum enim eſſe*; vti cum defectu ſeu ſubauditione alterius verbi in libris Plantini & alijs quibuſdam legitur.

SVMMARIA.

1. *Inſcriptio l. 1. C. de quæſt. emendata.*
2. *Servos in dominos interrogari non poſſe. & 4.*
3. *L. Divus ff. de quæſt. & l. ſervi. de teſtib. explicata.*

CAPVT DECIMVM-NONVM.

1 VT † in legibus ita & in inſcriptionibus earum multa vitioſa tranſpoſita, commutata, interpolata & depravata reperiuntur. quod alias multis exemplis demonſtratum eſt, quibus adijciendum eſt reſcriptum Imperatorum in l. 1. C. de quæſtionibus. cujus inſcriptio paſſim in lib. impreſſis, etiam apud Plantinum, & alios elegantiores typographos ita legitur. *Impp. Severus Antoninus A A. Antigonæ*: pro quo apud Gratianum, etiam in decreto Romæ emendato, ita legitur: *Imperator Antoninus & Verus.* Sed vtrobique depravata eſt inſcriptio, quia neque Severi & Antonini, neque Antonini Philoſophi & Veri Antonini (qui Divi fratres appellantur) reſcriptum eſſe, nomina Conſulum aſſcriptorum coarguunt: quoniam reſcriptum promulgatum eſt Fuſco & Dextro Conſulibus, quos imperante Aurelio Severo ex faſtis conſularibus conſules fuiſſe intelligitur. licet is qui in reſcripto Severi Fuſcus eſt, in faſtis Rufus appelletur. Et proinde an in faſtis an in reſcripto error ſit in medio relinquimus, donec exiſtat qui veritate deprehenſa, faſtos novâ luce perfundat. Sed Aurelio Severo reſcriptum tribui debere indicium quoque facit marginalis Plantini annotatio, quæ oſtendit non *Antigonæ* ſed *Antigono* legendum eſſe, ex Divi Severi reſcripto quod ab Vlp. relatum eſt in l. 1. §. item Severus ff. de quæſt. his verbis *Item Severus Spicio Antigono ita reſcripſit: cum quæſtio de Servis contra dominos neque haberi debeat, neque ſi facta ſit dictum ſententiam conſilium inſtruat,* multa

multo minus indicia ſervorum contra do-
minos admittenda ſunt. Quæ Tribonia-
nus interpolavit, in d.l.1.C. de quæſt.
& commixtis diſtinctionibus diverſarũ
cauſarum, & circumſtantiarum, ſuæ
legiſlationi accommodando, ſub e-
juſdem Principis nomine Codici Iuſti-
niani inſervit. Hoc tenore, *quæſtionem*
2 † *de ſervis contra dominos haberi non o-*
portet exceptis adulterij criminibus, item
fraudati cenſus accuſationibus, & crimine
Maieſtatis quod ad ſalutem Principis
pertinet. In cæteris autem, quamuis ea quæ
ſervus contra dominum dixit, iudicantis
ſententiam formare non debeant: tamen
ſi alijs quoque probationibus fides verita-
tis inveſtigetur, præſcriptionis invidia
evaneſcit. In pecuniarijs vero cauſis nec
inopia probationum ſervos contra domi-
num interrogari poſſe manifeſtum eſt. In
quibus recte legitur *nec inopia probatio-*
num ſervos contra dominum interrogari
poſſe, propter reverentiam & fidem
à ſervis dominis debitam. Adeo vt
nec ſi quid vltro adverſus dominum
dixerint hoc ei obeſſe debeat. Nam
aut fidei conſtantia & obſequijs, qua-
cunque ratione, etiam contra verita-
tem, domini ſalutem cuſtodient: etiam
plurimis lacerati verberibus eculeo-
que impoſiti, & candentibus laminis
vſti. Aut data copia puniendi crudelem
dominum, quem oderunt quævis mẽ-
tientur in periculum domini, quem
peremptum cupiunt. Valerius Maxi-
mus lib 6.c. 8. de fide ſervorum erga
dominos Macrob. Saturnalium lib. 1.
c.11. Et hoc eſt quod Paulus ſcribit ſen-
tentiarum libro 5. tit. de ſervorũ quæ-
ſtionibus cap.4. non oportere in rebus
dubijs ſalutem dominorum ſervorum
arbitrio committi. Neque his adverſa-
tur † quod Martianus reſpondit in l. 3
divus ff. de quæſt. *in pecuniarijs cauſis,*
ſi aliter veritas inveniri non poſſit, de
ſervis, poſſe haberi quæſtionem. Et quod
Modeſtinus lib. 3. cognitionum ſcrip-
ſit, in l. ſervi ff. de teſtibus *ſervi reſpon-*
ſo tunc credendum eſſe cum alia probatio
ad eruendam veritatem non eſt. Nam
Martiani & Modeſtini verba ad eam
ſpeciem pertinent, in qua ſervi inter-
rogantur aut torquentur contra extra-
neos, non contra proprium dominũ,
vt recte obſervauit Græcus interpres li-
bri Baſilicon: in d. l. 1. C. de quæſt. in
quo etiam negativa lectio probatur
nec inopia probationum comprobatur. quæ
retinenda eſt repudiata Haloandri le-
ctione affirmativa, *ex inopia probatio-*
num. Quamvis Gratiani emendatores
eam amplectantur. Regula † enim eſt, 4
ſervos contra dominum neque teſti-
monium dicere, neque torqueri, etiam
ſi pretium atque æſtimatio ſervi tor-
quẽdi offeratur, l. 1. ff. de quæſt. Ne do-
mini vel fidei conſtantia per ſervorum
tormenta exonerẽtur, vel prætextu o-
dij & inimicitiarum, confeſſione
eorum grauentur. Cæterum quamuis
ſervi interrogatio adverſus dominum
per ſe non valeat, ſi tamen alijs proba-
tionibus fides veritatis depræhẽdatur,
ad inſtruendam iudicantis religionem
ponderari poteſt: d.l.2. §. in cæteris C.
de quæſt. præſertim ſi aliter veritas in-
veniri non poſſit d.l. divus ff. de quæſt.
Et hæc in magna legum noſtrarum cõ-
fuſione & obſcuritate probabiliora iu-
dicamus, non recuſaturi mutare ſentẽ-

tiā, ſi quis meliora oſtenderit. Neque enim opinionis ſemel conceptæ vſque adeo pertinax aſſertor defenſorque ſum, vt etiam allatâ meliori luce volens cœcutiam, quippe qui labi aut errare nequaquam turpe, ſed errorem detectum velle defendere turpiſſimum iudicem.

Emendationum libri ſexti.

FINIS.

ELBERTI LEONINI
EMENDATIONVM SIVE OBSERVATIONVM,

LIBER SEPTIMVS.

SVMMARIA.

1. *Sequeſter quis dicatur.*
2. *Deponere quid ſignificet.*
3. *L.licet §.1 ff. depoſiti emendata, & conciliata cum l intereſſe de acq. vel amitt. poſſ. & 4. 5.*
4. *Sequeſtratio an & quando poſſeßionem auferat. & 6.*
7. *Sequeſtratio alia voluntaria alia neceßaria.*
8. *Sequeſtrationis neceßariæ cauſa.*
9. *Sequeſtratio an & quando per cautionem impediatur.*
10. *Poſſeßio nemini temere eſt auferenda.*

CAPVT PRIMVM.

1 ISidorus † lib. 10. Etymologiarum ita ſcribit: *Sequeſter eſt qui certantibus medius intervenit; qui apud Græcos ἐμίστος dicitur, apud quem pignora deponi ſolent, à ſequendo dictus, quod eius fidem vtraq; pars ſequatur.* Quod etiam Modeſtin⁹ in l. ſequeſter, ff. de verborum ſignificat. & Paulus in l.6. ff. depoſiti. probant, à quibus eſt traditum, Sequeſtrum dici, *apud quem plures eandem rem de qua controverſia eſt depoſuerunt. Dictum ab eo, quod occurrenti & quaſi ſequenti eos qui contendunt res controverſa committatur.* Propriè enim in ſequeſtro eſt depoſitum, quod à pluribus in ſolidum certa conditione cuſtodiendum reddendumq; traditur. Sequeſter enim dicitur, quod eius qui electus ſit vtraque pars fidem ſequatur. Vnde Tertullianus ſcribit: in lib. de reſurrectione carnis. *Hic ſequeſter Dei atq; hominum appellatus, ex vtriuſq; partis depoſito commiſſo ſibi.* Et rurſus. in lib. de patientiâ. *Adeò ſatis idoneus patientiæ ſequeſter eſt Deus, ſi iniuriam depoſueris penes eum, vltor eſt.* Id eſt Deus vlciſcitur iniuriam, quæ apud eum deponitur, & abdicata diſpoſitioni illius relinquitur. 2 Etenim † *de*, præpoſitio addita verbo, auget illius ſignificationem, & deponere ſignificat abdicare ſeu relinquere. Et ita claſſici authores

Digitized by Google

dixerunt, deponere dolorem, deponere
moleſtias, invidiam, curas, inimicitias,
ædificationem, provinciam. &c. Licet
alioqui (præſertim apud I C.) deponi
dicatur generaliter, quod ſervandum
datur & alicuius fidei committitur; ple-
rumque abdicatâ & tranſlatâ in ſeque-
ſtrum poſſeſſione, plerumque verò re-
3 tenta Quod eleganter † expreſſit Iulia-
nus: in l. intereſſe, ff. de acquirenda vel
amittenda poſſeſſione. *Intereſſe puto qua*
mente apud ſequeſtrum deponatur res: nā
ſi omittendæ poſſeſſionis cauſa, & hoc aper-
tè fuerit approbatum, ad vſucapionem po-
ſſeſſio eius partibus non procederet. At ſi
cuſtodiæ cauſa deponitur, ad vſucapionem
eam poſſeſſionem victori procedere con-
ſtat. Cum quo Marquardus Freherus
I C. non incelebris, in parergis ſuis, ex
diametro pugnare arbitratur Florenti-
ni reſponſum: in l. licet, §. 1. ff. depoſiti.
Adeò vt ſi nihil mutetur, diſſidium ſit
indomitum, & quicquid tentes, quic-
quid te torqueas.

Pugnantia tendas,
Frondibus adverſis componere.

Etenim communis & vetus lectio Flo-
rentini in d. l. licet, § 1. hæc eſt: *Rei de-*
poſitæ proprietas apud deponentem manet.
ſed & poſſeſſio, niſi apud ſequeſtrum de-
poſita eſt. Nam tunc demum ſequeſter poſ-
ſidet: id enim agitur ea depoſitione, vt
neutrius poſſeſſioni id tempus procedat.
Per quæ Florentinus dicere videtur, id
actum preſumi, vt neutri procedat po-
ſſeſſio intermedia: & ideo ſemper vi-
deri depoſitum factum omittendæ po-
ſſeſſionis cauſa. Quod evidenter repug-
nat ſententiæ Iuliani, in d. l. intereſſe.
deſiderantis id apertè approbari, & in
dubio præſumi contrarium: Quia in
dubio nemo eo animo eſſe intelligi-
tur, vt poſſeſſionē omittat. l. cùm fun-
dum. De vi & vi armata. Et proinde ip-
ſe vt pugnantia jungat, cenſet veterem
lectionem Florentini eſſe corruptam
& depravatam, & pro verbis: *Niſi apud*
ſequeſtrum depoſita eſt, nam tum demum
ſequeſter poſſidet. id enim agitur ea depo-
ſitione. &c. reponendum eſſe. *niſi apud*
ſequeſtrum depoſita eſt, tum autem demū
ſequeſter poſſidet, cum id agitur ea depoſi-
tione. &c. Quæ mutatio nimis temera-
ria & audax eſt, nullius codicis authori-
tate adiuta, nec idonea ratione confir-
mata, & per quam genuina Florentini
lectio & ſententia non corrigitur, ſed
corrumpitur, eique pro luce & illuſtra-
tione macula aſpergitur. Etenim † quā- 4
vis ſecundum regulam, ex ſimplici
rei depoſitione & ſequeſtratione in
dubio non transferatur poſſeſſio: aliud
tamen obſervatur, cum nominatim &
expreſsè ipſa rei poſſeſſio deponitur &
ſequeſtratur: id enim agitur ea depo-
ſitione vt poſſeſſio interim omittatur.
Vt eleganter probat Florentinus, in d.
l. licet, §. 1. regulâ generali propoſitâ:
Rei depoſitæ proprietas apud deponentē
manet. ſed & poſſeſſio. Cui per excep-
tionem ita ſubycit, niſi, id eſt, *ſi nō apud*
ſequeſtrum depoſita eſt. ſcilicet ipſa po-
ſſeſſio. *nam tum demum,* id eſt, poſtea-
quam poſſeſſio eſt depoſita, *ſequeſter*
poſſidet. Cui elegans ratio ſubycitur his
verbis: *id enim agitur ea depoſitione, vt*
neutrius poſſeſſioni id tempus procedat,
id eſt, per hoc quod ipſa poſſeſſio de-
ponitur, id agi intelligitur vt ſequeſter
poſſideat. Quod maximè concinnum,
& juris

Digitized by Google

& juris diſpoſitioni atque Iuliani ſententię, & interpretationi Zazij, in antynomijs ſuis.eſt conſentaneum. Neq;
5 † dictio illa *demũ* otioſe inepteq; additur, nec labem habet, ſed ſummã gratiam, & convenientiſſimè ad determinationem præcedẽtis exceptionis ſubycitur.
6 Verum † quidem eſt, regulariter ex ſimplici ſequeſtratione rei nec proprietatem nec poſſeſſionem amitti; veruntamen cùm ipſa poſſeſſio ſequeſtratur, tunc denum ſequeſter poſſidet; & poſſeſſio medij temporis neutri litigatorum ad vſucápionẽ prodeſt: Eoque pertinet inſcriptio titulorum, in Decretal. Clementinis, &c. *De ſequeſtratione poſſeſſionis & fructuum.* Quin etiamſi nominatim poſſeſſio non ſequeſtretur, ſed res ipſa, plerumque tamen per ſequeſtrationẽ rei amittitur poſſeſſio: vt ſi ſponſionis causâ quid apud ſequeſtrum deponatur. l. ſi rem tibi, §. ſi ſponſionis causâ, ff. de præſcriptis verbis. Quod Vergilius reſpexit, ita ſcribens.

Ego hanc vitulam ne forte recuſes,
Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fætus,
Depono: tu dic mecum quo pignore certes.

7 Prædicta † locum habent in ſpecie ſequeſtrationis voluntariæ, cui opponitur neceſſaria ſequeſtratio, quæ fit à judice eius rei de quâ in judicio contenditur, ſi juſtam ſequeſtri cauſam judex animadvertit. In quâ ſpecie ſequeſtratio eſt rei in judicio litigioſæ, aut fructuum eius, ab eo qui ſe poſſeſſorẽ aſſerit, ſeparatio, & authoritate judicis penes aliquem depoſitio. Quæ fieri poteſt ex juſta causâ, non ſolum de re ab altero ex litigatoribus poſſeſsâ, verum etiam de eâ cuius poſſeſſio vacat & jacet. Baldus in l. fin. col. 4. C. de edicto Divi Adriani tollendo. Stephanus Aufrerius ad deciſiones Tholoſa. deciſio. 477. Diciturque † juſta ſequeſtrandi 8
cauſa, quando pendente apud judicem litigio, timetur nè ſuboriatur ſcandalũ, ac ne veniant litigatores ad arma, l. æquiſſimum, & ibi DD. de vſufruc. l. in venditione. De bonis authoritate judic. poſſidendis. cap. 1. & 2. De purgatione Canonica. Felinus in cap. nihil cum ſcandalo. De prę́ſcriptionib⁹. Aut nè malitioſa fructuum abſumptio poſſeſſori pateat, Innocẽtius & Panormitanus in cap. 1. & 2. de ſequeſtratione poſſeſſ. & fructuum. Qui forte cùm ſit non ſoluendo, ſciens à ſe foueri malam cauſam, differt quoad poteſt judicium, vt interim fructus accipiat. Simili modo ſequeſtratio facienda eſt, quando partium jura ſunt obſcura judici: Faber in l. vnicâ. C. vti poſſidetis, Aufrerius d. deciſ. 477. Aut ſi conventus pro re mobili ſit ſuſpectus, nec poſſit ſatiſdare, vt notat Angelus, in l. ſi fideiuſſor, §. ſi ſatiſdatio. ff. Qui ſatiſdare cogãtur. contra muliones, ſtipendiarios & forẽſes, venientes ad civitatem cum equis & mulis, quia vt Angelus ait, cum ſemper ſint in itinere, & pedem teneant in ſtripedio, ſemper dicuntur ſuſpecti, ſi ab eis petantur equi vel muli vel quid aliud, niſi ſatiſdent. Quod idem eſt in alijs plurimis caſibus, diligenter collectis ab Innocentio & Panormitano, in d. cap. 1. & . 2. de ſequeſtrat. poſſeſſio. & fructuum. Aufrerio, d. deciſione 477.

Digitized by Google

Franciſco Curtio,in tractatu ſuo de ſequeſtris. Ægidio de Bellamera, Deciſio. 54. Petro Lorioto, de ſequeſtratione lib.1.cap.147.& ſequẽti. Andrea Gaillio, practicarum obſervationũ lib. 1. cap.147.& ſequenti. & alijs, poſt Gui-
9 donem Papæ.conſil.123.parte 2.An † autem impediri poſſit ſequeſtratio per ſufficientem & idoneam cautionẽ poſſeſſoris, quæſtionis eſt. Et Cynus & Bartholus in l. vnica. C. de ſequeſtratione pecuniæ.ſequuntur partem affirmativam, quam Ioannes Andreæ in additione ad Speculatorem,ff.de ſequeſtratione poſſeſſio. & fructuum. generaliter non admittit,dicitque non obſtante cautionis oblatione, debere ſequeſtrationem parte aduersâ inſiſtente fieri, nè forte poſſeſſor malitioſè ex fructibus litem protrahat.Practicus Papiẽſis,in opere ſuo,de formâ ſequeſtri. Simili modo ſatiſdatio non admittitur adverſus ſequeſtrationem,quæ pendẽte appellatione,aut ad executionem judicati vt debitor ſoluat decernitur: l. ſi pecuniæ,§.finali,ff.vt in poſſeſſionem legatorum,cum alijs multis citatis per Franciſcum Curtium in d.tractatu ſuo. de ſequeſtris, queſtione 14. Aut ſi agatur de perſonis,inter quas non cadit ſatiſdatio. aut de caſibus in quibus metuitur ſcandalum; niſi in totum ſcandali ſuſpicio tollatur.Panormitanus in d.cap.2. Quibus addi poſſunt alij caſus à Iaſone relati.in d.l.ſi fideiuſſor, §. fina.In quibus ſatiſdatio non impedit ſequeſtrationem & in quibus tutius eſt vti ſequeſtro,vt tandem in causâ victori reſtituantur fructus. Niſi † altera 10
pars probetur eſſe in poſſeſſione, quæ temerè non eſt auferenda, præſertim expoſitâ cautione ſeu ſatiſdatione, ſed non poſſidenti debet inhiberi, vt rectè admonet Aufreriꝰ.d.deciſio.477.Quia commoditatem poſſeſſionis,quę magna eſt,adimi poſſeſſori non oportet, ſecundum negatiuè conceptam inſcriptionem & regulam rubricæ Codicis, De prohibitâ ſequeſtratione pecuniæ. Quam multis rationibus diſcutiunt, explicant, ampliant, extendunt & reſtringunt ſupradicti interpretes & alij.

SVMMARIA.

1. *Venditiones temerè reſcindi non debere.*
2. *L.venditor C.de reſc.vend.emendata & explicata.*
3. *L. 1. in princip. ff.ne quid in flu. publ reſtituta.*

CAPVT SECVNDVM.

1 RAtas † manere vẽditiones omnium intereſt, l. ratas C. de reſcind. vendit. adeò quod nec per oblatam ſimplicis pretij reſtitutionem,nec duplicationẽ eius, nec propter paulo vilioris pretij querelam celebrata venditio infirmetur: l. quiſquis C.de reſcin.venditione.aut quod mag-

Digitized by Google

no pretio fundum comparatum minore quis diſtraxerit, niſi læſio intervenerit excedens dimidium juſti pretij, l. 2. C. eodem. Aut dolus ſit adhibitus, vt à Diocletiano & Maximiano eleganter eſt reſcriptum in l. ſi dolo. ff. eodem. *Si dolo adverſarij deceptum, venditionem prædij te feciſſe Præſes Provinciæ aditus animadverterit: ſciens contrarium eſſe dolum bonæ fidei (quæ in huiuſmodi maximè contractibus exigitur) reſcindi venditionem iubebit.* Id † quod in alio reſcripto in l. venditor. eodem tit. temperamentum & reſtrictionem accipit, ſi nõ detegatur venditorem tempore contract⁹ ſciviſſe, id quod callidè per emptorem agebatur: Verba enim reſcripti hæc ſunt: *Venditor factum emptoris quod eum tempore contractus latuit poſt arguẽdo, non quod eo tempore ſcierit quo id ageretur, & conſenſit, de dolo queri poteſt. Igitur cùm patrem tuum, vt maius cõprehenderetur inſtrumento pretium, quã rei quæ diſtrahebatur eſſe convenerat conſenſiſſe profitearis, propter hoc ſolum de circũſcriptione fruſtra queritur.* In quibus eſt manifeſta labes & mendum inexcuſabile: Nam cùm propoſitio quæſtionis venditorem reſpiciat, neceſſe eſt illationem congruere propoſitioni, & per collectivam conjunctionem *igitur*, ex præcedentibus concluſionem inferri. & retento eodem themate, vtramque reſcripti partem accommodari venditori, qui nunquam conqueritur de exceſſu pretij, vt indicant verba illa, *vt maius comprehẽderetur inſtrumento pretium*, Sed de defectu pretij. Ideoque rejecta interpretatione Accurſij & aliorũ interpretum, per converſionem caſus, expungendæ ſunt dictiones illæ: *vt maius comprehenderetur inſtrumẽto pretium*, in locum earum ſubſtituendo, *vt minus comprehenderetur inſtrumẽto pretium.* Quod reſpicit læſionem ipſius venditoris, qui inde juſtam querelam acquireret, ſi per propriam ſcientiam & conſenſum ab ea non excluderetur. Et quod vtraque pars reſcripti in venditore procedat, & ceſſet, probant ſequentia verba reſcripti. in d. l. venditor. *Sane ſi placitum pretium non probetur ſolutum, vel in quantitatem debiti per errorem facti, compenſari cautum fuerit, hoc reddi rectè poſtulatur.* Quibus oſtenditur integrũ reſcripti tenorem in venditore non in emptore procedere. Nec † ſolum in Imperatorum illo reſcripto, verùm etiã in alijs quibuſdam locis, commutatio illa vocum *maius, minus & nimis* errorẽ invexit. Nam in interdicto: Ne quid in flumine publico ripave fiat, quo aliter aqua fluat atque vti priore æſtate fluxit, in communibus libris ita refertur: l. 1. in prin. ff. nè quid in flum. publico. *Hoc interdicto proſpexit Prætor, nè derivationibus minus conceſſis flumina exareſcant.* Pro quibus indubiè reponendum eſt: *nè derivationibus nimis conceſſis flumina exareſcant.* Quod poſtremum etiam Pandulphus in editione Plantini obſeruavit.

2 3

SVMMARIA.

Digitized by Google

1. *Cuiacij emendatio in §.ſed & ſi pecorum.Inſtitu.De vſu & habit.contra Gentilem defenſa.*
2. *Pecoris ſignificatio explicata.*
3. *Antiquos non pecuniâ,ſed compenſatione merces emiſſe.*
4. *Mulctæ pecorales intra quem numerum conſtiterint.*

CAPVT TERTIVM.

1 SCribit † Iuſtinianus: in inſtitut. §.ſed etſi.de vſu & habitat *Sed etſi pecorum vel ouium vſus legatus ſit, neq; lacte neq; agnis neq; lanâ vtetur vſuarius.* Quæ Iacobus Cuiacius diligentiſſimus vetuſtatis inueſtigator mutila eſſe,& pro *vel, veluti* legendum arbitratur. *Sed etſi pecorum, veluti ouium vſus legatus ſit,&c.* Quod tanquam vacillãs nutanſq; & à vero alienum improbat Scipio Gentilis, à quo nuper parerga quędam non inerudita in lucem prodierunt. Parergon lib. 1. cap. 5. Scribit enim Tribonianum pecorum appellationem pro ouibus accepiſſe, & nè qua dubitatio ſupereſſet, *vel ovium*, explicationis causâ ſubieciſſe. eâ ratione, quod vulgari conſuetudine ab antiquiſſimis temporibus pecoris appellatio
2 oues tantum complexa ſit. Quod † mihi pugnare videtur cum aliorum authorum ſententijs, apud quos pecoris appellatio patet latiſſimè, & generaliter præter oues etiam boues aliaq; animantia complectitur, ſecundum Caſſij opinionem à Martiano relatam. l. legatis, §. pecoribus. de legatis 3. Quod Cicero probat in Tuſculanis quęſtion. ita inquiens; *Tum multitudo pecorum, partim ad veſcendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partim ad corpora veſtienda.* Et confirmat Saluſtius: de bello Iugurtino. *Principium inquiens & mancipiorum prædas certantes agitare, ea mutare cum mercatoribus vino aduectitio,&c.* Antiquis † enim ſingula 3
non pecunia ſed compenſatione mercium emebantur, mutatione quadam ementium, vt Tacitus ſcribit, in vita Agricolæ. Et idem comprobatur indè, quod antiqui Romani nihil præter pecora habebant, & quod omnis mulcta erat pecoralis. Siquidem † ante æs & 4
argentum ſignatum, apud antiquos minora delicta duabus ouibus mulctabantur, maiora triginta bobus; nec vltra hunc numerum excedebat mulctatio. Poſtquam autem ære ſignato Po. Romanus vti cœpit, pecudes ex lege Tarpeà æſtimari cœperunt, vt bos centuſſibus, ouis decuſſibus, vt Sextus Pompeus refert in dictione Quis, & dictione Peculatus. Per quæ in ſolido collocatur generalis illa pecorum ſignificatio, & vera atque inconcuſſa manet Iacobi Cuiacij emendatio, quam non ſatis perpenſo judicio, vt improbã Gentilis damnaverat.

SVMMARIA.

L. 1. ff.

Digitized by Google

1. *L. 1. ff. de vi & vi armatâ, integritati ſuæ reſtituta.*
2. *L. 1. De lege Iulia repet. illuſtrata & emendata. 24.*
3. *Præſides, Proconſules, Epiſcopos, Capitaneos &c. officialium & miniſtrorum facta præſtare.*
5. *L. 6 ff ad legem Iul rep emendata.*
6. *Magiſtratus an & quatenus munera capiant.*

CAPVT QVARTVM.

1 INſincerum † & depravatum eſt in Pandectis Vlpiani reſponſum, in l. 1. de vi & vi armatâ. in ipſis verbis edicti Prætorij, quæ ita leguntur. *Vnde tu illum vi deieciſti, aut familia tua deiecit: de eo, quæq; ille tunc ibi habuit.* Etenim non cohærent, nec regulis Grammaticorum conveniunt, verba illa: *de eo, quæq; ille tunc ibi habuit.* Elegans verò & incorrupta lectio Græcorum eſt, quæ ita habet: *Si quem loco deieceris vi tu aut familia tua, de eo de q; ijs quæ illic*
2 *habuit.* Ex † quibus caſtigandus & reſtituendus eſt liber Pandectarum etiã in Martiani reſponſo in l. 1. ff. ad legem Iuliam repetundarum. *Lex Iulia repetundarum pertinet ad eas pecunias, quas quis in magiſtratu, poteſtate, curatione, legatione, vel quo alio officio, munere miniſterione publico cæpit, vel cùm ex cohorte cuius eorum eſt.* Pro quo elegantius legerunt Græci, *& eos qui ſunt ex cohorte cuius eorum:* accipiendo *cuius* pro alicuius, ſeu cuiuſuis. quod à Gramaticorum regulis non abhorret. Et ſimili ratione dixit Vlpianus, in l. lex Cornelia, in prin. ff. de injurijs. *quive eorum parentiſue cuius eorũ patronus erit.* Vt ſit Martiani ſententia, Repetundarum judiciũ competere adverſus eos qui pecuniam accipiunt in magiſtratu, vel legatione vel publico miniſterio, item adverſus eos qui ſunt ex cohorte vel comitatu cuiuſuis eorum, ſi pecuniam durante legatione vel publico miniſterio accipiant. l. 4. ff. de lege Iulia repetundarũ. Extantq; multa exempla, quibus Præſides & Proconſules officiales ſuos & eos qui ſub ſe agunt delinquẽtes coercuerunt. l. ſi quis fortè, ff. de pœnis, l. 7. C. de maleficijs. Quin † & ipſos Præſides 3
atque Proconſules teneri pro ſuis familiaribus comitibuſque, conſtitutum eſt. Et ita Epiſcopum teneri ad reſtitutionem damnorum per ſuum vicarium aut officialem iniuſtè illatorum, domini de Rota decidunt. in concluſionibus antiquis deciſionib9 additis, de officio vicarij ca. 1. Quod rectè extendi poteſt ad Capitaneos, & quoſlibet alios malorum hominum miniſterio vtentes. Et hoc eſt quod Vlpianus reſpondit, in l. ſi ſerv9 ſervũ. § huius legis. verſ. item ſi arbuſtum. ff. ad l. Aquiliam. colonum ex locato cõventum, præſtare debere damnum à ſervo ſuo datum, ſi negligens in miniſterijs ſuis fuit. Rurſus † in fine eius 4
quod à Martiano reſponſum eſt: in d. l. 1. *excipit lex à quibus licet accipere* additamentum eſt alicuius interpretis, & tamquam gloſſa à Græcis refertur.

Digitized by Google

Vnde reiecto illo additamento, poſt verba illa: *cuiuſuis eorum*, ita legi poterit: *Poſſunt tamen accipere à ſobrinis, & ijs qui propiore gradu ſunt cognatus, & ab vxore* (ſeu, vt in margine Pandectarum
5 aſſcribitur) *vxoreve*. Item † in Venulei reſponſo, in l. 6. ff. ad l. Iuliam repet. vbi Pandectæ habet: *Vtque vrbani magiſtratus ob omni ſorde ſe abſtineant, neue plus doni munerisq; in anno accipiant, quàm quod ſit aureorum centum.* Græci legerunt: *nihilq; doni occaſione accipiant,* prætermiſsâ, centum aureorum mentione. Quod convenit cum eo quod Macer reſpondit: in l. 7. ff. ad leg. Iul. repet. *Eos qui prohibentur à nullo, neq; illam quantitatem accipere poſſe.* Et ita † 6
Conſtantinus Imperator generaliter prohibuit Novella. 7. *Ne quis iudicum civilium quicquam quocunq; titulo ſeu occaſione capiat, vt manus puras habentes, omne aurum contemnant.* Excepto eo, quod cum aliquò proficiſcuntur, vbere neceſſariarum rerum ſuppeditatione fruantur. vt idem Conſtantinus conſtituit. Novel. 8. c. 2. & Novel. 9. de cõſuetudinibus c. 4.

SVMMARIA.

1. *Florentinam lectionem non per omnia integram.*
2. *L. 1. §. miles autem ff. de milit. teſt. gloſſemate liberata. & 7.*
3. *Scipionis Gentilis ſententia ac emendatio improbata.*
4. *Militem à mollitia non appellari.*
5. *Ταγμα quid ſignificet.*
6. *Græcos Imperatores ſermonem & mores Græcorum affectaſſe.*
7. *Miles à millè dictus.*
9. *Veteres literarum geminatione antè Ennij tempora non vſos.*

CAPVT QVINTVM.

1 NEgandum † nõ eſt Pandectarum Florentinarum auxilio multa loca juris civilis emendatiora legi, & minore negotio poſſe intelligi: ſed his qui integritatẽ ſcripturæ in illis libris ſemper obſervatam fuiſſe aſſerunt, fidem non habeo. Nec verum puto quod Ang. Polit. ſcribit, epiſt. lib. 1. epiſt. vlt. Florentiæ architipum eum ipſum librum eſſe quẽ Iuſt. Imperator publicavit, aut qui Iuſtiniano authore ſit ſcriptus. Et Lelius Taurellus in multis illarum Pandectarum lectionem ſuſpectam habet: eamque ob cauſam ea ipſa in quibus hæret loca hemicijclis ſtelluliſque ſep. ſit. Multaque alia vitia ab illo non deprehenſa doctiſſimorum virorum opera fœliciter, & ingenioſè quotidie eruuntur, deteguntur & emendantur. Quibus ego hic vnum locum ſuperfluis ſemi doctorum hominũ commentis inſi-

Digitized by Google

inſigniter depravatum adijciam , & Vlpiano priſtinum ſuum nitorem re-
2 ſtituam. In pandectis † etiam Florentinis paſſim ita legitur in l. 1. §. miles autem de mil. teſt. *miles autem appellatur vel à militia, ſeu mollitiâ, id eſt duritiâ quam pro nobis ſuſtinent: aut à multitudine: aut à malo quod arcere milites ſolent: aut à numero mille hominum, ductũ à græco verbo , tractum à tamate: nam græci mille hominum multitudinẽ* ταγμα *appellant, quaſi milleſimum quemq́ dictũ.* Quæ verba in Vlpiano redundant, atque à gloſſographo malâ manu additâ videntur: quoniam loco non apto immiſcentur, & ſuſceptam à IC. tractationem militaris teſtamenti interturbant, ſententiamq; habent ridiculam, alienam à re de qua agitur, atque ab elegantiâ Vlpiani abhorrentem. Miles enim atque militia eandem habent originem & deriuationem, nullaque eſt convenientia aut vicinia inter dictiones *miles* & *mollitia*. Neque ſimilitudinem aut cognationem habet latina dictio *miles*, cum græco ταγματι Nec
3 tollitur † ſed augetur vitiũ à Scipione Gentili, per adiectionem notulæ X. tũ quia non rectè cohæret ſequenti dictioni ταγμα: tum etiam quia notula X apud veteres index eſt & nota numeri denarij, quemadmodum V quę dimidiata pars eſt literæ X denotat numerum quinariũ. Illud poſt Iacobum Cuiatiũ recte, Scipiò Gentilis ſcribit orignium libro ſingulari, Vlpianũ nõ agniturum ſeipſum in hac poſtrema notatione, cum nulla ſit inter vocabulum *miles* & ταγμα affinitas. Ita vt ab Vlpiano imprimis gravi, & (vt Atheneus ſcribit) originum inueſtigatore acutiſſimo, ne per ſomnium quidem
ſcripta eſſe videantur. Et † quod miles 4
quibuſdam dicatur quod nihil molle ſed potius quid aſperum gerat, frigida eſt ἀντίφρασις, & quædam longe petita alluſio non etymologia, per quam IC. à quibus initijs & incunabulis vocabula deſcendant vt eorum ſignificatio innoteſcat, perquirunt. In quo ne proprio judicio atque prudentia me niti quis exiſtimet, conſentientem habeo ſummæ humanitatis & conſumatiſſimæ eruditionis virum Iuſtum Lipſiũ, qui cum anxius hærerem, confirmauit meam ſententiam. quam ſecurius amplector, ob id quod etymologia apud Vlpianum relata non inueniatur in Iſidoro qui in vocis etimo eſt ad rem
ipſam vicinior & verior. Et denique † 5
quod ταγματος vocabulum pro ordine, collatione ſeu diſpoſitione inueniatur. Sed in ea ſignificatione, vt legionem ſeu numerum mille militum ſignificet non legitur, niſi apud poſteriores authores qui Vlpianum poſt longum intervallum ſecuti ſunt. Scribit enim Conſtantinus Porphyrogeneta in libello de thematib' ſive de agminibus militaribus nuper à doctiſſimo Bonaventurâ Vulcanio in lucem editus ac latinitate donatus. *Eos qui poſt Heracliũ Libicum regnarunt, cum diminuto imperio non haberent vbi aut quomodo potentiã dominatumq́ exercerent, in paruas aliquot partes ſecuiſſe imperium ſuum, & militaria tagmata (græcum ſermonem affectantes, patrium vero ac Romanum repu-*
diantes) conſtituiſſe. Græci † enim Im- 6
peratores, totius Imperij ſtatũ, græcis

literis ac ſermoni & moribus Græcorū accommodari voluerunt: quamuis latina idem ſignificantia conſtante adhuc republicâ Romanâ vſitata eſſent. Idque à Iuſtiniani temporibus tentatū fuiſſe oſtendit novellā 13. c. 4. & novel-
7 la 163. c. 2. Adeo † vt ipſā novitas ſignificationis, in quâ apud poſteriores auctores dictio ταγματα vſurpata eſt, vſum illius Vlpiano abneget: conuincatq; locum illum gloſſema ſiue attextum aliquem eſſe, & non Vlpianum ſed ineptum aliquem interpretem ſeu gloſſatorem auctorem habere. à quo ineptè in principio eius quod ab Vlp. reſponſum eſt, ex marginali quadam annotatione textui inſerta ſunt verba illa, *Caput ex mandatis*. Quæ male cohærere & redundare oſtendunt præcedētia Vlpiani verba, *Mandatis inſeri cæ-*
8 *pit caput tale*. Sed † quanquam etymologia militis alieno loco Vlp. aſſcribatur, & ex ſcholio aliquo ſeu gloſſâ & ineptijs grammaticorum textui irrepſerit: origo tamen nominis à mille hominum numero deducenda videtur; vt miles quaſi milleſimus quiſque ſeu vnus ex mille appelletur. Nec movet quod mille gemina conſonante ſcribatur, dictio miles vnico l. contenta ſit: quia in derivationibus ſæpiſſimè litera ſeu ſillaba mutari ſolet. Gellius lib. 10. c. 3. Et quanquam mille adiectivum duplicatam conſonantem habeat, ſubſtantivum tamen vnico l. abſoluitur: Quemadmodū ile & cubile & reliqua eiuſdem terminationis. Quibus † ac- 9
cedit quod apud veteres nulla geminabatur litera in ſcribendo, ex antiqua conſuetudine, quæ durauit vſque ad tempora Ennij, qui conſuetudinem illam mutaſſe fertur, vtpote Græc⁹ Græcorum more vſus: qui æquè ſcribentes ac legentes duplicabant multas & ſemivocales & liquidas, vt auctor eſt Feſtus.

SVMMARIA.

1. *L. Imperatores de appel. integritati reſtituta.*
2. *Appellationes omiſſo medio fieri non debere.*
3. *Caſus quibus omiſſo medio ſuperior appellatur. & remiſſivè nu. 7.*
4. *Gallos in capitalibus cauſis, omiſſo medio curias ſuperiores appellare.*
5. *Belgij conſuetudo hac in re.*

CAPVT SEXTVM.

1 Commaculatum † & tenebris involutum eſt Papirij Iuſti reſponſum, in l. Imperatores, ff. de appellationibus. in quo ſecundum vulgaria exemplaria perperam ita legitur: *Imperatores Antoninus & Verus reſcripſerunt, appellationes quæ rectò ad Principem factæ ſunt. &c.* Quæ nullum ido-

idoneum ſenſum habent: ideoque alij non ſinè ratione legunt, *quæ rectà ad principem factæ ſunt*, dictione *recta* abſolutè poſitâ. alij verò legunt *è recto*, quod minus idoneum eſt. Alciatus vero diſpunctionum lib. 1. cap. 15. reponendum arbitratur *recto*. Mihi verò perſuaſum eſt, ex coniecturâ alterius lectionis *è recto*, & propter maiorem vim ſignificandi, quam habet in compoſitione prepoſitio *de*, Papinianum ſcripſiſſe; *quæ directo ad Principem facta ſunt*. argumento l. libertates, ff. de
2 fideicommiſſarijs libertat. Id † enim evidentius exprimit Imperatorij reſcripti ſententiam, quod provocationes ad ſuperiorem ordinatim, & (vt noſtri loquuntur) gradatim fieri debeāt, & non omiſſo medio, ſaltuatim. Vti etiam in Pontificijs conſtitutionib⁹ eſt traditum, cap. Romana. De appellatio. in 6. & ca. ſi quis. quæſtione 6. Et Gallorum moribus & ordinationib⁹ Germanis. Cæſareæ Cameræ, & arreſtis quibuſdam Galliæ confirmatur a Reinato Choppino, de juriſdictione Andegavēſ. lib. 1. cap. 65. nu. 10. & ſequēt.
3 Qui † obſervationem illam limitat, quando medius Iudex palam apertéq; negat poſtulanti juſtitiam, aut ſuſpect⁹ eſt, aut rapacitatis alioue nomine obire non poſſit judicandi munus: Quoniam tunc poſthabito eo, liberum eſt appellare medij illius judicis ſuperiorem. Et ita celebrib⁹ Cameræ Imperialis arreſtis judicatum refert Ioachimus Mynſingerus, centuria 1. obſervatione 67. Quæ ex parte referuntur etiam à Reynato Choppino, loco citato. Qui addit † Francos etiam in capitalibus 4
cauſis curiam ſuperiorem appellare, omiſſo medio. Ita planè vt ſi reus provocationem interpoſuerit à damnatione capitis, exilio perpetuo, à quæſtione tormentis indictà, fuſtiumue, aut honoraria pœnæ irrogatione, tunc appellatio ad Senatū directo deferatur. Imo & ſi judex comprehendendum reum edixerit, libera huic optio eſt, vel ad proximum judicem provocandi, vel curiam ſummam. Quod † Belgij con- 5
ſuetudine non obſervatur, per quam in criminalibus appellatio prorſus eſt abrogata. Alios † autem caſus in quibus 6
omiſſis medijs à ſuperiore recipitur appellatio, vide apud Abbatem, in ca. dilecti. De appellat: & apud Gloſſam conſtitutionum Hiſpaniæ parte 3. tit. 23. lib. 19.

SVMMARIA.

1. *L. diem functo. de off. aſſeſſ. emendata & explicata. & 9.*
2. *Salarium eorum quos Legatus comites aſſumit, à quo & quomodo præſtandum. & 5. 6. 4.*
3. *Legatus delictorum comitum ſuorum cognitor eſt.*
4. *Rodiorum legatos, ob non exhibitum ipſis de publico ſumptum profectionem diſtuliſſe.*
5. *Legatorum ſumptus quis præſtet.*
8. *Salarium eius per quem non ſtetit quo minus operam præſtaret quomodo debeatur ipſi heredibuſue eius. & 10. 11.*

Digitized by Google

9. *Legatorum comites, Legato mortuo aut ante tempus revocato, quomodo ſalarium accipiant.*
11. *Officiarijs in officio mortuis integrum ſalarium deberi. Plerumque tamen idipſum moderari.* & 12.
13. *Officiariorum ſalarium hodiè non præſtari niſi pro rata temporis. fallit vt* 14.
15. *Operarij ob pluviam aliudue impedimentum ab opere ceſſantes ſalaria non accipiunt.*
16. *Salarium ſemel præſtitum non refunditur infirmitate officium ſuſceptum impediente.*

CAPVT SEPTIMVM.

1 MErito † ſcribit Antonius Auguſtinus emendationum lib. 1. cap. 7. nu. 30. à multis dubitari de ſcriptura eius quod Papinianus lib. 4. reſponſorum retulit: *Diem functo legato Cæſaris, ſalarium comitibus reſidui temporis, quod à legatis præſtitutum eſt deberi.* Et Alciatus (de juriſprudentia noſtrâ alioqui optime meritus) inter meliores obſervationes ſui operis, annotavit. diſputatio. lib. 4. cap. 20. legendum non, *quod à legatis*, ſed *quod legatis*. Et currupta eſſe exemplaria, in quibus non *præſtitum* ſed *præſtitutum* falſo (vt ipſe putat) legitur. Quod rationem non habet, tum propter auctoritatem libri Florentini, in quo diſertis verbis legitur: *Quod à legatis præſtitutum eſt*, tum quia manifeſtum eſt non agi in eo reſponſo de ſalario præſtito, ſed de præfinito præſtituto ſeu convento; & de quo an debeatur quæritur. Vt etiam theſis ac ſpecies facti ab Alciato propoſita præſupponit. Ita vt non ſit dubiũ, rectius legi *præſtitutum* quam *præſtitum*; ſiue ad ſalarium ex veterum doctorum ſententia, ſive ſecundum animadverſionem Budei, in annotationibus. Et Hyeronimi Cangolii in d. l. diem functo, ad tempus fiat relatio. Sed exactius intuenti omnia, apparebit neque dictionem *præſtitum*, neque *præſtitutum* Papiniani reſponſo congruere, & totam clauſulam, *quod à legatis præſtitutum eſt*, adulterinam, & ex gloſſemate ſeu ſcholio alicuius antiqui interpretis, ab imperitis librarijs textui aſſutam eſſe. Non enim credibile eſt Papinianum adeò ineptâ locutione, & (vt noſtri loquuntur) per malam Grammaticam, à ſingulari numero tranſijſſe ad pluralem; cui⁹ nulla idonea eſt proportio aut convenientia cum eo de quo agitur apud Papinianum; qui reſpondet, non de ſalario, quod generaliter legatis aut à legatis præſtitutum eſt (cum non eadem ſit ratio aut modus in vniverſum in omnibus legatis, quibus ſecundum diverſam dignitatem aut potentiam Reip. aut Principum à quibus mittuntur, & aſperitatem itineris, ac negotiorũ magnitudinẽ, diverſa ſalarij aſſignatio decernitur) ſed de eo, quod defuncto legato ante diem, comitibus ejus debetur, abſque diſcrimine præſtiti & accepti à legato ſalarij, ſeu conſtituti & aſſignati, adque adhuc ſoluendi. Id quod expreſſo reſponſo Vlp. comprobatur, dum Papiniani reſponſum ex

libro

Digitized by Google

libro 4. reſpõſorum, omiſſa dicta clauſula: *quod à legatis præſtitutum eſt*, ita refert, in l. ſed addes in fine ff. locati. *Papinianus lib. 4. reſponſorum ſcripſit. diem functo legato Cæſaris ſalarium comitibus reſidui temporis præſtandum*. Quæ elegans & Papiniano digna eſt locutio, puram & liquidam habens ſententiã, quod mortuo legato ante finem officij, ſalarium reſidui temporis debeatur comitibus. Quæ cum vitio grammatices, confunditur & obſcuratur, ſuperfluâ adiectione dictionum, *quod à legatis præſtitum* (ſeu vt alij legunt) *præſtitutum eſt*. Ex quibus magna difficultas & varietas intellectuum & opinionum inuecta eſt; quæ ceſſat, ſi (vt apud Vlpianum legitur) reſponſum Papiniani ſublato gloſſemate purè accipiatur hoc modo. *Diem functo legato Cæſaris, ſalarium comitibus reſidui temporis deberi*.

2 Etenim † non dubitatur, etiam abſque adjectione illa, *quod à legatis &c.* Papinianum agere de eo tempore, quod legato defuncto ad executionem cõmiſſi negotij ſupereſt. Quodque ſalarium reſidui temporis, non à Principe vel Rep. ſed ab hæredibus legati, comitib[9] debeatur: quoniam ipſe legatus eligit

3 atq; aſſumit comites. Et † de corũ delictis, ab ipſo ratio & vindicta exigitur: idque in prouincia, in qua delinquitur. Licęt de Præſide aut legato querela apud Populum Romanum deponi ſoleat. Cicero in tertia Verrina. Et Princeps vel ſuperior ſalaria Comitum directo non aſſignat, ſed ipſius Præſidis vel Rectoris curæ & ſollicitudini id relinquit, ipſi præſidi ſeu rectori aſſignãdo idonea ſalaria ſeu cõmoda annonaria, proſe & familia ſua. Vt hiſtoriarum teſtimonijs probat Wolffgangus Laſſius, comment. Reip. Ro. lib. 2. & Iuſtinianus ſignificat in l. 2. C. de off. Præfecti Prætorio Africæ. Qui de aſſeſſorũ quoque annonis & delegationibus ex publico ſpeciatim diſponit, poſt Theodoſium & Valentianum, in l. vnica C. de annonis. Idq; non ſolum in ijs qui ex domeſticis conuictoribus aut ex neceſſarijs apparitoribus à legatis aſſumuntur, quorum non modo facta ſed etiam dicta omnia à legatis pręſtanda ſunt. Cic. ad Quintum fratrem Budeus ad legem in comites ff. ad legem Iul. repet. verum etiam aſſeſſorib[9] quęſtoribus & alijs negotiorum publicorum adiutoribus, pro quorum delictis aut factis legati non ita arctè aſtringuntur Cic. & Budeus locis citatis. Eoque † 4
pertinet controverſia illa apud Ciceronem: Rodij quoſdam legatos deſtinaverant Athenas, hi cum ſibi ſumptum quem oportebat dari, quæſtores nõ dediſſent, quibus diebus lex vt in legationem proficiſcerentur pręſtituerat, profecti non ſunt, eoque nomine accuſati, nihil aliud defendebant, quam ſumptũ qui de publico dari ſolet, à Quæſtorib[9] ſibi non eſſe datum. Ex † quibus ma- 5
nifeſtum eſt, à Principe vel Rep. vniverſæ legationis ſumptum erogari ſolere ipſis legatis, & Comites à legatis à quibus aſſumebantur accepiſſe ſalariũ ex ſtipendio & ſumptu legatis dato vel aſſignato. Et hoc eſt quod Hieronimus Cãgola ſcribit, in d. l. diẽ functo nu. 24. conſiderato effectu & mediatè, comites accipere ſalaria à Principe. immediatè verò à Præſidibus & Rectoribus.

aaa 3.

Digitized by Google

Quamuis enim à Præſidibus & Rectoribus, ſeu heredibus eorum, annonæ, ſalaria, & emolumẽta ſimilia comitib⁹ debeantur & præſtentur: tamen à Principis liberalitate non videntur aliena. ob id quod ex ſacra notitia & regia juſſione procedant, & legati conſtituantur, qui comitibus de ſalario providere tenentur.
6 Quod † verũ eſt, non ſolũ in Præſidibus, Rectorib⁹ & Iudicib⁹ ſive ſint ſeculares ſive eccleſiaſtici; quibus ex publico providetur, verumetiam in hæredibus eorum, qui reſidui temporis ſalarium comitibus præſtare tenentur: quia non ſtetit per eos, quo minus conſilijs atque obſequijs Legatum ſeu Præſidem aut judicem adiuvarent. nec caſus contingens in perſona legati, dãno comitum eſſe debet, quominus reſidui temporis ſalarium & inceptam penſionem conſequantur.
7 Niſi † ſpeciali conventione, ſtatuto aut conſuetudine aliud obſervetur. Cangol⁹ poſt alios. in d. l. diem functo. nu. 26. Vel niſi comites pro reliqua anni parte cum alio fuerint aut eſſe potuerint, d. l. diẽ functo. & d. l. ſed addes in fine. Quia cum vni negotio adfuerint, abſit alio ab altero neceſſe eſt, l. finali C. de aſſeſſ.
8 Neque † enim facilè credendum eſt, duabus rebus neceſſarijs vnum ſufficere. Et ita cum quidam operas ſuas locaſſet, deinde is qui eas conduxerat deceſſiſſet, Imperator Antoninus in d. l. fin. cum divo Severo reſcripſit in hæc verba. *Cum per te non ſtetiſſe proponas, quominus locatas operas Antonio Aquilæ ſolueris. ſi eodem anno ab alijs mercedes nõ accepiſti, fidem contractus impleri æquum eſt.* Et hac ratione à Leone Imperatore in l. poſt duos C. de aduocatis diverſorum judiciorũ. fiſci advocatis, ab Anaſtaſio, in l. f. C. de domeſticis & protectorib⁹, domeſticis & protectoribus, à Zenone in l. ſi quis in ſacris C. de proximis ſacrorum ſcriniorum, militibus ſacrorum ſcriniorum conceſſum eſt, vt totius anni commoda atque ſtipendia, ex quo officia illa peragere cœperũt, ſi moriantur heredibus deferant. Sed † 9
quamuis defuncti legati comitibus, ſalarium reſidui temporis debeatur generaliter & ſecundum regulam à Papiniano præſcriptam; diverſum tamen obſervatur, vt idem Papinianus ait, in eo qui ante tempus ſucceſſorem accipit. Cujus varietatis ratio conſtituenda eſt, non in culpa Legati, aut Aſſeſſoris, vel Comitum, vt vulgus interpretum opinatur. quia ex multis alijs cauſis (vt per nebulam aſpexit Hyeronimus Cangolus in d. l. diem functo) poteſt contingere vt legatus ante tempus ſucceſſorem accipiat; veluti ob ſenium, ob morbum, atq; alias cauſas neceſſarias, ex quibus miſſio cauſaria cõceſſi, aut renunciatio militiæ vel legationis admittit ſolet. Poteſt etiam ob publicã vtilitatem, vel ex abſoluta poteſtate Principis Legatus aut Præſes ante tẽp⁹ revocari. Sed poſtquam Papinian⁹ generaliter definiverat, diem functo legato, Comitibus ſalarium reſidui temporis deberi; ſubiecit, non contrarium aut oppoſitum, ſed diverſum obſervari in eo qui ante tempus ſucceſſorem accipit. i. certam regulam non obſervari in eo cui ante tempus ſuccedit; ſed ſecũdum variationẽ & diverſitatẽ negotiorum, & cauſarum diſſimilitudinem,

nem,ex particulari cujuſque facti circumſtantia definiendum eſſe, quid in quaque cauſa ſtatuendum ſit. Nam ſi Præſes revocetur ob propriam culpã, id comitibus damnoſum eſſe non debet. ſi comites in culpa ſint, non iniquum eſt ſi ſalario futuri temporis careant. Ita vt ex facti contingentia, & cauſa reditus ante tempus, decidendi ratio variet. late Cangolus poſt alios in d. l. diem functo nu. 46. cum ſeqq. Quæ variatio non eſt in eo, quod Papinian' prius reſponderat. Defuncto legato, comitibus ſalarium reſidui temporis deberi: Ea enim deciſio conſtans eſt, ſive ipſe legatus ab initio ſalarium ſuum aut ſumptũ legationis proficiſcens acceperit, l. legatus in fine ff. de legationibus. ſive præſtitutum tantum fuerit, poſtea ſoluendum, & ſive vnica tãtum præſtatio ſalarij pro toto tempore legationis; ſive ſingulis menſibus aut annis præfinita ſit: quia comitũ ſalarium, eiuſque perſecutio propriam obligationem habet, quæ non tam dependet, ex eo quod inter Principem & Legatum agitur, quam ex conventione ſeu contractu, quem ipſi cum Legato

10 habent. Quibus convenit quod generaliter Paulus reſpondit in l. qui operas ff. locati. *Eum qui operas ſuas locauerit, totius temporis mercedẽ accipere debere, ſi per eum non ſtetit, quominus operas ſu-*

11 *as præſtet.* Et † cum reſidui temporis ſalarium debeatur aſſeſſorib' & comitibus defuncti Legati ſeu Præſidis, nõ eſt iniquum ejus hæredibus præſtari ſalarium reſidui tẽporis, vt ex cõmuni interpretum ſententia latiſſimè confirmat; Cangolus. in d. l. diem functo nu. 46. cũ multis ſeqq. Idque non ſolũ ex ea cauſa quod ſalarium debeatur Legato & aſſeſſoribus ob dignitatem officij, verumetiam, & quidem potiſſimũ, quia nõ ad commenſurationem laboris aut temporis; ſed reſpectu vniverſæ legationis explicandæ officium ſuſcipiunt. Ita vt vnica tamen ſit obligatio pro toto tempore officij, & reſpectu totius legationis atque abſentiæ in genere, quod conſiderationem partium, aut diviſionem laboris, ſalarij aut pecuniæ non admittit: quoniam materia eſt individua, ſecũdum ea quæ ſcribit Romanus, conſil. 195. Si tamen cõtroverſia oriatur inter Principem ſeu Remp. & hæredes Legati ſeu Præſidis, exiſtimarem judicem ex officio rem moderari poſſe, pro modo ſumptuum factorum, operæ præſtitæ; atque ejus quod alioqui intereſſe poteſt. l. ſi. pecun. in prin. ff. de condict. cau. data. Nã

† quamuis hæredes Legati ſeu Præſidis juſtam cauſam agendi habeant, vix 12
tamen ſalarium pro miniſterij modo & tempore adminiſtrati officij conſequuntur. Superiores enim cum quibus agitur, jus ſibi dicũt, vt Iaſon & Fulgoſ. ſcribũt, in d. l. diem functo. Et ita apud Plinium Nepotem epiſtularum lib. 3. Marcellinus Quæſtor in provincia, Scribam, qui forte obtigerat, ante legitimum ſalarij tempus amiſit. de eo quod acceperat Scribæ daturus; cum intelligeret hoc ſubſidere apud ſe non oportere, in Senatu quæſitũ eſt quid fieri de ſalario vellet: poſt variam diſputationem decretum eſt, non hæredibus defuncti ſed ærario inferendum eſſe. Quamuis enim vnica ſit obligatio

reſpectu totius temporis, quod ſui natura diviſionem non admittit, extrinſecus tamen ſi ex diſſimilitudine circumſtantiarum (quæ juris varietatem inducunt) appareat hæredum nullum aut exiguum verſari intereſſe, judicis extra ordinem cognoſcentis moderatio admittenda videtur d. l. ſi pecuniã in prin. ff. de cond. cauſ. dat. niſi aliud præſcriptũ ſit ex cõventione partium, ſtatuto Reip. forma legationis aut cõ-
13 ſuetudine. Secundum † quam hodiè Gubernatorum, Cancellariorum Præſidum, Conſiliariorum & officiatorũ publicorum (quia ſimpliciter conſtituuntur & quaſi perpetui habentur) hæredibus ſalarium non præſtatur, niſi pro rata temporis, modo miniſterij, & ad proportionem adminiſtrati officij. Eodem modo quo exuſtis ædibus, ejus temporis quo ædificiũ ſtetit mercedem præſtandam ab Imperatoribus reſcriptum eſt, l. ſi quis domum §. in
14 exuſtis ff. locati. Niſi propter † infirmitatem, timorem peſtis, belli aut hoſtiũ, vel ex licentiâ ſuperioris, ab adminiſtratione quis ceſſaverit. vt in Profeſſore, Poteſtate, famulo & alijs quibuſdam notant interpretes in d. l. diẽ functo. Et hoc eſt quid eleganter ſcribit Bartolus, in l. ſi cui in provincia §. tandiu ff. ex quibus cauſis majores. Quod ſi Ambaſiatores tempore legationis aut in reditu infirmentur, deberi eis ſalarium, quoad reuerti poſſint l. cũ hæres §. ſtichus ſi hæredi ff. de ſtatuliberis. Eodem modo quo militi ægrotanti ſtipendia erogantur, ſervire enim & militare intelliguntur, qui ſervire cupientes propter adverſam valetudinem 15
impediuntur. Licet diverſum † obſervetur in operarijs ad laborandam vineam alterius conductis, qui ſi pluviâ aut aliter impediantur, nõ conſequuntur mercedem niſi pro ratâ temporis quo laborarunt: quia conducuntur ſub conditione futurarũ operarum. Ideoq; vt Bartolus ſcribit, in d. l. diem functo. tempus labor atque pecunia dividitur l. Seio. ff. de Annuis leg. & adde notabilem diſtinctionem Alfonſi de Montalvo in 5. parte. legum Hiſpanarum tit. 8. leg. 9. Et quod amplius eſt, ſi operę locatę contumaciter non præſtentur, conductor conſequitur quanti ſuâ intereſt operas præſtari. Quemadmodum conductor habitationis ſi prohibetur habitare, conſequitur quanti ſua intereſt, conductione frui. l. nos videamus ff. locati. Denique † prætermit- 16
tendum non eſt, quod quanquam in ſalario nondum præſtito plerumque temporis ratio habdatur, vt vltra conſtitutum tempus nihil ſalarij nomine debeatur, aut pro rata temporis duntaxat ſolvatur, ſumptus tamen qui proficiſcenti dati ſunt non repetuntur. l. 12. ff. de Legat. 3. In quo Conrardus Brunus de legationibus lib. 4. cap. 7. non ſatis ſibi conſtare videtur.

SUMMARIA.

Legatorum

Digitized by Google

1. *Legatorum plures ſpecies, nomina, & diſtinctiones.*
2. *Præſidis lata ſignificatio.*
3. *Provinciæ ab Auguſto diviſæ, & qui in illas miſſi.*
4. *L. legatus Cæſaris ff de offic. Præſ. ſuo nitori reſtituta.*
5. *Correctores qui fuerint ſub Præſidibus, Præfectis prætorio, & à Gothis Imperio preſſo.*
6. *Correctores vndè dicti.*
7. *Adiutores qui.*
8. *Correctorum poteſtas & dignitas.*
9. *L. Ex omnibus ff. de offic. Præſ. eiuſq; correctio tentata.*
10. *L. Hos accuſare inp ff de Accuſationibus. explicata & reſtituta, delecto inepto Gloſſemate.*

CAPVT OCTAVVM.

QVoniam ſuperiori capite Legatorum mentio facta eſt; ani-
2 madvertendum † eſt Legatorum diverſas ſpecies, & diſcrimina perpetuo quodam ordine temporum, & per omnes imperij ætates extitiſſe. Primum enim manifeſtum eſt, Legatos fuiſſe qui ad res inſpiciendas à Senatu, ſive cum mandatis ad Reges exteros mittebantur, indicturi bellum, vel ad pacem adhortaturi dubitantes. Et cum hic mos diu duraſſet, Imperio extra Italiam propagato, cœperunt Cõſules, Proconſules aut Prætores qui exercitũ populi Romani educebant, ſuos quoq; ſibi Legatos aſciſcere, quorum opera non ſolum in Legionibus gubernandis vtebantur, verum etiam ad Legationes obeundas, & vices interdum ſupplendas. Atq; tales rurſus juxta ordinem dignitatemq; diſtinguebantur. Erant enim Legati Auguſtales, erant Legati Proconſulares, Legati Prętorij, Legati Tribunitij, Legati expeditionis, Legati Legionum. Legationes liberæ, legatio prima & ſecunda, quas ex varijs hiſtoriarum authoribus, & vetuſtatis monumẽtis explicat Wolffgãgus Laſſius Commentariorum Reip. Rom. lib. 2. c. 6. in p. Erant quoque Legati Provinciales, erant Præſidiales, qui jure præſidiali Provincias adminiſtrabant, & Præſidum partibus fungebantur. & generali nomine Præſidis conti-
nebantur. Adeò † enim late hęc vox 2
Præſidis Romanis patebat, vt omnibus ijs officijs communis eſſet, quæ ad Provinciarum adminiſtrationem pertinere videbantur. Itâ vt non ſolum Legatus Cæſaris, aut Proconſul, ſed ipſe ſubindè Præfectus prætorio, & omnes Provincias regentes, licet Senatores, Præſides appellarentur l. 1. ff. de offi. Præſid. Et pro titulo de *Officio Præſidis* qui in Pandectis legitur, in C. Iuſtiniani ſcriptum ſit, *De officio Rectoris Provinciæ*. ſub quo leges Imperatorũ collocatæ indiſcriminatè agunt de Præſidibus, Rectoribus, ac Moderatoribus Provinciarum, qui alijs nominibus plerumq; Præpoſiti, vt in Iudeâ, plerũque Præfecti, vt in Alexandria, Egpyto &c. plerumque Legati appellabantur. Itâ vt hę Appellationes magis nominũ

Digitized by Google

& vocum differentiam, quam rerum & officiorum conſtituant. atque generali acceptione, eundem ſenſum habeant: licet ſecundum Provinciarum diſcrimina, atque ætates Imperij, & ſœpè variatam formam regiminis, ſingulæ aliquas proprietates habeant; vel ex diverſa poteſtate Præſidum ſeu Præfectorum, quæ in quibuſdam Provincijs major, in quibuſdam minor fuit: vel diverſa authoritate eorum, à quibus hæc officia conſtituta ſunt. vel deniq; ex differentia ornamentorum, atque alijs circumſtantijs. Petrus Faber ad l. 2. in prin. ff. de orignie juris. Accidit enim vt omnes fere provinciæ quæ nōdum facto imperio Proconſules habebant aut Prætores, eædem florēte Romani imperij majeſtate, non amplius Proconſules ſed Legatos acciperent.
3 Etenim † licet vetuſto more & ſub libera republica Proconſules, Prætores, & alij, à Senatu darentur, id tamē mutationem accepit ex inſtituto Divi Auguſti, qui provincias omnes diviſit, atque eas quæ pacatæ longe à Romanis hoſtibus aberant, populo reliquit, qui in eas Proconſules atque Prętores mitteret. Eas vero ſibi retinuit, quas inpacatas atque vicinas hoſtibus eſſe cognouerat, atque in eas Legatos ſuos, Præſides ſeu Rectores mittebat. Et de hoc genere Legatorū qui Præſidis partibus fungebantur, & provincias moderabantur, accipiendū eſt reſponſum Papiniani. in l. diem functo. de officio
4 aſſeſſorum. Item illud † quod idē Papinianus reſpondit lib. 1. reſponſorū, in l. legatus Cæſaris ff. de officio præſidis, quod corruptè ità legitur; *Legatus Cæſaris id eſt Præſes vel Corrector provinciæ, abdicando ſe non amittit Imperiū,* & vocula *id eſt* commutanda eſt in *vel*, hoc modo: *legatus Cæſaris vel Præſes vel Corrector provinciæ.* Nam ipſa tituli inſcriptio, & ipſius rei de qua agitur natura & conditio, coarguit Papinianum agere de legato à Cæſare ad regendum & adminiſtrandum miſſo, oſtenditque Papinianum diverſa nomina, quamuis ejuſdem pænè poteſtatis & ſignificationis expreſſiſſe, pro diſcrimine & diverſa conditione provinciarum, quę adminiſtrantium provincias appellationes variat. Et quia † apud Papinia- 5
nū in d. l. legatus Cæſaris Correctorū facta eſt mentio, admonendi ſumus Correctores fuiſſe, qui cum Rectorib' ſeu Præſidibus adminiſtrabant provincias, quales ſub Præfectis prætorio in Italia fuerunt quatuor conſulares, videlicet Tuſciæ, Lucaniæ, Campanię, & Apuliæ ſive Calabriæ. Correctores appellati ex eo, quod vna cum Præfecto prætorio Italiam regerent. Et hujuſmodi conſulares Correctores etiam inclinante Imperio, & à Ghotis preſſo, manſiſſe ex Caſſiodoro & alijs oſtendit, Wolfangus Laſſius d. l. 2. c. 2. Meminit quoque hujuſmodi Correctorū Marcellinus, lib. 15. Et † nomē ipſum 6
non à corrigendo vt Goveanus putat; in l. eum qui ff. de juriſdict. omniū iudic. ſed à ſimul regendo dictum arbitror, quaſi cumrector, ſeu cumpræſes: compoſita dictione ex voce rector & præpoſitione cum. In † eadem vt vi- 7
detur ſignificatione quo & conſtituto & declinante Imperio Adiutor appellat' eſt à Livio, lib. 6. decad. 3. Cęſare lib.

lib. 3. belli ciuilis. Caſſiodoro, lib. 6. variarū. Quin etiam in legibus noſtris vt Correctoris, ita & adiutoris frequēs eſt mentio. l. 13. 14. & ſeq. C. de proximis ſacrorū ſcriniorū lib. 12. l. 5. C. de princip. agentium in rebus. Ex † quibus conſtat Correctores & Adiutores
8 adiunctos fuiſſe Præfectis Præſidibus & Rectoribus prouinciarum. Ideoque majorem poteſtatem & dignitatē fuiſſe Prætorum, Præſidum, & rectorum prouinciarum quam Correctorum & Adiutorum, qui adjecti loco habebantur. eodem modo quo Prolegati habebantur tanquam adiutores verorū legatorum, & Proprætores, Prætorum. Vndè dubiū redditur † Hermogeniani reſponſum in l. ex omnibus ff. de offi-
9 cio præſ. *ex omnibus cauſis de quibus vel præfectus vrbis, vel præfectus prætorio, itemq́ conſules prætores cæteriq́ Romæ cognoſcunt, correctorum & præſidum prouinciarum eſt notio.* Quoniam videtur quædā dictionum præpoſteratio, quæ per tranſpoſitionem tollenda videtur hoc modo. *præſidum & correctorum prouinciarum eſt notio*: cui tamen non inſiſto, ſed aliorum expecto iudicium. Et quoniam † multi præſtantes ingenio & eruditione viri, de legationibus &
10 legatis luculenter ſcripſerunt, ſuſceptā tractationem de ijs non perſequar latius, ſi vnum illud adicero. Venulei Saturnini reſponſum, in l. hos accuſare in prin. ff. de accuſat. commaculatum eſſe inepto gloſſemate & interpretamento, in verbis: *hos accuſare non licet legatum imperatoris, id eſt, præſidem prouinciæ ex ſententia Lentuli, &c.* Verba enim Venulei *legatum imperatoris* non coarctantur ad eum qui prouinciam adminiſtrat: ſed generaliter referuntur ad omnes cujuſcunq; generis legatos, ſiue ad res inſpiciendas, ſiue ad bellum indicendum, ſiue ad pacem firmandā, ſiue ad avocandum aut ſeparandū exercitum, ſiue ad conquirendum frumētum, arma, ſive ad paranda propugnacula & muros, ſiue ad aliam quamlibet expeditionem. Id quod indicant etiam ſequentia verba *ex ſententia Lentuli dicto Sulla & Tirone conſulibus.* Quæ reſtrictā illam Legati ſignificationem, & ineptum illud interpretamentum reſpuunt. Et rurſus illa *item legatum prouincialem &c.* quæ non pertinent ad legatos qui prouincias adminiſtrant, ſed ad eos qui cuiuſcunque rei gratia, ex prouincijs ad Senatum, Imperatorē vel alium Principem aut rempublicam deſtinantur, l. legatus creatus à patria ſua ff. de legationibus. Et proinde vt verba & ſententia Venulei conſiſtant ſublato interpretamēto ita legendum eſt, *hos accuſare non licet legatum imperatoris ex ſententia Lentuli Dicto Sullo & Tirone conſulibus.*

SVMMARIA.

1. *L. vlt. C. de off. rect. pro, malè ei titulo cohærere, eiuſque inſcriptio ac ſubſcriptio emendata. & 5.*

2. *Magiſtratum in natali provincia gerere cur de iure prohibitum.*
3. *Duos ex vnâ familiâ ſimul magiſtratum gerere non poſſe.*
4. *Magiſtratum in natali ſolo gerere hodiè permiſſum.*

CAPVT NONVM.

1 IN † libro 1. Codicis Iuſtiniani, poſt titulum de officio rectoris provinciæ, in recentioribus impreſſionibus (ſublata l. vlt. quę cum falſa inſcriptione ex ſequenti titulo, priori titulo librariorum incuria coaluerat) hujuſmodi rubrica legitur, *Vt nulli patriæ ſuæ adminiſtratio ſine permiſſu Principis permittatur.* Quam Antonius Contius minio deſcriptam, poſt titulum illum de officio rectoris provinciæ ex veterũ librorum authoritate legitimam eſſe oſtendit, confirmatque Gręcorum interpretum conſenſu, qui ad vltimam C. de crimine ſacrilegij rubricam hanc numerat quadrageſimam lib. 1. Codicis. & quia nulla lex aut Conſtitutio dictę rubricę ſubijcitur, arbitratur conſtitutionem vltimam C. de crimine ſacrilegij, ad eam pertinere, aut ſimilẽ conſtitutionem ei fuiſſe ſubditam, ab Anaſtaſio fortè (vt Cuiatius putat) vel Theodoſio, aut alio Principe emiſſam. Quod magis eſt veriſimilè ex Græcorum lectione, qui Conſtitutionem illam vltimam ſub titulo de crimine ſacrilegij, referunt, & nihilominus relationem faciunt conſtitutionis ex tit. illo Codicis 41. *Vt nulli patriæ ſuæ adminiſtratio &c.* Quę prohibet ne quis magiſtratum gerat in ea provincia in qua
2 provincialis & civis eſt. Quæ † prohibitio ortum habuit ex conſpiratione quæ à Caſſio Syro, Syriæ præfecto, cum Fauſtina vxore M. Antonini Philoſophi adverſus ipſum Antoninũ ſuſcepta eſt. Occiſo Caſſio & filio Caſſij ab Antonio Centurione & decurione ſuo (quod ijs qui contra patriam Principẽve ſuum arma capiunt fere vſu venit) Antoninus hanc vnam memoriæ Caſſij damnationem interpoſuit (vt Xiphilinus ſcribit) dum in poſterum cavit *ne cui in ea provincia in qua natus eſſet, poteſtas atque imperium mandaretur.* Quod poſteriores Principes Produxerunt vſque ad aſſeſſores & conciliarios, l. hi qui. cum ſeq. quib. ex cau. majo. l. in conciliarijs C. de aſſeſſ. niſi curatori reip. aut alij ſine publico ſalario aſſederint l. f. ff. de off. aſſ. Quinetiam hoc jus generaliter in omni adminiſtratione obſervari voluerunt, d. tit. vt nulli pactriæ ſuæ. ne quis gratioſus aut calumnioſus apud ſuos eſſe videretur, vt Paulus ſcribit, ſentent. lib. 5. tit. 12. Et Ludovvicus Romanus diſputat cõſil. 213. & conſ. 218. alias 215. Et hoc eſt quod Imperialis conſtitutio diſponit. in d. l. vlt. de crim. ſacrilegij. *Ne quis ſine ſacrilegij crimine deſiderandã intelligat gerendæ ac ſuſcipiendæ adminiſtrationis officium, intra eam provinciam in qua provincialis & civis habetur: niſi hoc cuiquam vltronea liberalitate per divinos affatus Imperator indulgeat.* Quo

jure

jure etiã olim ex edicto Philippi Pulchri & Caroli Magni vſi ſunt Galli: quia in patria magiſtratũ gerẽs, per cognationes & clientelas factiones facilè
3 moliri poteſt. Ob † quod leges etiam duos ex vnâ familiâ viuo vtroque non ſolum magiſtratus verumetiam in Senatu eſſe prohibent. quod etiam hodiè
4 multis locis obſervatur. Sed † prius illud abijt in deſuetudinem, non ſolum apud Gallos verumetiam apud omnes aliarum ditionum incolas. adeo vt hodiè cives & incolæ, in magiſtratibus & honoribus gerendis, peregrinis & exteris præferantur: ſecundũ cõſtitutionẽ Nicolai tertij. in cap. fundamenta in f. de electione in 6. Ob quod merito legibus abrogatis dicta conſtitutio & ipſe titulus, *vt nulli patriæ ſuæ &c.* annu-
5 merari debet. Illud † ſubticendum non eſt, & inſcriptionem & ſubſcriptionem dictæ conſtitutionis commaculatã eſſe, & vitio laborare. nam Arcadius quando conſul cum Batthone fuit, neque Imperij neque Auguſti titulum obtinebat, imperante ſolo Theodoſio, poſt occiſum bello civili in Gallijs Gratianum & Valentinianum Maximo tirãno ditione Italiæ cęteriſque provincijs ejecto. Ideoque in ſubſcriptione delenda eſt litera A. que Auguſti ſignificationem habet, ſcribendo ſimpliciter *Datum xvi. kal. Auguſti Arcadio & & Battone Conſſ.* Et vt inſcriptio emendetur, inducenda ſunt nomina Gratiani Valentiniani & Arcadij, prępoſito ſolo nomine Theodoſij, hoc modo, *Imperator Theodoſius Florentio PP. auguſtali.* Quæ vera & genuina eſt inſcriptio quam etiam Græci Interpp. laudãt, tit. 45. de l. Iulia contra peculatores & de ſacrilegis in f. Et Iacobus Labittus advertiſſe videtur, in indice juris conſtitutionem ipſam ſoli Theodoſio attribuens.

SVMMARIA.

1. *Peculatum ſeveriſſimè vindicarunt Athenienſes.*
2. *Peculatus cum furto affinitas.*
3. *L. 4. in fin. ad l. Iuliam peculatus emendata & conciliata cum l. ob pecuniam ff. de furtis. &* 7. 8.
4. *Sacrilegium quid & quando committatur.*
5. *Peculatus quid.*
6. *Princeps ſolus pecuniam publicam habet.*
8. *Theſaurus ex monumento, Itemque res privatorum è loco ſacro ſublata, furti tantum actionem conſtituunt.*
8. *Baſilicon libros non per omnia mendo carere.*

CAPVT DECIMVM.

Digitized by Google

1 QVamuis † furtũ pecuniæ publicæ Athenienſib⁹ ita familiare fuerit, vt huic crimini vel optimos quoſq; obnoxios fuiſſe Chiroſophus obijciat Xenophonti, in Sijri expedit. lib. 4. Ipſi tamen Athenienſes crimem illud vindicarunt ſeveriſſimè adeo vt neque furori neque inſaniæ parcerent. Religionem ita optimè cõſtitui exiſtimantes, ſi quocunque caſu
2 violata non remaneret inulta. Sed † cũ judicium hoc cum furto magnam vicinitatem habeat, & ex ſuperſtitione proficiſcatur, atq; in animo & opinione conſiſtat ea quæ ſacrilegio tribuitur acerbitas, merito ſcribit Vlpianus in l. ſacrilegij ff. ad l. Iul. pec. *Sacrilegij pœnã debere Proconſulem pro qualitate perſonæ, proque rei conditione & temporis & ætatis & ſexus, vel ſeverius vel clementius ſtatuere*: Nam ex diverſitate circunſtatiarum ſæpe dubitatur, an furti actio, an peculatus judicium dari debeat. A-
3 deo † vt in ipſis Iuriſconſultorũ reſpõſis, magna ſit varietas & quædam vt videtur repugnantia, ſiquidem Papinianus lib. 1. reſponſorum ita ſcribit. in l. ob pecuniam 81. ff. de furtis. *Ob pecuniam civitati ſubtractam, actione furti non crimine peculatus tenetur.* Contra Martianus lib. 14. inſtitutionum, in l. 4. in fine ff. ad l. Iul. pecula. *Sed etſi* (inquit) *de re civitatis aliquid ſurripiat* ſeu quod rectius eſt *ſurripiatur*, *conſtitutionibus Principum divorum Traiani & Adriani cavetur, Peculatus crimen cõmitti &c.* Quæ verbis & ſenſu pugnare videntur. Accurſius & pleriquealij vt controverſiam dirimant, mera (vt Alciatus ait) ægrotantiũ ſomnia afferũt. Græci interpretes vacillant, primo diſtinguentes inter extraneum ignorantem pecuniam eſſe civitatis, & cuſtodem cui pecunia commiſſa eſt. Deinde inter pecuniam quæ eſt civitatis, & eam que eſt fiſci. Sed vtrumque à mente & ſententiâ Papiniani & Martiani alienum eſt. Alciatus lib. 1. diſpunctio. c. 3. ex antiqui libri ſcriptura, apud Papinianum, in d. l. ob pecuniam. negationem vertit in affirmationẽ hoc modo. *Ob pecuniam civitati ſubtractam actione furti, nec non crimine peculatus tenetur*, nè contraria Papinianus atque Martianus dixiſſe videantur. Quæ Alciati ſententia à juris ratione aliena eſt, ſecundum quam peculatus judicium de pecunia civitati ſubtracta (vt mox dicetur) nõ admittitur. Antonius Auguſtin⁹ emẽdat. lib. 1. c. 3. Florẽtinã lectionẽ amplectitur, & negationẽ in Papiniani reſponſo relinquit hoc modo. *Ob pecuniam civitati ſubtractam actione furti, non crimine peculatus &c.* quæ non contraria, ſed diverſa à Martiani reſpõſo ipſe Auguſtinus exiſtimat. Quem Iacobus Reyuardus variorum lib. 2. c. 19. ſequi videtur, & pugnã (vt ipſe arbitratur) componit diverſitatem conſtituendo, vt dicatur aliud eſſe ſubtrahere civitati pecuniam, aliud de re civitatis aliquid ſurripere. Sed rationes quas adfert adeo ſunt frigidæ & malè fundatæ, vt eas referre nec opus nec operæpretium videatur. Nam inter ſubſtractionem & ſurreptionem quoad juris effectum non eſt differentia, & cũ in vtroque reſponſo ſimpliciter agatur de pecunia & re civitatis, fieri non poteſt vt eadem facti ſpecies ſeu contin-

gentia,

Digitized by Google

gentia , contrariam juris deciſionem
habeat, quæ ex negatione apud Papi-
nianum, & affirmatione apud Martia-
num inducitur, cũ repugnantia inex-
plicabili : Niſi quod mihi videtur pro-
babilius & verius, vt apud Papinianũ,
ita etiam apud Martianum , addita ne-
gatio, excludat peculatus judicium, hoc
modo, *Sed et ſi de re civitatis aliquid ſur-
ripiatur, conſtitutionibus Principum Di-
vorum Traiani & Adriani cavetur , pe-
culatus crimen non committi : & hoc jure*
3 *vtimur.* Neque enim credendum eſt,
Martianum qui fuit inter Papiniani
diſcipulos, & poſt eum cum Vlpiano,
Paulo & alijs , celebrẽ nomen conſe-
cutus eſt, Papiniano contradixiſſe, con-
tra juris cõmunis rationẽ. Secũdũ quã
4 † major eſt iniuria ſacrilegi quam fu-
ris : Et ſacrilegium non cõmittitur niſi
in his quæ religio numini aſſcripſit,
quæque ſunt ſacra religioſa, deo dicata
vel publica , Principis aut populi Ro-
mani ; quibus, vt à ſacris profana pri-
vataque diſcernãtur, non annumeratur
pecunia aut res civitatis. Etenim pecu-
5 latus † crimen eum tenet qui publicã
pecuniam avertit, Cicero ad Herẽniũ:
*Si quis peculatus accuſetur , quod vaſa pu-
blica de loco privato dicitur ſuſtuliſſe.*
Rurſus pro Flaco: *damnari peculatus, &
damnari pecuniæ publicæ.* Item in Anto-
nium ; *Cum pecuniam publicam averte-
rit , num fraude poterit carere peculatus* :
6 Pecuniam autem † publicam nemo ha-
bet, niſi ſolus Princeps aut reſp. Roma-
norum. eaque quæ inſtar Principis fiſ-
cum ſeu ærarium habet , publicam pe-
cuniã poſſidere dicitur. Aliæ omnes
civitates ſunt loco privatorum , & res
ſeu pecuniæ earum jure privato cen-
ſentur. Vt Plinius ſecundus Bithynis &
Ponticis civitatibus reſpondit , lib. 10.
epiſt. & ab Antonino reſcriptum eſt, in
l. an reſp. C. de jure reip. lib. 11. & à
I C. probatum in l. cum qui vectigal.
ff. de verb. ſig. Ob quod † recte Papi- 7
nianus reſpondit, in d. l. ob pecuniam
*Ob pecuniam civitati ſubſtractam judiciũ
peculatus denegari.* Quod, vt res, natura,
atque ipſa juris ratio poſtulat , à Mar-
tiano in d. l. 4. in fine. confirmatur his
verbis, *Sed et ſi de re civitatis aliquid ſur-
ripiatur, conſtitutionib⁹ principũ cavetur,
peculatus crimen non committi,* oratione
per negationem concepta. quæ omnẽ
reſponſorum repugnantiam removet,
& juris rationi eſt conſentanea, confir-
maturque ex ordine & natura rei , de
qua agitur. Nam cum Martianus, ge-
neraliter definiuiſſet , qui tenerentur
lege Iulia peculatus, & de reſiduis. mox
ſubiecit ſpecies, in quibus lex Iulia ce-
ſſaret. Primo † enim ſcribit, in theſau- 8
ro quamvis ex monumento ſublato
peculatus pœnam locum non habere.
Deinde id extendit ad ſpeciem magis
dubitabilem, & ad rem civitati ſurrep-
tam. *Sed et ſi,* inquiens, *de re civitatis, &c.*
Quæ clauſula non adverſandi ſed cõ-
nectendi vim habet , & ex propriâ ſig-
nificatione extendit præcedentem ju-
ris deciſionem ad ſpeciem facti magis
dubitabilem : Ita vt quod Papinianus
reſpondit, in pecunia civitatis , Martia-
nus extenderit ad quamlibet rem civi-
tati ſurreptam. Nec poteſt Martiani re-
ſponſum ſubſiſtere, niſi per negationẽ
removeatur peculatus judicium , per-
miſſa furti actione. vt quod deciſum eſt

Digitized by Google

in pecuniâ civitatis à Papiniano, & deinde à Marcello in theſauro ex monumento ablato, etiam obtineat in re civitatis ſurrepta. Id quod etiam ſequēti reſponſo ejuſdem Martiani comprobatur. in l. Divus, ff. ad leg. Iul. peculat. In quo eadem juris deciſio applicatur rebus privatorum ex æde ſacra ablatis, cum expreſſa adjectione, *furti actionem non ſacrilegij eſſe*. Quæ omnibus præce-
9 dentibus ſpeciebus cōvenit: Ex † quibus illud conſtat, omnes libros Pandectarum noſtrarum corruptos eſſe, & Græcos authores libri Baſilicon corruptis exemplarib⁹ vſos eſſe. Scio equidem emendationem hanc neque communibus libris, neque Græcorū tranſlatione probari, ſed inuicta veritas & juris convenientia (quæ nulla ratione convelli poteſt) eam ſuſtinet: Notumque eſt, multarum aliarum legum diſpoſitionem confundi, conturbari, & in diverſam ſententiam converti, temerè additis vel detractis, aientium vel negantium voculis, Anton. Auguſt. emendat. lib. 1. cap. 2. & lib. 4. cap. 17. quæ paſſim doctorum induſtria obſervantur & annotantur. Et ex jam dictis expendi poteſt veritas eorum quæ ſcribit Iacobus Cuiacius. obſervat. lib. 13. cap. 19.

SVMMARIA.

1. *Laurentij Vallæ reprehenſio in l. quæritur ff. de Ædil. edicto improbata.*
2. *Mulieris nomen modo generis modo ſpeciei ſignificationem habere.*
3. *Genera duo ſibi inuicem ſi concurrant alterum habetur loco ſpeciei.*
4. *Vlpianum cavillis ac æquivocatione delectatum.*
5. *Ciceronis iocus in voce mulieris.*
6. *L. quæritur ff. de Ædil. edict. reſtituta.*
7. *Vua in homine quid.*

CAPVT VNDECIMVM.

1 LAurenti⁹ † Valla poſtremo lib. elegantiarum ſuarum, ſummos illos juris Romani cōſultos (qui cùm ipſa vocum Romanarum, & innatæ linguæ latinæ notitia, vſum forēſem & omnium rerum experientiam coniunxerant) reprehendere & proſcindere non eſt veritus, & inter alia ſcribit, Vlpianum in mulieris ſignificatione ſibi ipſi non conſtare, in l. mulieris, de verborum ſig. & præterea perperam & abſurde ſcribere. in l. quæritur, §. ſi quis digitis, ff. de ædil. edicto. *Mulierem ita arctam, vt mulier fieri non poſſit, ſanam non videri*, quaſi inutilis ſit ejuſdem dictionis de eadem re duplicatio, atque interpretatio idem contineat quod id de cuius interpretatione agitur,

agitur. Quæ res Iacobo Capello, in elegantiſſ. veterum I C. adverſus Laurentij Vallæ reprehēſion. defenſione (alioqui acerrimo veterum IC. propugnatori) tanti momenti videtur, vt derelicta Vlpiani excuſatione, apertè fateatur, illum obſcurè atque etiam incommodè in eodem pronunciato bis dixiſſe *mulierem*.
2 Sed altius † ſcrutando, reſerandoq; Romanæ latinitatis & antiquitatis ſcrinia, facilè animadvertim⁹ Vlpiani dictum non ſolum alienum eſſe à vitio, verumetiam maxime concinnum, & ex medijs elegantiarū ſtadijs deſumptum per ἀντανάκλασιν, hoc eſt, eiuſdem verbi ſignificationi, contrariam oppoſitam ſignificationē. Nam cùm in priore parte dixiſſet Vlpianus *mulierem ita arctam*, ſecundum generalem ſignificationem, quæ omnes fœminini ſexus perſonas, complectitur, d.l. mulieris, ff. de verbo. ſignificat. l. arg. §. mulieb. de auro & argento leg. adeo vt mulieribus legatis etiā virgines contineantur. l. ſeruus. De leg. 3. rectè in poſteriore parte eandem dictionem repetijt, & ad ſpecialem mulieris ſignificationem reſpiciens, quæ intelligitur de corrupta & vitiata, quæ jam virgo eſſe deſijt, priori contrariam ſignificationem oppoſuit. quæ reſtringitur etiam ex juris generalis diſpoſitione, ad corruptam.
3 Quoties † enim duo generalia concurrunt aut ſibi opponuntur, alterum habetur loco ſpeciei. l. ſervo manumiſſo, ff. de pecul. legat. & l. quæſitum, §. fina. ff. de fundo inſtru. vel inſt. Quo modo idem Vlpianus in l. ſi ſervum Stichum poſt. princ. ff. de verb. ſig. Rei vocabulum in eadē oratione in duplici illa ſignificatione accepiſſe legitur, his verbis *ſed ſi ſit quidem res in rebus humanis* priore loco rē pro ſpecie, poſteriore pro genere accipiens. Et ita Dinus exiſtimavit in regula generali, de regulis juris in Sexto. Et annotant Bartholus Alexander & Iaſon. in l. 1. §. hoc edictum, ff. de operis novi nunciat. Quibus plura accumulat Decius. in regula in toto jure nu. 1. ff. de regul. juris. Cuius rei elegantiſſimum exemplum apud Vlpianum eſt, in d. §. ſi quis digitis. bis appellatione *mulieris* facta, ita vt poſteriore loco neceſſario ſpeciei vicem obtineat, & coarctetur ad eam, quę verè non eſt mulier, quamuis non ſit prorſus integra & illibata. Cum etiam poſt nuptias deprehendi poſſit, aliquam ita arctam eſſe vt mulier fieri non poſſit. Quod Vlpian⁹ diligentiſſimus venator & obſervator verborum, valdè acutè & cavillo quodam expreſſit verbis illis, *mulierem ita arctam vt mulier fieri non poſſit, ſanam non videri.* Quod Græci percipientes rectè ita tranſtulerunt: *mulierem ita arctam vt muliebria pati non poſſit, ſanam non videri conſtat.* Quæ † apertam ſententiam habent, oſtenduntq; Vlpianū 4
non idem bis dicere, nec otioſè geminare dictionem *mulieris*, ſed pereleganter & acutè ludere, in equivocatione atq; varia ſignificatione mulieris, & per cavillum (vt ſæpe alias) id quod res eſt decidere. Vt non immerito Athenæus Vlpianū Σοφιςτην & ονοματοθηρον appellet, & ſophiſmatis, & in loquendo cavillis adprimè delectatum fuiſſe aſſerat. Vt etiam conſtat ex illius interpretatione ad edictum Prætorium de

peculio.in l. *. §. 1. ff. de pecul. Nã verba illa Prætoris interpretans. Quod cũ eo, qui in alterius poteſtate eſt, geſtum erit, ita ſcribit, *de eo loquitur, non de eã, ſed tamen & ob eam quæ eſt fœminini ſexus dabitur ex hoc edicto actio.* Et huc pertinet elegantiſſima anthiteſis Vlpiani de tutore his verbis propoſita. in l. tutor qui. de adminiſt. & periculo tutorũ. *Debuit enim ſuis partibus fungi, non quidẽ præcipiti feſtinatione, ſed nec morata cunctatione.* vt (nequid aliorum induſtriç atque laudi detrahamus) obſervatum eſt à Scipione Gentili Parergon lib. 1. cap. 37. nuper edito. Mulieris autẽ appellationem, quoties virgini, ſeu ei quæ nondum corrupta eſt, opponitur, ad ſpeciem reſtringi ipſe Cicero oſtendit, qui deriſus quod juvenculam virginẽ ſenex duxiſſet, reſpondit cras mulier erit. Idem Verrina 3. ita ſcribit. *Negotiũ dat illis ſuis comitibus, vt videant & inveſtigent, ecqua virgo ſit aut mulier digna quamobrem ipſe Lampſaci diutius commoretur.* Et poſtea. *Qui lege ſua hæreditatem ademit, nulli neq́, virgini, neq́, mu-*
6 *lieri.* Antequã † ab Vlp. reſponſo abeamus conſiderandum eſt Anto. Auguſt. emendat. lib. 1. cap. 9. ex libris Florentinis, ſeparare verba illa. *Et verius eſt* à ſequentibus *quod Pedius*, vt illa ad ſuperiorem orationem referantur, hæc poſterioribus conjungantur, vt editio Florentina habet. Mihi magis placet Fradina lectio quæ vtrumque ſuperioribus conjungit, ad comprobandã prirelatam Pedij ſententiam hoc modo. *Et verius eſt quod Pedius ait.* vt deinde ſequatur nova periodus ſic concepta. *Idem ait ſi vena alicuius in gutture præciſa ſit.* Quibus alia Pedij ſententia refertur, quam eleganti diſtinctione Vlp. explicat. Sed Fradini lectio vitioſa eſt, in dictione *vena* pro qua ſcribendum
eſt *vua* quæ † in homine inter tonſil- 7
las vltimo palato dependet, ſub qua eſt minor lingua: ſic appellata quod interdum ad ſimilitudinem vuæ intumeſcat. que vuæ ſignificatio rei ſubjectæ & ſententiæ Pedij atque Vlp. eſt accommodatiſſima, & certiorem rationem habet ex eo, quod apud Fradinũ adijciatur gutturis cõmemoratio: quæ in libro Florentino & alijs quibuſdam perperam omittitur.

SVMMARIA.

1. *Poſthumorum exheredatio olim permiſſa.*
2. *Poſthumi qualiter inter ſuos ac legitimos numerentur.*
3. *L. poſthumus ff. de inoff. teſt. emendata & novè declarata. & 4.*
5. *Poſthumi an cognatorum teſtamenta vt inofficioſa rectè accuſent.*

CAPVT DVODECIMVM.

Olim

1 OLim † poſthumum exhæredari potuiſſe non dubitatur, eaq; exhæredatio jure civili tolerabatur, quamuis nulla ſubeſſet ingratitudinis cauſa, propter maximum patriæ poteſtatis jus l. in ſuis, ff. de lib. & poſthumis. Et ſæpè hujuſmodi exheredatio, qnamuis iniqua effectum conſequebatur. multi enim lites fugiunt, multi ſeri⁹. 1. poſt quinquẽniũ actionem inſtituunt, l. ſi quis filium in fine C. de inoff. teſtamẽto. Multi ante præparatam querelam moriuntur l. Papinianus ff. de inoff. teſtamento. Ita vt exhæredatio ſuſtineretur, & inſtituti hæreditate potirentur, niſi poſthumus inofficioſum diceret teſtamẽtũ. Quod
2 † Vlpianus ei permiſſum ſcribit (in d. l. poſtumus) in omnium eorum teſtamentis *quibus ſuus hæres vel legitimus potuiſſet fieri*: additâ reſtrictione in hũc modum. *Si in vtero mortis tempore non fuiſſet*. Quod juri & rationi contrariũ videtur, cum poſthumi non aliter inter ſuos vel legitimos aui hęredes annumerari poſſint, quam ſi eo moriente ſaltẽ fuerint ex filio ejus concepti, licet nõdum nati; alias enim ſi eo vivo nec cõcepti nec nati fuiſſent, nullo cognationis gradu, patrem ſui patris potuiſſent attingere; Ideòque nec ſui nec legitimi eſſent ejus hęredes. §. cum autem quæritur verſic. plane ſi & conceptus. inſtitut. de hæred. quę ab inteſtat. deferuntur. Quod ſecus eſt in eo qui mortis tempore eſt in vtero. Nam poſthumi etiam dum adhuc in vtero ſunt, verè quidem ſui hęredes ſunt: §. ita demum verſic. poſthumi quoque. inſtitut. dicto tit. licet in poteſtate parentis non ſint antequam naſcantur, l. vlt. de collat. bonorum. Ex † quo intelligitur 3
ſtare non poſſe rationem Vlpiani negativè conceptam, quamuis & Haloander eam ſequatur: Ideoque ex Florentinis libris, in quibus omiſſa eſt negatio, legere oportet affirmativè: *Si in vtero fuerit mortis eorũ tẽpore*; Quod etiã annotavit Antoni⁹ Auguſtin⁹ emẽdationum lib. 4. cap. vlt. Sed non adiecit rationem, cur vna potius quam altera lectio placere deberet. Subijcit Vlpianus etiam cognatorum teſtamenta à poſthumis inofficioſa dici: addita cauſa, quia & eorũ ab inteſtato potuerunt bonorum poſſeſſionem accipere. Quod valdè conturbat Accurſium & alios, in d. l. poſthumus. animadvertẽtes, quod cognati etiam ſexto gradu poſſint bonorum poſſeſſionem petere, ad quos tamen querela non extenditur. Sed † accipiem⁹ Vlp. reſponſum 4
reſpectu aſcendentium, quorum intuitu propriè poſthumi dicuntur vt videlicet procedat in quibuſlibet aſcendẽtibus, maximè matre, avia, & alijs quib⁹ legitimo jure ſucceditur. l. 2. in finè cum l. ſeq. vnde legitimi. Vel quod potius videtur, cum prius de teſtamentis aſcendentium locutus videatur Vlpianus, referemus hoc reſponſum ad collaterales cognatos, puta fratrem & ſororem, adverſus quorum teſtamentum querela datur. l. 1. de inoff. teſt. Sed † 5
dubitari poterat an in collaterali lineâ etiam poſthumis querela daretur, quod hic affirmat Vlpianus, eâ ratione, quia poſthumi cognatorũ ab inteſtato poſſunt bonorum poſſeſſionem accipere, id eſt poſſunt ijs ab inteſtato ſucce-

Digitized by Google

dere,& proximam ſuccedendi cauſam habent. Ideoque querela ijs datur in illis caſibus,in quibus jam natis querela competeret. Quod indicat ipſe Vlpianus ſequenti dubitatione, qua quærit, quid cognatis (adverſus quorum teſtamentum poſthumus cõqueritur) imputari debeat,num id quod inteſtati non deceſſerint? Quod negat Vlpianus,quia teſtamenti factio non interdicitur : ſed hoc imputabitur inquit, quod cum.1.poſthumum hæredẽ non ſcripſerint;potuit enim ſcriptus hæres in poſſeſſionem mitti , ex clauſula de ventre in poſſeſſionem mittendo : Itẽ natus ſecundum tabulas haberet bonorum poſſeſſionẽ,ſic quod in vtrumque caſum,natiuitatis ſcz, & non nativitatis,ſed exiſtẽtiæ in vtero, teſtator iniuriam admiſerit , non quidem per hoc quod fecit teſtamentum , ſed per hoc, quod dum faceret teſtamentum , non poſthumum ſed alium extraneum hæredem ſcripſerit.

S·V M M A R·I A.

1. *L. ſtatuliberi ff. de ſtatulib. emendata & conciliata cum l. moris ff. de pœnis & l ſtatulib. de quæſt. & 3.4.*
2. *Publica iudicia quæ dicantur.*
5. *L. moris in fin. ff. de pœnis emendata.*
6. *Statuliberum in publicis iudicijs non vt ſervum ſed vt liberum puniri. Per totum.*

CAPVT DECIMVM-TERTIVM.

1 POmponius † lib. 8. ad Quintum Mutium in l. ſtatuliberi, ff. de ſtatuliber. ita ſcribit : *Statuliberos à cæteris ſervis nihilo penè differre : & ideo quod ad actiones vel ex delicto venientes, vel ex negocio geſto,contractu,pertinet, eiuſdem conditionis ſunt ſtatuliberi, cuius cæteri. Et ideo in publicis quoq; iudicijs eaſdem pœnas patiuntur, quas cæteri ſervi.* In quibus nota diſiunctiua *vel* deeſſe videtur aut ſubaudienda eſt,vt ita legatur : *vt ex negocio geſto,vel contractu*. In quo non eſt magnum momentũ : Sed in ſententia eſt difficultas & quædam antinomia (vt videtur) irreconciliabilis, propter id quod Vlpianus reſpondit lib. 10. de officio proconſulis , in l. moris in fine, ff. de pœnis. *Statuliberum quaſi liberum cum iam puniendum Divus Pius Salvio Marciano reſcripſit*. Quodque Modeſtinus lib. 5. regularum, in l. ſtatulib. ff. de quæſtionibus. ita ſcripſit *Statuliber in delicto repertus, ſperandæ libertatis prærogatiua, non vt ſervus ob ambiguum conditionis, ſed vt liber puniendus eſt*. Quæ ex Diametro pugnare videntur , cum receptâ lectione eius quod Pomponius dixit : *In publicis judicijs ſtatuliberos eaſdem pœnas pati quas cæteri ſerui*. Accurſius in eo differentiam

conſti-

Digitized by Google

conſtituit, quod Pomponius loquatur de ſervo, qui antequam ſtatuliber eſſet deliquit. Modeſtinus verò & Vlpianus de eo intelligantur, qui poſteaquam ſtatuliber factus eſt, delictum admiſit. Sed hanc Accurſij rationem legum generalis & indiſtincta diſpoſitio non admittit. Iacobus Cuiacius obſerv. lib. 1. ca. 37. vt Pomponium, Vlpianum & Modeſtinum inter ſe conciliet, priora illa duo verba Pomponij, *& ideo*, corrupta eſſe aſſerit: & proinde affirmativam orationem Pōponij vertendo in negationem, eraſis dictionibus illis, *& ideo,* legi mauult: *ſed non in publicis*, hoc ſenſu, quod Pomponius publica judicia diſtinxerit à privatis, & quod in privatis delictis definitum eſt, non extendatur ad publica judicia. Sed hanc Cujacij mutationē magno conatu improbare & ſubuertere conatur Robertus Aureli⁹, animadverſio. juris civilis lib. 1. cap. 6. aſſerens rejectâ illâ negatione, & nullâ ex parte immutato contextu, veterem lectionē optimè conſtare, ejuſque ſententiā aptiſſimè pendere à ſuperioribus, & illis omnino cohærere, diſtinguique in ea quæſtione publica judicia à privatis delictis, in eo, quod ſtatuliberi puniantur in publicis judicijs vt ſervi, in privatis autem vt liberi. Quod ſententiæ Vlpiani & Modeſtini directo adverſatur, generaliter reſpondentium, ſtatuliberum quaſi liberum puniendum ex D. Pij reſcripto. d. l. moris, in fin. Nam ſperandæ libertatis prærogativa hoc inducit, vt ob ambiguum conditionis, nō vt ſerv⁹, ſed vt liber puniatur, quia implicitus ei caſus libertatis fuit. l. vlt. ff. ſi ex noxa: cauſa agatur. Quod obtinet ſiue ſtatuliber in publico ſive in privato crimine deprehenſus ſit, dummodo publicè accuſetur & extra ordinē pœna irrogetur: quoniam Vlpia. & Modeſtinus in d. l. moris & in d. l. ſtatuliber. reſpondēt non tantum de pœnis maleficiorum, quæ ex legibus publicorum judiciorum veniunt: de quibus ſpeciali titulo in Pandectis & Iuſtiniani inſtitutionibus agitur. tit. de pub. judicijs. Sed generaliter de omnib⁹ quæſtionibus & pœnis quorumlibet maleficiorum, quæ per publicam accuſationem inſtituuntur & peraguntur. Qua † ratione etiam in Pomponij reſponſo, in d. l. ſtatuliberi. judicia publica vocantur, non ea tantum quæ ex legibus publicorum judiciorum proveniunt, verum etiam quæcunque alia criminalia, ex quibus publica accuſatio inſtituitur. vt rectè notavit Angel⁹, in l. Prætor, §. hoc edicto. ff. vi bonorū raptorum. & probat Papinianus l. 1. ff. ſtelliona: & l. quod ſenatuſcōſultū in prin. ff. de injurijs. Publica judicia generaliter appellantes, quæ criminalia ſunt, & privatis actionibus ſeu judicijs opponuntur. Id quod etiam aperto Pōponij reſponſo comprobatur, in d. l. ſtatuliberi. In quo non diſtinguuntur publica judicia à privatis delictis, vt perperam à Cujacio & Aurelio opinatum eſt. Sed publica id eſt criminalia judicia, opponuntur actionibus, non ſolum ex contractu & negotio geſto, verum etiam ex delicto venientibus, quæ moventur ab his qui damnum vel injuriā paſſi ſunt. vt ſunt actiones furti, rapinæ, injuriarum, & ſimiles. Nec

intereſt an agatur ex delicto privato an publico, cum etiam ex cauſa judicij publici, non minus quam privati delicti, actiones concedantur, quibus civiliter de re familiari agitur, vt eſt in actione legis Aquiliæ, furti, vi bonorū raptorum, interdicto vnde vi, & de tabulis teſtamenti exhibendis.
3 Ob † quod neceſſe eſt, dictionem delicti apud Vlpianum, in d. l. ſtatuliberi, generaliter accipi, & extēdi ad omnia crimina, ſive ſint publica ſive privata, in actionibus quæ de illis conceduntur, de re familiari & ad privatorum vtilitatem. Vti è contrario publici judicij appellatio apud Pomponium generalis eſt, referturque ad omnia criminalia, quæ non per actionem ſed accuſationem vel inquiſitionem intentātur, ad publicam punitionem maleficij, etiamſi pœna extra ordinem irrogetur. Pomponius enim non diſtinguit inter diverſa genera delictorū vel criminū, ſed inter actiones quæ ex maleficijs oriuntur, & accuſationes quæ ex illis inſtituuntur.
4 Et † hæc Pomponij ſentētia atque oppoſitio actionum & accuſationum ex maleficijs, evadet manifeſtiſſima, ſi conſideremus textum verè depravatum eſſe, non eo quidem modo quo Cuiacius exiſtimat, ſed mutatione vnius ſyllabæ duntaxat, librariorum errore vel negligentia particula *nec* in *&*, converſa: quam & ſententia & orationis ſtructura repudiat, atque negativam particulam *nec* expoſtulat; vt ita legatur: *Nec ideo in publicis quoq; judicijs eaſdē pœnas patiūtur quas cæteri ſervi.* Quæ oppoſitionē actionū & accuſationū ex delictis cōfirmant, oſtēdūtque illationem in actionibus ex delicto venientibus à Pomponio propoſitam, non procedere in publicis, id eſt, criminalibus judicijs. idque abſque ineptâ ejuſdem verbi repetitione in eadem oratione; quia particula *nec* novam clauſulam conſtituit à priore, inducitque reſtrictionem & derogationem præcedentis illationis de actionibus ex delicto venientibus factæ in ſtatulibero his verbis: *Nec ideo in publicis judicijs quoq; eaſdem pœnas patiūtur quas cæteri ſervi.* Perinde ac ſi ita dictū eſſet: Quamvis ſtatuliber medio tempore ſeru⁹ hæredis ſit, & ſtatuliberi à cæteris ſervis noſtris nihilo penè differāt, ideoque quoad actiones ex delicto venientes ejuſdem conditionis ſint ſtatuliberi cujus cæteri ſervi, non tamen propterea in publicis judicijs eaſdem pœnas patiuntur, quas cæteri ſervi. Pomponi⁹ enim pro regula proponit, ſtatuliberos à ſervis noſtris nihilo penè differrè, & regulam propoſitam explicat duabus illationibus, quarum prima eſt affirmativa, & actiones ex delicto ſeu contractu venientes reſpicit, in verbis: *Et ideo quoad actiones*, altera verò eſt negativa, accuſationes & punitiones maleficiorum reſpiciens, in verbis: *nec ideo*: Quæ rectè cohærent ſuperioribus, & ſeparatam & diverſam à ſuperiori clauſulâ deciſionem conſtituunt. adducta ſpecie in qua comparatio ſtatuliberi, & ſervi perdit officium, & ſtatuliber perinde habetur ac ſi jam liber eſſet. Secundum Vlpiani † reſponſum, in d. l. 5
moris in fine. In quo relativum *cum* abundat. Ideoque pro ſuperfluo reyciendum eſt, ita legendo: *Statuliberum*

quaſi

quaſi liberum iam puniendum Divus Pius Saluio Martiano reſcripſit. Scio ęquidem Iacobum Reivardum, varior. lib. 2.cap.11. aliter I C. reſponſa accipere: ſed quæ adfert, diuinationem habent longe petitam, & proinde cū ſuperioribus vera lectio Pomponij reſtituta, & ſententia rectè explicata ſit, operæpretium nō eſt ijs quæ per ſe infirma ſunt confutandis operam inſumere.

SVMMARIA.

1. *Pro iam nato habetur qui in vtero eſt. & 2.*
2. *L. 1 § ſi quis proximior. vnd. cog. explicata.*
3. *Ventri quanta portio ſervetur. Et 5.*
4. *Pueri plures vno partu editi.*
6. *Plures vno partu editi, ſinguli in ſucceſſione partem faciunt.*
7. *L. antiqui in p. ſi pars her pet. emendata.*
8. *L. cum quidam §. 1. de acq. her. emendata.*

CAPVT DECIMVM-QVARTVM.

1 SIcut † liberorum eorum qui jam in rebus humanis ſunt legiſlatores curam habuerunt, ita etiā eos qui nondum nati ſunt propter ſpē naſcendi non neglexerunt. l. 1. in p. de vent. in poſſ. mit. nam & legitimę hereditates his reſtituuntur, l. qui in vtero de ſtat. hominum & Prætor eos tuetur per bonorum poſſeſſionem, d. l. 1. in p. & l. cum quidam §. 1. de acq. her. Et in vniverſum qui in vtero eſt, perindè ac ſi in rebus humanis eſſet cuſtoditur d. l. qui in vtero. Et hac ratione etiam ad legitimam hereditatem is qui in vtero eſt admittitur, & remoratur inſequentes ſibi agnatos, quibus prętertur, l. 3.

2 §. vtique de ſuis & leg. her. Et hoc † eſt quod Vlpianus ſcribit, in l. 1. §. ſi quis proximior. vnde cognati. *Si quis proximior cognatus naſci ſperetur, in ea conditione eſt, vt dici debeat eum obſtare ſequētibus.* Quod confirmat idem Vlpianus, in d. l. cum quidam. his verbis, *proxumus à filio poſtumo heres, dum mulier prægnans eſt aut putatur eſſe, hereditatem adire non poteſt.* Quod accipiendum eſt non ſolum in filio poſtumo & ſuo herede, ſed generaliter referri oportet, etiam ad eum ventrem qui legitimum aut conſanguineum paritur' eſt. Et nō ſolum ad teſtatos, verumetiam ad inteſtatos, d. l. cum quidā §. 1. Quin & per bonorum poſſeſſionem edictalem, vētrem in poſſeſſionem mittit Prætor, d. §. 1. quoniam antiqui libero ventri ita proſpexerunt, vt in tempus naſcendi omnia ei jura integra reſervarent, l. an-

tiqui in p. ſi pars her. pet. Eoque † pertinet nobilis illa & celeberrima veterū authorū diſputatio, de jure & portione 3

Digitized by Google

poſtumis cōſervanda in hereditatibus & ſucceſſionibus. Et quidem in ijs qui poſt eum gradū ſunt agnationis, quo eſt id quod in vtero eſt, ſine magna difficultate definierunt, eos non admitti dum incertum eſt an naſci poſſit, d. l. antiqui. quotiēs enim proximior cognatus naſci ſperatur, in ea conditione eſt vt dici dici debeat obſtare eum ſequentibus, d. l. 1. §. ſi quis proximior. Quoniam mortis tempore, qui in vtero eſt, quantum ad moram faciendam inferioribus, & ſibi locum faciendum ſi fuerit editus, pro jam nato habetur. d. l. cum quidam §. 1. Verum vbi cæteri in eodem gradu ſunt quo & venter, maxima fuit dubitatio & opinionum varietas, quę portio in ſuſpenſo eſſe debeat, *Ideo quia* (vt inquit Paulus in d. l. antiqui) *ſcire non poterant quot naſci poſſent*; *Ideo quod* (vt rectius habet communis lectio) *multa de huiuſmodi re, tam varia & incredibilia traduntur, vt fabulis annumerentur : Nam traditum eſt & quatuor pariter puellas à matrefamilias*
4 *natas eſſe*. Scribitque† Caius in l. vtrū de rebus dubijs, ſua ætate Serapiam Alexandrinā mulierem, ad divum Adrianum perductam cum quinque liberis, quos vno fœtu enixa eſſet. Quos Leli⁹ Taurellus ſcribit ſe vidiſſe in palatio. Alioquin tradidere non leues authores (vt idem Paul⁹ in d. l. antiqui) quinquies quaternos enixam Peloponenſem, & multas Ægipti vno vtero ſeptenos. Quod conſentaneum eſt eorum ſententiæ, quibus placet ſeptem cellulas in vtero eſſe, ternis dextra ſiniſtraq; conſtitutis, vna modo in meditullio compoſita; totidemque poſſe fœt⁹ cōcipi. Prodigioſa & ad portentum declinantia, nec ſine hæſitatione proferenda ſunt quæ ſcribit Albertus Magnus, de muliere quadam in Germaniâ, quæ configuratis conformatiſque iam in vtero duorum & viginti infantium corpuſculis, abortū fecit. Et rurſus de aliâ, quæ corpuſcula centum & quinquaginta eiecit in peluim, auricularis digiti magnitudine. de quibus prolixè agit Celius Rodiginus antiq. lect. lib. 4. ca. 23. Sed quod vltra tres naſcitur vt Cajus ſcribit in d. l. vtrum in f. ferè portētoſum videtur, & rarum eſt. Ideoque† 5
prudentiſſimè juris authores medietatem quādam ſequuti ſunt, vt quod fieri non raro admodum poteſt intuerētur. Et quia fieri poterat vt tergemini naſcerentur, quartam partem ſuperſtiti filio aſſignaverunt, τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς (vt inquit Theophraſtus.) παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται. Vnde eleganter ſcribit Cajus, d. l. vtrum. Quod ſi natus non eſt poſtumus eum partem non facere, ſed totum ad ſuperſtitem filium pertinere. ſin autem natus fuerit, vtroſque accipere quod cuiq; relictum eſt, vt vno nato pars dimidia ſuperſtiti debeatur : duobus natis tertiam filius ſuperſtes habeat : tribus natis (quia trigemini quoque naſcuntur) quarta debeatur : Nam poſtumus ſemper partem facit his qui pari gradu ſunt, vtputa frater vnus eſt & vterus, vt patrui filius vnus natus & qui in vtero eſt. d. l. 3. §. vtique de ſuis & legit. Sed† quanquam I C. in generali 6
legiſlatione ſuâ rationem nō habeant eorum qui numerum trium excedunt, propter raritatem & declinationem ad monſtri ſpeciem; ſi tamen plures

quam

quam tres naſcantur, ſpecie humanâ, abſque monſtri ſeu portenti figura, nõ erunt negligendi, ſed ad ſucceſſionem admittuntur, eâ ratione quod lex (quæ refertur ad ea que frequentius accidũt) non cogitaverit eos exituros. Ideoque poſtquam nati ſunt, æquitas patitur, & natura ſuadet, ijs conſuli debere non minus quam alijs, apertâ legis cõſtitutione comprehenſis. Si modo in lucem prodierint & in vtero fuerint vivo eo de cujus ſucceſſione agitur, d. l. vtrum
7 & d. l. 1. § ſi quis proximior. Et hæc quoad interpretationẽ. Quod vero ad emendationem attinet, contaminatũ videtur Pauli reſponſum, in d. l. antiqui. in omnibus libris, per geminationem dictionis *ideo*, quæ priori loco cõvenientius omittitur hoc modo, *tunc quæ portio in ſuſpenſo eſſe debeat quæſierunt, quia non poterant ſcire quot naſci poſſent*, & in ſequentibus verbis *ideo nam* Florentiæ dictio *nam* lineis incluſa labem habere videtur, & rectius in communibus libris eâ omiſsâ legitur, *ideo quod multa &c.* Nec improbabilis eſt cõjectura, in architijpo ſcriptũ, nõ *ideo nã multa* ſed *ideo quod tam multa* per mutationem vnius literæ *nam* in *tam* converſo. quod etiam duplicatum Pauli loco non malè convenit. juxta illud Ciceronis, *Ecquis vnquam tam palam de honore, tam vehementer de ſalute ſua contendit*? Rurſus † apud Vlp. in d. l. cum 8
quidam §. 1. inconcinna eſt oratio Florentiæ. *Idemque & per bonorum poſſeſſionem edictalem. denique Prætor ventrem mittit in poſſeſſionem.* Quia verbis illis, ex vno membro ſeu capite duo membra conſtituuntur: quæ tamen invicẽ cohærent & connexa ſunt. Nam Vlp. poſtumum inferioribus præfert, vt ſibi locũ faciat in hereditaria ſucceſſione, ab inteſtato & ex teſtamento: ſive ſit ſuus heres futurus, ſive conſanguineus & collateralis. Et quod non ſolũ jure civili prælationem habeat, verũ etiam quod per bonorum poſſeſſionem edictalem venter à Prætore in poſſeſſionem mittatur. quod oratione illa prærupta non ſatis exprimitur. Suadetque annotatio marginalis in editione Plantini, Vlp. Reſponſum aliter legi debere. Etenim in ea annotatum eſt, in alijs libris ſcriptum eſſe, *denique & per bonorum poſſeſſionem talem Prætor ventrem &c.* quod orationem magis concinnam, atque ſententiam rei de qua agitur magis conſentaneam conſtituit, & mihi magis probatur, ſi pro dictione *talem* retineatur vox *edictalẽ*. Sed quia fide aliorum codicum nõ juvamur relinquimus vnicuique ſuum judicium.

SVMMARIA.

1. *L. hæc conditio. de cond. & demonſt. exp. & emend. & 2. 4. 5. 6. 7.*
2. *Conditio hæc. cum nupſerit. quando cenſeatur impleta. & 5. 9.*
3. *Agere pro cogitare acceptum.*

Digitized by Google

CAPVT DECIMVM-QVINTVM.

1 MIris † modis obſcurum eſt & variè legitur reſponſum Vlpiani,in L.hęc conditio de cōdit.& demon.nā cōmunes libri ita habent, *Hæc conditio, filiæ meæ cum nupſerit : talis eſt,vt qui teſtatus eſt,impleri ſolummodo conditionem voluerit, non etiam ſatis exigi,quando.* Quæ mendoſa videtur,quia incerta eſt diſtinctio, & quid verba illa,*non etiam ſatis exigi, quando* : ſibi velint, aut quid ad explicationem ejus quod ab Vlpiano tractatur pertineat,non intelligitur. Vnde alij legūt, non *ſatis exigi*,ſed *ſatis exegerit*. Quod Plantina editio in d.l.hæc conditio rectius indicat. Mihi verò neutrum placet.etenim Vlpianus non agit de ſatiſdatione aut exactione ſeu executione alicujus rei,ſed de interpretatione conditionis, *filiæ meæ cum nupſerit*,ad quod verba prędicta nihil pertinent: propius autē veritati accedit Florentina lectio, his verbis concepta, *Hæc conditio filiæ meæ cum nupſerit,talis eſt,vt qui teſtatus eſt, impleri ſolummodo conditionem voluerit : non ſatis egerit, quando.* Etenim

2 † hæc eſt Vlpiani ſententia : conditionem hanc *filiæ meæ cum nupſerit*, eam naturam & effectum habere, quod teſtator voluerit ſolummodo conditionem impleri, abſque præfinitione tēporis, & abſque diſtinctione an ante aut poſt mortem ſuam filia nuberet : Quod pulchrè exprimitur verbis illis, *non ſatis egerit, quando*, ſi rectè diſtinguantur, & adverbium illud *quando* nectatur ad pręcedentia,ſine vlla interpunctione : hoc modo, *non ſatis egerit quando*,id eſt,non ſatis cogitaverit, caverit aut expreſſerit,quo tempore conditio implenda eſſet : Elegans † enim 3
in ea ſignificatione vſus eſt verbi *egerit*,pro cogitaverit,declaraverit, expreſſerit ſeu pronunciaverit. Vt apud Terentium in Adelphis, *Sed eſtne hic ipſus de quo agebam*?Et Vlpianum † ad in- 4
determinatā temporis rationem reſpicere,etiam ſequens illatio comprobat, quæ poſt illa verba, *non ſatis egerit*, ita ſubijcitur : *Et ideo etſi viuo teſtatore nupſerit poſt teſtamentū factum : impleta conditio videtur*.Subſequuntur † in eo- 5
dem Vlpiani reſponſo in d.l. hæc conditio in prin.verſic.an tamē nubendo. hæc verba : *An tamen nubendo poſtea parere conditioni poſſit, quaſi non nupſerit,dubitari poteſt. Et ſi teſtator de primo nuptiali jugo ſenſit : puto defectam conditionem. benignè tamen dicendum eſt, nondum conditionem impletam defectam.* Quæ non rectè ſibi invicem cohærere videntur,licet ſententia ſatis manifeſta ſit : Etenim vult Vlpianus, ſubtilitate quidem juris deficere conditionē nuptiarum in ea,quæ vel antè duodecimū annum, vel cum eo cum quo interdictum eſt matrimoniū contraxit,quando teſtator de primo nuptiali jugo ſenſit. Verum,quia priores conjunctiones ante duodecim annos,aut cum eo cum quo nuptiæ interdictæ ſunt, non implent conditionem, nec juris effectum ſortiuntur : benignè dicendum,ſeu ex æquitate & humanitate admittendum

con-

Digitized by Google

conditionem haberi pro non defecta. d.l.hæc conditio l. penultima ff. vt legator .ſeu fideicommiſſorum nom.ca-
6 veatur.Ex † quo ſequitur , non poſſe ſubſiſtere,quod paſſim legitur. in d. l. hæc conditio.*puto defectam conditionẽ: benignè tamen dicendum eſt,nondum conditionem impletam.defectam.* Nam cum prius dixerit Vlpianus: *puto defectam conditionem*,per ſequentia verba, *benignè tamen dicendum eſt &c*. idem repeteret quod prius dixit. cum vtraque periodus exprimat conditionem defectã. Quod ſententiæ Vlpiani refragatur, volentis ſtricto quidem jure defectam eſſe conditionem,ſed ex benignitate eã ſuſtineri & durare,ea ratione,quod cõjunctiones intervenientes non implẽt conditionem. Sed ex quo hic ſenſus verbis accommodetur , aut vnde lux aliqua Vlpiano poſſit accedere , locus
7 nullus profertur.Cogitavi † aliquando ex dictionum commutatione textum depravatum eſſe, & ſcriptores hallucinantibus oculis ex ſuperiori linea errãter repetijſſe & iteraſſe dictionem *defectam*, aut ex literis carioſis obſcurata dictione,pro *durare* repetijſſe dictionẽ *defectam*. Etenim recta erit lectio,ſententiam Vlpiani eleganter exprimens, ſi ita legatur,*puto defectam conditionem, benignè tamen dicendum,nondum impletã conditionem durare*. i. obtinere & locũ habere. Quibus pulchrè exprimitur oppoſitio æquitatis ſeu benignitatis, & ſubtilitatis juris,quas Vlpianus ponderat & ſibi invicem opponit. Poſſet †
8 etiam tum oratio tum ſententia Vlpiani abſolui, additâ diſiunctiuâ particulâ *aut* , hoc modo: *dicendum nondum impletam conditionem aut defectam*. Perinde ac ſi dixiſſet Vlpianus, benignè dicendum eſt , neque impletam neque defectam cenſeri conditionem matrimonij,per conjunctionem inualidarũ nuptiarum. Quæ reſtitutio non caret gratia, & minimam mutationem habet, conſiſtitque in ſuppletione particulæ,quæ errore ſcribentium facilè omitti potuit. Cæterum quamuis hæc germana videatur Vlpiani ſententia, non tamen defigo judicium, ſed lectori cogitandum relinquo. Et mihi magis placet, abſque dictionum mutatione, exiſtimare poſteriorem clauſulam ſeu periodum onerari inutili gloſſemate, ab interprete aliquo inconſideratè (vt ſæpè alias) addito,per adiectionem dictionis *impletam*,qua ſublata & oratio & ſententia eſt conveniens, ita legendo: *benignè tamen dicendum eſt,nondum conditionem defectam*. i. adhuc non eſſe conditionem defectam. In quo magna eſt & elegantia verborum & pulcherrima circumſtantiarum ani-
madverſio & notatio. Etenim † cum 9
ſtricto jure conditio per nuptias inualidas deficere videatur, cui æquitas repugnat,rectè dictum eſt, nondum.i. adhuc non defectam eſſe conditionem. Et ſecundum hanc ſcripturã maior eſt paritas terminorum,& inter ſe oppoſitorum luculentior collatio , dum in vtraque clauſula eadem eſt facti ſpecies,cui alia ex ſubtilitate juris, alia ex æquitate ſeu benignitate deciſio attribuitur.

Digitized by Google

SVMMARIA.

1. *Sponſalia non contrahi ſi minor 12. annis in domum mariti inducta ſit. & 2. 4.*
2. *L. quæſitum, de ſponſal. & l. cum hic ſtatus § fin. de donat. inter vir. & vx. interpretata & conciliata. & 3.*
3. *Donatio facta mulieri quæ ante 12. annum nupſit, non valet.*
4. *Collatæ nuptiæ quæ dicantur.*

CAPVT DECIMVM-SEXTVM.

1 MAgna fuit inter Labeonem & Iulianum controverſia, an ex † eo quod minor duodecim annis nupſerit, aut in domum quaſi mariti deducta loco nuptæ eſſe cœperit, ſponſalia inducantur, & donationes quaſi in ſponſalibus factę valerent. Perſeveravitque hæc quæſtio vſque ad tempora Papiniani & Vlpiani, à quib⁹ tandem ſedata & definita eſt, ſecundũ

2 Labeonis ſententiam. Nam † Vlpian⁹ ita ſcribit in l. quæſitum. ff. de ſponſal. *Quæſitum eſt apud Iulianum, an ſponſalia ſint ante duodecimum annum, ſi fuerint nuptiæ collatæ, & ſemper Labeonis ſententiam probavi, exiſtimantis, ſi quidem præceſſerint ſponſalia, durare ea, quamuis in domo loco nuptæ eſſe cœperit; ſi verò non præceſſerint, hoc ipſo quod in domum deducta eſt, non videri ſponſalia facta. Quã ſententiam Papinianus quoq; probat.* Et hoc idem confirmat Vlpianus in l. cũ hic ſtatus §. finali ff. de donatione inter virum & vx. *Si quis*, inquiens, *ſponſam habuerit, deinde eandem vxorem duxerit, cum non liceret: an donationes quaſi in ſponſalibus factæ valeant, videamus. & Iulianus tractat hanc quæſtionem in minore duodecim annis, ſi in domum quaſi mariti immatura ſit deducta. ait enim hanc ſponſam eſſe, etſi vxor non ſit. Sed eſt verius, quod Labeoni videtur: & à nobis & à Papiniano libro decimo quæſtionum probatũ eſt; vt ſi quidem præceſſerint ſponſalia, durent: quamuis iam vxorem eſſe putet qui duxit. ſi verò non præceſſerint, neque ſponſalia eſſe: quoniam non fuerunt: neq; nuptias, quod nuptiæ eſſe non potuerunt. Ideoq; ſi ſponſalia anteceſſerint, valet donatio; ſi minus nulla eſt: quia non quaſi ad extraneam, ſed quaſi ad vxorem fecit, & ideo nec oratio locum habebit.* Quæ † magnam lucem adferunt ſuperiori Vlpiani 3 reſponſo in d. l. quæſitum, oſtenduntq; ſponſalia præcedentia durare, & donationes valere, etiamſi minor duodecim annis, poſtea in domũ quaſi mariti deducta, aut in vxorem accepta ſit, cum non liceret: adeo vt ſponſa quæ dotem dedit, condicendo eam, privilegium dotis habeat, etiamſi minor duodecim annis in domum quaſi vxor deducta ſit, aut nuptijs renunciatum fuit l. quæſitũ in fine ff. de privilegijs 4 credito. Licet è contrario donationes ſint invalidæ & infirmentur, ſi non præce-

præcedentibus ſponſalibus minor duodecim annis nupſerit, aut in domum quaſi mariti deducta ſit, contra Iuliani ſententiam. Etenim vt rectè Vlpianus ſcribit, in d. l. cum hic ſtatus §. fin. *Si nõ præceſſerint ſponſalia, donatio nulla eſt: quia neq; ſponſalia ſunt, quoniam non fuerunt, neq; nuptiæ quod eſſe non potuerint. & quia donatio non tanquam ad extraneam, ſed quaſi ad vxorem facta eſt.* i. vxori donare voluit, quæ non fuit, ideoque donatio eſt irrita, nec ſuſtineri poteſt reſpectu extraneæ, cui donari quaſi maritus non habuit in animo. adeo vt donatio ceſſet propter defectum celebratarum nuptiarum, quæ ſecundum leges celebratæ falſo credebantur. Vn-
4 de † ſequitur legitimam eſſe in Vlpiani reſponſo, in d. l. quæſitum de ſponſalibus. veterem & communem lectionem, *an ſponſalia ſint ante duodecimum annum ſi fuerint nuptiæ collatæ.* Et rectè ab Accurſio & alijs animadverſum eſſe verba illa, *ſi fuerint nuptiæ collatæ.* nuptias contractas & verè celebratas ſignificare. Quamuis Budeus, Duarenus & alij plerique, non de factis aut celebratis, ſed de dilatis nuptijs verba prædicta accipiant: Budeus enim Accurſio inſultans, eumque repræhendens, collatæ, inquit, nuptiæ in duodecimum annum, vocantur dilatæ, rejectæque. Sed (præterquam quod ſecundum illam interpretationem aliquid deeſt ad legitimam conſtructionem orationis neceſſariũ) Budęus in iuriſprudentiæ ſtudijs non admodum excellens, juris rationem ab Accurſio conſideratam & perpenſam non animaduertit. Apud Iulianum enim quæſtio erat, an ex nuptijs cum minore duodecim annis contractis, quamuis non valerent, ſaltẽ ſponſalia inducerentur, vt Vlpianus dilucidè oſtendit, in d. l. cum hic ſtat⁹, §. fin. his verbis, *Si quis ſponſam habuerit, deinde eam vxorem duxerit.* Et ſi de futuris nuptijs verba, *ſi fuerint nuptiæ collatæ,* intelligerentur, nulla fuiſſet controverſiæ occaſio inter Labeonem & Iulianum: quia dilatis nuptijs nulla eſt hæſitatio de viribus ſponſaliorum & donationum, ſi ſponſalia præceſſerint. ſi verò non præceſſerint, merito dubitatur an inducantur per contractas vetitas nuptias, aut per hoc quod minor duodecim annis ad domum quaſi mariti deducta eſt. Quæ fuit Iuliani opinio, quam eleganti diſtinctione Vlpianus refutat & reycit, ita vt in quæſtione apud Iulianum agitata, verba illa, *Si fuerint nuptiæ collatæ* neceſſario de factis & verè celebratijs nuptijs accipere oporteat. cum alioqui quæſtioni apud Iulianum agitatæ non congruerent, & ex vſu bonorum authorum ſignificationem & interpretationem factarum nuptiarum eleganter admittant & patiantur: conferre enim ſignificat congerere & in vnum colligere atque cõjungere ſeu conſentire. Vnde collatio bonorum dicitur. Item conferre in arbitrũ. i. conſentire in arbitrum, cum alijs ſimilibus. Et hæc ſignificatio perfecta eſt, nec aliquam ſubauditionem deſiderat, & inde euadit probabilior quod particula illa *ſi* ſit cauſalis conjunctio, & natura ſua finitiuis juncta rem factam ſignificet, & vim confir-

Digitized by Google

mandi habeat, vt in illo Ciceronis, *Si illuſtrantur ſi erumpunt omnia* non enim dubitat an illuſtrentur, ſed quia illuſtrantur, monet vt mutet Catilina mentem.

SVMMARIA.

1. *L. Pomponius de neg. geſt. emendata & novè explicata. & 2. 3. 4. 6.*
2. *Actio ſemel nata nuda voluntate non tollitur.*
3. *Negotium malè geſtum approbans, actionem negotiorum geſtorum non remittit. & 6.*
5. *Eò adverbium quid ſignificet.*
7. *Cæterum pro alioqui acceptum.*
8. *Ratihabitio negotij geſti quid operetur.*

CAPVT DECIMVM-SEPTIMVM.

1 PErcelebris † & acuta eſt diſputatio & interpretatio Scevolæ, ad id quod Pomponius ſcribit. in l. Pomponius ff. de neg. geſt. *Si negocium à te quamvis malè geſtum probavero, negociorum tamen geſtorum te mihi non teneri.* Nam primò Scevola id admittit, ea ratione, quod reprobare non poſſim ſemel probatum. Deinde ſubijcit dubitationem inde emergentẽ: quæritque num in dubio hoc, an ratũ habeam, actio negotiorum geſtorũ pendeat? id eſt, in ſuſpenſo & pendente ſit, antequam ratihabitio ſequatur vel deficiat. quod illi abſurdum videtur, *Nam quomodo*, inquit, *cum ſemel cæperit, nuda*
2 *voluntate tolletur.* Et rectè: etenim † cũ ex ipſa geſtione negotiorum, ſemel nata ſit actio, §. igitur cum quis negotia inſtitutis de obligatio. quæ ex quaſi cõtractu naſcuntur. non poteſt nuda voluntate, aut ſimplici conſenſu, aut approbatione perimi aut extingui: etiam ſi vtriuſq; voluntas & conſenſus interveniat: cum certum ſit, obligationem ſeu actionem ſemel natam, ſimplici conſenſu aut pacto non aboleri aut perimi. Regula enim eſt, ex pacto neq; naſci neque tolli obligationem; ſed ad exceptionem duntaxat, ratihabitionẽ & pactum prodeſſe l. juriſgentium §. vtputa in fin. l. ſi tibi decem millia §. quædam actiones, & l. ſi vnus ex argẽtarijs, §. pactus ne peteret ff. de pactis. Quod Sceuola † conſiderans, eleganter ſcribit, *etſi comprobem, adhuc negotiorum geſtorum actionem eſſe.* in d. l. 3
Pomponius verſic. imo puto. Idque nõ per correctionem, ſed per interpretationem & moderationem ejus quod Pomponius reſponderat, & ſalua poteſtate ratihabitionis & pacti. etenim quamvis reprobare non poſſim, ſemel probatam geſtionem & adminiſtrationem à te habitam, propter virtutem pacti & ratihabitionis intervenientis, quę

geſtum

Digitized by Google

geſtum negotium conciliat, manet tamen ipſo jure actio vltro citroque inter eum qui geſſit, & dominum negotij; eaq; etiam efficaciter exerceri poteſt, abſque contraventione aut læſione pacti ſeu ratihabitionis, in eo quod is qui geſſit à debitore meo exegit, aut de meo vendidit, aut ipſe impendit, d. l. Pompon. in fin. Nam hæc ratihabitioni ſeu approbationi non includuntur, nec per eam remittuntur. Et ratihabitio ſeu pactum nihil aliud operatur, quam approbationem geſti negotij, vt perinde habeatur, ac ſi vtiliter geſtum eſſet, quamuis revera detrimentū adferat, culpa gerentis. Et quod Pomponius ſcribit, poſt ratihabitionē actione negociorum geſtorum te mihi non teneri, ſolūmodo pertinet ad ſuſtinēdam geſtionem ſeu adminiſtrationem negotij, ne amplius diſplicere aut improbari poſſit; non etiam ad perimendam actionem ex geſtione negotiorū approbatā provenientem. Quod eleganter Scevola ſententiam Pomponij ſecutus probat, his verbis; *Sed eo dictū te mihi non teneri, quod reprobare non poſſim ſemel probatum.* Nam hoc perinde eſt, ac ſi diceret, id quod Pomponius reſpondit, te mihi non teneri, reſtringi ad ſolam approbationem negotij, quæ non tollit radicem obligationis, nec impedit actionis exercitium, in eo, in quo ſalua approbatione is qui geſſit domino negotij, aut viciſſim dominus ei qui geſſit, obligatur. Eodem modo quem obſervamus, quoties negotium vtiliter geſtum eſt, quod apud judicem pro rato quidem haberi neceſſe eſt, & nihilominus actio vltro citroq; datur, ad ea quæ ex adminiſtratione ſunt reliqua. Et vt hæc explicatius intelligantur † repudianda eſt lectio communiū 4
exemplarium, *ſed eo dicto,* & ſequendū quod Florentiæ ſcriptum eſt, *ſed eo dictum te mihi non teneri*, ſubaudito ſeu repetito verbo *puto* quod vtramq; clauſulam determinat juxta illud, *Non avaritia ab inſtituto curſu ad prædam aliquam revocauit, non libido ad voluptatem, non amænitas ad delectationem, non nobilitas vrbis ad cognitionem, non denique labor ipſe ad quietem.* Et † vox *eò* non prono- 5
minis (vt vulgus putat) ſed adverbij loco accipienda & cū accentu ſcribenda eſt pro ideo vel propterea; Iuxta illud Terentij in Eunucho: *Eò ne ferox?* & ibidē: *Eò ad eam non admiſſa ſum.* quod obſervatione eſt digniſſimum, tollitq; omnem obſcuritatem & orationis & ſententiæ; oſtenditq; Scevolam non † 6
adverſari aut recedere à Pomponij reſponſo, ſed illud declarare atque exacti' diſtinguere, interpretando verba illa Pomponij, *te mihi non teneri,* non perimere actionem negotiorum geſtorū, ſed limitare & reſtringere, ad terminos ejus quod ratum habitum & approbatum eſt. Et ideo verba illa Pomponij addita eſſe, *quod repobare non poſſim, quod ſemel probatum eſt.* Niſi dolus malus intervenerit, qui ratihabitione generali non tollitur. aut ſpecialiter id actum eſt, vt neuter adverſus alterum habeat actionem, l. ſed an vltro in prin. ff. de negotijs geſtis. Vnde rectè Scevola, ſequendo hypotheſin varijs argumentis & rationibus diſcuſſam, tandē rectè ita concludit. *Erit igitur & poſt ratihabitionem negotiorum geſtorū actio.*

Digitized by Google

nam ita & ratihabitio ſuam vim habet, & actio negotiorum geſtorum manet, & exerceri poteſt, in his quæ ratihabitio non remittit. Ex quibus ingens ſylva inutilium interpretamentorum, ab Accurſio & alijs congeſtorum reſcinditur, & mens atque ſententia Pomponij & Scævolæ illuſtrantur & luculentur explicantur.
7 Omittendum † autē non eſt dictionem *cæterum* à Scevola ſingulari ſignificatione accipi pro *alioqui*. vti Cicero accepit ad Quintum fratrem: *Ego* inquiens *me in Cumano & Pompeiano, præterquam quod ſine te, cæterum ſatis commodè oblectabam.* Vt perindè ſit, ac ſi Scevola dixiſſet, *alioqui, ſi vbi probaui non eſt negotiorum geſtorū actio quid fiet. &c.* Quod majorē verborū cohærentiam & conſequētiam habet, magiſque convenit præcedenti aſſertioni Scevolæ, *adhuc negociorum geſtorū actionem eſſe*: cùm alioqui velut ab aſſertione illa reſiliens, relabi videretur ad præcedentē actionis peremptæ dubitationem atque diſputationem. Vbi è contrario Scevola in d. verſ. cæterū. ad aſſertionem ſuam magis confirmādam, tranſit ad recitationem incommodorum, quæ ſequerentur ſublata negociorum geſtorum actione per ratihabitionem.
8 Adeo † vt ex Pomponij & Scevolæ ſententiâ, is qui ratum habet, non confeſtim probet qualitatem actus geſti, nec remittat quod dolò malo vel culpa lata geſtum eſt, aut quod geſtor apud ſe retinet ex adminiſtratione. Imo approbatio magis negociū noſtrum facit, & inde naſcitur tam directa quam contraria actio.
9 Præterea † ante verſiculum imo puto, perperam & ex additamento interpretis repetitur nomen Scevolæ, qui author eſt reſponſi. Id quod in Pauli & aliorum Iuriſcōſultorum nominibus etiam alijs locis factum invenitur. Denique ex prædictis manifeſtum eſt, erroneam eſſe Plātini marginalem additionem, quæ habet, à Scevola rejectam eſſe opinionem Pomponij, quam ab eo probari & declarari manifeſtum eſt. Secundum quæ omnia ſi excutiātur ea quæ ſcribit Antonius Faber, conjecturarum lib. 4. ca. 10. facile erit animadvertere, ab eo Pomponij atque Scevolæ ſententiam non tam illuſtrari, quam majoribus tenebris involui.

SVMMARIA.

1. *Florentinorum librorum vtilitas & authoritas.*
2. *Florentini libri gloſſemata aliquot ſublata. & 3. 4. cum ſeq.*
9. *Florentinum librum non eſſe Iuſtiniani autographum.*
10. *Piſana litera Accurſio & alijs in pretio habita.*

CAPVT DECIMVM-OCTAVVM.

Magnam

1 MAgnam † fœlicitatem ex Pādectis Florentinis æditis juris ſtudioſi & profeſſores conſecuti ſunt, præſertim in ijs, quæ indicem authorum librorumque, à quorũ fontibus leges emanarunt, nec non antiquæ locutionis ortographiæ & ſcripturæ obſervationem atque cuſtodiam reſpiciunt. Ob quod merito Florentiæ magna diligentia & religione aſſervātur, & non niſi accenſis fumalibus, & circumſtantibus aperto capite (vt Poli-
2 tianus ait) proferuntur. Sed † diffiteri nequimus, nulla exemplaria pluribus additamentis & gloſſis onerata, corrupta & depravata eſſe, illis ipſis voluminibus Pandectarum Florentinarum. Vt apertè oſtenditur ex plurimarum dictionum & clauſularum concluſione per notas, diligentia Lelij Taurelli additas, & nos multis alijs exemplis à Taurello nondum notatis confirmavimus: ad quæ diligenti inueſtigatione
3 & indagine poteſt fieri acceſſio. Vt † in Pauli reſponſo in l. atquin §. Scevola ff. de neg. geſt. ſuperfluum eſt verbũ *debere.* Etenim ita Florentiæ legitur: *Scevola noſter ait, putare ſe quod Sabinus ſcribit, debere à capite reddendam rationē ſic intelligi &c.* Quæ oratio & elegantior & plenior eſt, ſi omiſſo verbo *debere* ita legatur. *Scevola noſter ait putare ſe quod Sabinus ſcribit, à capite rationē red-
4 dendam ſic intelligi.* Similiter † in Iuliani reſponſo in l. ex facto eod. tit. perperam ſcribitur. *Quaque actione curator cũ ſub curatore experiri poſſit.* pro quo rectius in communibus libris legitur:
5 *qua actione curator.* Item † apud Vlpianum in l. ſi ſervus meus ff. de peculio, interpretamentum & merum gloſſema eſt in verbis. *id eſt ordinarius ſervus.* Rurſus † in Africani reſponſo in l. 6
depoſui §. Stichus, de peculiò. *quod vicarius ſervus debet.* ſupervacua eſt dictio *ſervus*, ſatiſque intelligitur ex verbo *vicarius.* Item † in Pomponij reſpō- 7
ſo in l. vlt. de admin. tutorum. verbum *debeat*, bis ſcriptum ſemel tollendum eſt, & pro verbis, *Videndum erit vtrum calamitas pupilli an detrimentum petitoris eſſe debeat, perindeque habere debeat ac ſi, &c.* ita reponendum eſt *vtrum calamitas pupilli an detrimentum petitoris eſſe debeat perindeque haberi ac ſi, &c.* Mutilum quoque & imperfectum † Floren- 8
tiæ eſt Marcelli reſponſum in l. inter mortis ff. de mort. cau. don. in primis verbis; *Inter mortis cauſa donationem & omnia quæ mortis cauſa quis ceperit.* Pro quibus ex libris communibus reponēdum eſt: *& ea quæ mortis cauſa.* Et rurſus in verbis: *Idem accidit quod quis ſit hæres inſtitutus ſi mihi decem dederit.* Quæ nullum ſenſum habent, & eleganti oratione & ſignificatione ex cōmunibus libris hoc modo reparantur: *Idemq; accidit in eo qui ſic hæres inſtitutus eſt, ſi mihi decem dederit.* Nam adverbium *ſic* facit demonſtrationem modi ex quo mortis capio inducitur. Quo modo eadem dictio etiam apud Vlpianum accipitur, in l. ille à quo §. quid ergo ff. ad Trebellianum. in verbis: *adeat prius & ſic de hoc queratur.* Et apud Ciceronem pro Planco: *Huius Præfectura plena eſt virorum fortiſſimorum, ſic vt nulla tota Italia frequentior dici poſſit.* Ex † quibus dilucidè deprehenditur, 9
halucinari eos, qui arbitrantur Floren-

Digitized by Google

tinum librum autographum eſſe, aut cum Iuſtiniani architipo collatum & compoſitum, nec quidquam in eo reperiri quod non ſit purum & putum. Nam ſcripturæ vitia & inſperſa gloſſemata conuincunt, longo intervallo poſt Iuſtinianum, volumen illud variè commaculatũ, & parum peritâ manu
7 conſcriptum prodijſſe; licet alioqui plura antiquę ſcripturę & orthographię veſtigia in eo remanſerint, quam in alijs exemplaribus. Vnde † mirum eſt Accurſium Bartholum & alios juris interpretes, de ſinceritate lectionis ambigentes, ad Piſanam literam (vt vocant) quaſi fideliſſimum quoddam teſtimonium recurriſſe, mendumq; exiſtimaſſe quidquid vſquam aliter quã in Pandectis illis reperitur.

SVMMARIA.

1. *L.vlt.ff de ad.& per.tut.emendata & explicata.& 2.3.*
2. *Pupillum ex culpa tutoris nunquam teneri ſi tutor ſoluendo non ſit.*
3. *L.vlt.ff. de minor.explicata.*
4. *L.ſi quis ab alio in fin.de re iud.emendata.*
5. *L. ædificatum habes.de damno infect.reſtituta.*

CAPVT DECIMVM-NONVM.

1 Prodigioſa † eſt labes & depravatio penè inemendabilis apud Põponium.in d.l.vltima ff.de ad.& pe.tut.non quidem ex ſolâ commutatione dictionis *petitori*, pro quâ perperam ſcriptum eſt *venditori*. ſed ex vitio totius periodi, in verbis, *tu quid putas, Pomponius, puto eum verum dicere*, *ſed quare cunctatus es? ſi ſoluendo non ſit tutor cuius damnum eſſe debeat? cum alioquin elegantius dicere poterit*, ſecundum lectionem Florentinam. Et quidem ex communibus libris ſatis manifeſtum eſt, pro verbis illis *puto eum verè dicere*, rectius legi, *puto eum verum dicere*. Itẽ pro verbis *dicere poterit, dici poſſit*. Sed in ſuſtinendis aut emendandis, verbis illis *tu quid putas, ſed quare cunctatus es?* correctionis non eſt promptum remedium. Non enim eſt veriſimile Pomponium ſibi ipſi locutum, aut ſemet interrogaſſe (vt Accurſius arbitratur) Et verba illa *quare cunctatus es?* extra propoſitum adijciuntur, & interrumpunt conjunctionem præcedentium & ſequentium verborum; quæ alioqui rectè cohærent & idoneum ſenſum habent, ſi tollatur nota interrogationis poſt verba *ſi ſoluendo non ſit tutor cuius damnum eſſe debeat*, ita legendo *puto eũ verum dicere, ſi ſolvendo non ſit tutor cuius damnum eſſe debeat*. Probat † enim Pomponius Ariſtonis ſententiam, perinde haberi ac ſi res fortuito caſu interijſſet,

Digitized by Google

terijſſet, ſeu ipſe pupillus expers culpæ quid ex hereditate diminuiſſet, ſi ſoluendo non ſit tutor cuius damnum eſſe debeat, id eſt cui damnum aſcribi debuiſſet. Quib' optimè velut per notationem ſubycitur, *cum alioquin elegãtius dici poſſit, actiones duntaxat quas haberet cum tutore pupillus, petitori hereditatis præſtandas eſſe*. Quæ optima eſt ſententia & orationis ſtructura non inelegans: hoc enim ab Ariſtone definiebatur, Pupillum non teneri de re quæ tutoris culpa interijſſet, ſi tutor nõ eſſet ſolvendo, his verbis: *Sed ſi tutor ſoluẽdo nõ eſt, videndũ erit vtrũ calamitas pupilli, an detrimentũ petitoris eſſe debeat*. Et Ariſtonis ſententiam probat Põponius, his verbis: *puto eum verum dicere, ſi ſoluendo non ſit tutor cuius damnũ eſſe debeat*. Quod poſtea collimando ita ſubijcit, *cum alioqui elegantius dici potuerit, actiones duntaxat*: Quæ luculentam orationem, & legitimam ſententiam, multis exemplis à Pomponio cõfirmatam habent. Et omnia inter ſe rectiſſimè conſiſtunt, ſi ſublatis illis primis verbis: *tu quid putas*, Pomponi' poſt relatam ſententiã Ariſtonis, ſimpliciter ita legatur: *puto eum verum dicere, ſi ſoluendo non ſit tutor cuius damnũ eſſe debeat. cum alioqui elegantius*: Per quæ Pomponius Ariſtoni conſentit, & eius dictum approbat, atque exemplis confirmat, in verbis: *Sicuti hæres vel bonorum poſſeſſor ſi nihil culpa eius factum ſit*. Et rurſus: *nihil plus quam actiones quas eo nomine habet præſtare debeat*. Et denique: *impunè puto admittendum quod per furorem alicuius accidit, quomodo ſi caſu aliquo ſine facto perſonæ id accidiſset*. Per quam lectionem, legitimis verbis relictis, duntaxat ſuperflua atq; inutilia reſecantur. Niſi lubeat conſiderare reſponſum Pomponij eſſe ex libro 20 Epiſtolarum, atque Pomponio per amici alicuius epiſtolam propoſitã fuiſſe quæſtionem de Ariſtonis ſentẽtia: additâ interrogatione *tu quid putas*? eique Pomponium reſpondiſſe puto eum verum dicere. Eodem † modo 3
quo in alio eiuſdem Pomponij reſpõſo, in l. vlt. ff. de minoribus. ad epiſtolã & interrogationem Iunij Diophantis ab eodem reſponſum eſt. Sed cum authoritate veterum exemplarium deſtituar, mutationem & interpretationem hanc non auſim pro vera aſſerere, ſed vt probabilem duntaxat lectori excutiendam relinquo, libenter ceſſurus meliora monenti. Vnum † illud hic 4
adijcio, etiam alia loca Pandectarum ſimilibus additamentis nihil ad propoſitũ facientibus vitiata eſſe; vt in Celſi reſponſo in l. ſi quis ab alio. in f. ff. de re iudicata. hęc verba: *ita habeatur*, ex annotatione alicuius interpretis ſeu gloſſarij addita, totum textum corrũpunt: dum ita legitur, *ſi quis promiſerit prohibere ſe ne aliquod damnum ſtipulator patiatur & faciat, neque ex ea re damnum ſtipulator patiatur & faciat, ita habetur facit quod promiſit*. Quæ nullam ſententiam habent & oratio depravata eſt: quæ rectè ſe habebit ſi omiſſis ſuperfluis ita ſcribatur: *ſi quis promiſerit prohibere ſe ne aliquod damnum ſtipulator patiatur & faciat, facit quod promiſit*: de quo alio loco plura diximus. Et † hac 5
ratione merito Florentiæ circumſcriptus eſt apud Scęvolam in l. ędificatum

Digitized by Google

habes ff. de damno infect. verſiculus, *à quo fundus petitur ſi rem nolit*. Quoniã neque ſententiæ neque verbis IC. cõvenit, & à ſomniante librario extra propoſitum eſt additus: Ideoque expungendus. quod ab Haloandro & Alciato non ſatis fuit animadverſum.

SVMMARIA.

1. *L. ſi ſic ſtipulatus de verb. ob. emendata & explicata. Et 2. 3.*
2. *Stipulatio hæc neque per te neque per heredem tuum vim fieri quid contineat.*

CAPVT VIGESIMVM.

1 LVbricus † & perobſcurus eſt locus Scevolę, in l. ſi ſic ſtipulatus ſum. 133. de verb. ob. neque ex communibus libris, neque ope pandectorum Florentinarum reſtitui poteſt, ob quarundam vocum (vt videtur) defectum; Nã prima verba ita ſe habent. *Si ſic ſtipulatus ſim, neq; per te neq; per hæredem tuum vim fieri ſpondes? & egi,* vt Florentiæ legitur; ſeu vt habent cõmunes codices, *& egit, quod mihi vim feceris, remanet factum hæredis in ſtipulatione.* In quibus non recte legitur, *& egi*, ſeu, *& egit*; Ideoque melius habet Plantina additio marginalis, *& ſi quidẽ mihi vim feceris.* Quæ legitimam orationem conſtituunt, cum ſententia ſatis luculenta. Sed quia hæc mutatio nimium recedit à lectione editionis Florentinæ atque vulgarium exemplariũ, vix ſcio anne per immutationem paucarum literarum rectius pro *& egit*, legi poſſit, *& evenit*, hoc modo, *& evenit quod mihi vim feceris*; quod videtur cõvenientiſſimum. Lectori tamen ſuum relinquo judiciũ. Et † hac ratione prima pars reſponſi ſatis expedita eſt, & hanc ſignificationem habet, ſtipulationem *neq; per te neq; per hæredem tuũ vim fieri*, continere & factum promittentis & factum hæredis ejus: & conſequenter duas eſſe ſtipulationes. Ideoque per vim à promiſſore factam, non exſtingui ſtipulationem de facto heredis, ſi ipſe poſtea vim quoque admittat: Nam vt Scevola ſubijcit, in d. l. ſi ſic ſtipulatus. *& ex ipſius poſteriore vi poteſt* ſeu *poterit committi ſtipulatio.* Etiãſi vt Accurſius recte notat, ſemel cõmiſſa fuerit ex facto promiſſoris. Non enim ad vnam ſeu primam vim pertinet ſtipulatio, verumetiam ad ſecundam ac iteratam violentiam. Quod Scevola amplians in d. l. ſi ſic ſtipulatus. ita ſubijcit. *Nam ſicut & ipſius & heredis caput, ita ipſius vis vel ſæpius facta complectitur, vt condemnetur quanti intereſt.* Quæ ſignificant, ſtipulationem illam *neque per te neq; per hæredem tuum vim fieri*, tam late patere, vt vim ſępiꝰ commiſſam à promiſſore vel herede complectatur: & ſępius contra eundem agi poſſit, ſecundum frequentiam iteratæ violentiæ. Notandumque eſt, pro 3

præ-

Digitized by Google

prædictis verbis Scevolæ, *ita ipſius vis vel ſæpius facta complectitur*, reponendū videri, *ita ipſius vim vel ſæpius factam complectitur*. *i.* continet ſeu includit. Sed difficultas eſt in poſteriore parte reſponſi quam Antonius Auguſtinus emend. lib. 1. ca. vlt. ita reponere conatus eſt, *aut ſi ſic velimus factam eſſe ſtipulationem, neque per te neq; per hæredem fieri, vt ad vnam vim primam pertineat. ſi vim fecerit, amplius ex hæredis committi non poterit. ergo ſi actum ſit, quaſi ex ipſius vi tota ſit conſumpta.* Quod nullam novitatem aut mutationem continet; ſed convenit textui veterum exemplarium, Hugonis à Porta & aliorum: neque tollitur ab Antonio Auguſtino difficultas & perplexitas, quæ eſt in vltimis reſponſi verbis *ergo ſi actum ſit*. Mihi videtur lumen Scevolæ poſſe accedere, ſi poſterior illa pars initium accipiat, non ab alternativa, *aut*, ſed ab adverſativa *at*, vt in marginali additione Plantini invenitur, addita in ſequentibus dictione *facto*, & deletis verbis illis, *ergo ſi actum ſit*. quemadmodū Accurſius in alijs libris legi teſtatur; vt hoc modo reſtituantur omnia: *at ſi ſic velimus factam eſſe ſtipulationem, neq; per te neq; per hæredem tuum fieri, vt ad vnā vim pertineat, ſi vim fecerit, amplius ex hæredis facto cōmitti non poterit, quaſi ex ipſius vi tota ſit conſumpta, quod non eſt verum.* Nam † quamuis vbi hoc expreſsè actum eſt, vt ad ſolam primam vim pertineat ſtipulatio, ex ipſius promiſſoris vi prima conſumatur, tamen ſtipulatio, neque per te neque per hæredem tuum vim fieri ſpondes? generaliter (vt eſt apud Scevolam) concepta, hujuſmodi reſtrictionem & interpretationem non admittit; ſed vim ſæpius factum complectitur, nec concluditur ad primum actum violentiæ: vt rectè à Scevola reſponſum eſt, in d. l. ſi ſic ſtipulatus ſim. Et hujus interpretationis & lectionis nos rectè admonuit Accurſius, qui æſtuans in media latini ſermonis ignorantia, antiqua exemplaria explorare non deſtitit, & veritatem juris attigit. licet in eo propter diverſitatem lectionis non perſeveraverit, varios diverſorum codicum lectionibus intellectus attribuendo. 4

SVMMARIA.

1. *Florentini libri pluſcula errata ex libris communibus reſtituuntur.*

CAPVT VIGESIMVM-PRIMVM.

ÆQuidem non animadverto quare in tanta veneratione haberi debeat Florentinarum Pandectarum authoritas, vt in manifeſto errore & depravatione ſtudioſos adoleſcentes diverſitate lectionis hærere patiamur, quin liceat in ipſis delectu habito reprobare quod vitioſum eſt, eligendo amplectendoque, quod rectum inuenitur; nā inde maxima ſtudiorum enaſcitur perturbatio atque confuſio: ad quam evitandam,

Digitized by Google

oportet eos qui doctrinæ deſiderio capiuntur, & ad perfectam juris cognitionem pervenire cupiunt, omni diligentia, omnia exemplaria atque ſcrinia excutere, & id ab vnoquoque deſumere quod ſibi maximè ſit vſui, & ad veritatem legum reſtituendam convenientiſſimum. Exemplo apium, quas videmus varijs ſtirpium generibus inſidẽtes proprias cujuſque vires colligere, & dulci mixtura optimum condimentũ atque ſaporem perficere. In quo fortè aliquid juvare poſſunt, quæ hactenus annotavimus. Quibus obiter adijcim⁹, in Calliſtrati reſponſo in l. non ſtatim, ff. ad l. Flaviam de plagiarijs, vitioſum eſſe, quod Florentiæ legitur: *Crimine plagij quod illi intenditur, teneatur nec ne, facit quæſtionem.* Pro quo in communibus libris meliore ſenſu rectius legitur: *Crimine plagij quod illi intenditur, teneatur nec ne facti quæſtio eſt.* Quod principaliter à I C. conſideratur: & ideo quia facti eſt quęſtio, ſcribit ſe conſuli non oportere, ſed quod in re præſenti veriſſimum cognoſcitur judicem ſequi debere; & certè niſi ita legeretur, neque quæſtio, neque dubitatio, neque reſpõſio conſiſteret. Eadem ratione apud Vlpianum lib. 3. diſputationum, in l. ſi quis, ff. ad Senatuſconſ. Trebellianum. rectè habent communes codices: *Neq; enim poſſunt ei præſcriptiones obijci. &c.* Pro quo vitioſe Florentiæ legitur: *non æque enim poſſunt ei præſcriptiones.* Rurſus apud Papinianum in l. cùm heres. De diverſis & temporalibus præſcriptionibus. legitima eſt lectio: *Veluti cum ſciens alienum vel precario poſſedit.* Quæ Florentiæ corrupta eſt, hoc modo, *veluti cum ſciens alienum illum illo vel precario poſſedit.* Defectiva etiam eſt lectio Florentina, in l. 2. in fin. ff. de exception. in verbis: *Sed contra replicationẽ ſolet dari triplicatio, & contra triplicationem rurſus & deinceps multiplicantur.* Rectior enim atq; perfectior eſt lectio librorum communium, in quibus ita ſcriptum eſt: *Sed & contra replicationẽ ſolet dari duplicatio, & contra duplicationem triplicatio, & contra triplicationem rurſus quadruplicatio, & deinceps multiplicantur nomina.* Rectius quoque apud Vlpianum legitur in l. 3. De riuis. in communibus libris: *Si quis eum apportare aduehereq; ea. &c.* quam in libris Florentinis, *Si quis eum exportare veheréq;.* Perabſurdè Florentiæ ſcribitur, in l. aut qui aliter fecerit, ff. quod vi aut clam. *Si quis ſe denunciaverit opus facturum, non ſemper non videtur clam facere.* Et rectius habent communes libri, *non ſemper videretur non clam feciſſe.* Rurſus defectivum eſt Iavoleni reſpoſum in l. ſed etſi ſervi. De fideiuſſor. *Sequitur ergo vt ab eo pro quo fidejuſſerat, repeti non poſſit, cum ipſe ære alieno obligatus ſit.* Perfecti⁹ enim in communib⁹ legitur: *Sequitur ergo vt ab eo pro quo fideiuſſerat repeti non poſſit, cum ipſe pro quo ſolvit, ære alieno obligatus ſit.* Apud Vlpianũ quoque in l. ſi totam. De acquiren. hæreditate. perperam Florentiæ legitur: *ſi totam an partem, ex qua quis hæres inſtitutus eſt.* Nec tollitur vitium græca loquendi figurâ adductâ à Contio, in additionib⁹ ſuis: eradenda eſt igitur particula *an*, reponendo particulam *aut*, hoc modo: *ſi totam aut partem in qua quis inſtitutus eſt.* recteque ſcribit Accurſius in verbis, *ſi totam*, ſubaudiendam eſſe dictionẽ hæredita-

Digitized by Google

reditatem, quod veriſſimum arbitror.
Præterea in communibus libris apud
Iavolenum in l. Stychum Titio, ver-
ſic. ſi hæres ſervo, ff. de ſtatuliberis, re-
ctè legitur: *Dama ſervus cum heredi meo an-*
norum ſeptem operas ſolverit. Quod Floren-
rentiæ depravatum eſt, omiſſa dictione
ſeptem; ſed id incuria librarij accidiſſe
Hugo à Porta exiſtimat. Item vitio la-
borant Pandectæ Florentinæ, in l. ſi
Titio, ff. quando dies legatorũ. in ver-
,, bis, Annorum quatuordecim non eſſe
,, non intelligeretur, nec intereſt, vtrum
,, ſcribatur, ſi annorum quatuordecim
,, factus erit, an ita, cum priore ſcriptura.
Pro quo in communibus libris rectè
,, perfecteque legitur: Annorum qua-
,, tuordecim non eſſe intelligitur, nec in-
,, tereſt, vtrum ſcribatur, ſi annorũ qua-
,, tuordecim factus erit, an cum annorũ
,, quatuordecim fact' erit, nã priore. &c.
Rurſus uitioſæ ſunt Pandectæ Floren-
tinæ apud Papinianum, in l. qui nego-
cia, de negocijs geſtis, in verbis: Qui
,, aliena negocia gerit, vſuras præſtare co-
,, gitur, eius ſcilicet pecuniæ, quæ pieta-
tis neceſſariæ ſumptibus ſupereſt. Pro
quibus in communibus libris rectè le-
,, gitur: Ejus pecuniæ, quæ pietatis ne-
,, ceſſariæ ſumptibus ſupereſt. Deprava-
tiſſimum autem eſt, quod Florentiæ a-
pud Vlpianum legitur: in l. 1. §. ſi quis
ſub conditione, ff. vt legatorum ſeu fi-
deicommiſſor. nom. cavea. *Quia neq; le-*
gatum non tranſmittitur, pro, *quia nec legatum*
tranſmittitur. Nec recte notat Contius,
ſecundam negationem libri Florenti-
ni retineri poſſe, quia repugnat ſenten-
tiæ Vlpiani, negantis legatum tranſ-
mitti. Eadem ratione depravatiſſimũ
eſt Caij reſponſum Florentiæ, in l. ſi
legatarij, ff. eod. vt ex collatione cum
libris communibus manifeſtum eſt.
Rurſus apud Scevolam Florentiæ ma-
le legitur, in l. poſt emancipationẽ 40.
de legatis 3. *vt dodrantem quem in his hortis*
haberet Seia redderet, Pro quibus vt ſince-
ra ſit ſcriptura atque ſententia, reponẽ-
dum eſt ex veteribus & communibus
libris, *vt dodrantem quem in his hortis haberet*
Seiæ redderet. Eodem modo apud Venu-
leum, in l. finali. De vſu & vſuf. leg.
Florentiæ corruptum eſt legis princi-
pium, ita legendo: *nihil intereſt.* Pro
quo recepta lectio convenientius ha-
bet, *multum intereſt*, vt ſcienter notat
Antonius Faber conjectura. lib. 1. cap.
14. Depravata etiam ſunt Florentię
Pauli verba, in l. ſi venditor, §. ſed etſi
pupillus, ff. de in diem addictione: *Erit*
enim is egenti ſimilis emptorẽ Pro quibus cõ-
gruentius & concinnius in communi-
bus libris legitur: *Erit enim is egenti empto-*
ri ſimilis. Et hoc modo perperam Florẽ-
tiæ legitur in l. ſi de eo de acqui. poſſeſſ.
poſſeſſio & retineretur & contineretur, pro qui-
bus recti' cõmunes editiones habent,
poſſeſſio retineretur & continuaretur. Nec de-
ſunt alia multa ſimilia, quæ equidem
non tam anxiè conquirenda cenſeo,
quin relinquantur in medio que juſtã
dubitationem habent, aut in quibus
diverſa lectio ſuſtineri poteſt, vt in Vl-
piani reſponſo in l. ſi Titio & Mævio.
De Legatis 2. Florentiæ legitur: *Nec*
ſervus, quia rogatus dominus eſt. In communi-
bus verò libris alijs quidem verbis ea-
dem tamen ſententia exprimitur, hoc
modo: *Nec ſervus, quia rogatus non eſt.* Item
in Scevolæ reſponſo in l. Aurelius §.

Digitized by Google

Sticho, in fine, ff. de liberatione leg. ſecundum communia exemplaria legitur: *Retineri ergo reliqua poſſunt cum peculio aut ex eo deduci, quod ſibi legatū eſt.* Pro quo Florentiæ legitur: *Aut ex eo deduci ſi legatum eſt.* Vtrumque enim poteſt ſubſiſtere, & eandem ſignificationem habet. Quomodo etiam accipiendum videtur quod apud Modeſtinum in l. ſi diutino, de pœnis. In communibus Codicibus legitur. *Non eodem modo puniendos, qui longo tempore in reatu fuerunt, quo eos, qui in recenti ſententiā accipiunt.* Pro quo in Florentina editione ſcriptum eſt: *Non eodem modo puniendos eos, qui longo tempore in reatu fuerunt, quam eos* &c. Particula quàm accepta comparativè pro ſicut ſeu quẽadmodum. Vtrumque enim rectum eſt, ſed quod Florentiæ legitur, magis antiquum videtur, vt pleraque alia, quę non vt vitioſa, ſed vt veterem loquendi conſuetudinem teſtantiā obſervare convenit.

SVMMARIA.

Multa errata communium exemplarium ex Pandectis Florentinis emendata.

CAPVT VIGESIMVM-SECVNDVM.

VT infinita ſunt, quæ ex libris communib⁹ in Pandectis Florentinis emendantur, ita è diverſo occurrunt, quæ ex Pandectis Florentinis in libris communibus reſtituuntur & illuſtrantur, vt pluribus exemplis alijs locis demonſtratum eſt; Quibus accedunt ſequentia. Florentię rectè legitur in l. ſi duobus ff. de ſtatuliberis. *Si duobus hæredibus inſtitutis, ſervus liber eſſe iuſſus ſit, ſi decem hæredibus dederit, & ab altero ex hæredibus venierit.* Pro quo erranter in communibus libris ſcriptum eſt: *Si decem hæredibus dederit, & vni ex hæredibus, quinq́, datis ab eo ſervus venierit.* Quæ omnino mendoſa ſunt, & ad exemplum libri Florẽtini corrigenda. Rectè quoque à domino Viglio Zuicheno animadverſum eſt, in §. ſervus etiam alienus, inſtit. de hæredibus inſtituendis, perperā ſcriptū eſſe in communibus libris Pauli reſpōſum, in l. penult. de legat. 1. hoc modo: *hæredi poſthumo,* & ex libris Florentinis reponi debere, *fratris poſthumo.* Apud Paulum in l. nam & Servius, §. ſi viuo, ff. de negot. geſtis, Florentina lectio præſtat alijs: *Noua tamen inchoare mihi neceſſe non eſt, vetera conſervare neceſſarium eſt, vt accidit cum alter ex ſocijs mortuus eſt: nam quæcunq́, prioris negocij explicandi cauſa gerẽtur, nihil refert quo tempore conſumentur, ſed quo tempore inchoarentur.* Quæ in alijs libris ſunt depravata, & reſtituta ex libris Florentinis, ſignificant geſtorem non teneri nova negotia inchoare, licet vetera explicare & conſervare debeat. Rurſus in

Papiniani

Papiniani reſponſo, in l. Mevius, §. itē Marcus Imperator, de lega. 2. Florentiæ rectè omittuntur hæc verba: *hæres inſtituta*. Quæ in communibus libris inconcinnè exprimuntur. Præterea incōſideratè in communibus libris in l. codicil de leg. 2. initium novæ legis conſtituitur, in verbis: *Codicillis Caio*. quæ in Pandectis Florentinis rectè §. locum habent, circumſcripta dictione *Scævola*, quæ in communibus libris malè inſcriptionis loco præponitur, cum præcedens reſponſum ſit Scevolæ, cui verba illa, *Codicillis Caio* per formam §. ſubyciuntur. Denique in Pauli reſponſo in l. 3. in fine, ff. de auro & argento legato. communes Codices habent, *Hodiè propter Imperatorum vſum ſine argento relictum ſit candelabrum, argenti eſſe videtur, & error ius facit*. Pro quo Florentiæ rectius legitur: *Hodie propter imperitorum vſum*. &c. & imperitorū vſus error appellatur. Item ineptam interpretationem corruptæ lectioni communium librorum accommodat Accurſius in Pauli reſponſo, in l. non diſtinguemus, ff. de receptis arbitris. ita legendo, *niſi pœna compromiſſa ſit*. Pro quo rectè Florentiæ legitur, *ſi pœna cōmiſſa ſit*. Quæ dilucidam ſententiam habent: nam ſemel cōmiſſā pœna ſolvitur compromiſſum. l. ſi duo. de receptis arbitris. Quod etiam in marginali additione Plantini obſervatū eſt. Perversè quoque in communibus libris legitur: in l. ſi fundus. §. in vindicat. ff. de pignoribus. *Quid enim ſi minoris prædium, quam quod debet? nam de antecedentibus fructibus nihil poteſt pronunciare, niſi res extent*. Quæ nullum idoneum ſenſum habent, qui clarus & cōveniens erit, ſi quemadmodum Florētiæ legitur, ita reponatur. *Quid enim ſi minoris ſit prædium quam debetur, nam de antecedentibus fructibus nihil poteſt pronunciare, niſi extent, & res non ſufficit*. Quibus duo requiruntur, vt de fructibus ante litem conteſtatam perceptis pronunciare poſſit judex, primò vt extent, ſecundò quod res non ſufficiat, in quo Accurſius halucinatus eſt. Perperā in communibus libris apud Vlpianū, in l. eleganter, §. ſi vendiderit, ff. de pignorati. actione. cum negatione & confuſione ſeparatorum legitur; *Quod ſi accepit iam pecuniam, nec ſuperfluum reddit in pignora Titij iudicio venit*. pro quo reponenda eſt affirmatio. *Quod ſi accepit iam pecuniam ſuperfluum reddit*. rejectis ſequentibus dictionibus, *in pignora Titij judicio*, ad initium ſequentis §. ſecundum lectionem Florentinam.

SVMMARIA.

1. *L. divortio ff. de neg. geſt. emendata & explicata & 3. 6. 9. 11.*
2. *Maritus actione dotis conventus, ſemper beneficium competentiæ habet. actione negot. geſt. non item.*
4. *Maritus actione negot. geſt. conventus, cur & quando beneficium competentiæ amittat, & 6.*
5. *Inducere quid.*

Digitized by Google

7. *Creditor gerens negotia debitoris, an cogatur pignus quod habuit reſtituere.*
8. *Venditor negotia emptoris gerens, an liberetur ab actione redhibitoriâ. & 9 10. 11.*
10. *In redhibitoria quis ordo ſervetur.*
11. *Negotium alterius gerens, ſi proprium debitum non ſolvit, an ſola neg. geſt. actione teneatur.*

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

1 IN Scevolæ † reſponſo, in l. divortio, in prin. de negot. geſt. abundãt hæc verba: *negocijs geſtis*. Ideoque nè bis idem dicatur, ijs omiſſis ita legendum eſt: *Hæc ita ſi maritus dum gerit facere potuit*. Sed perobſcurum & penè inextricabilè eſt, quod Scevola ſubijcit: in d. l. divortio. *Sed & poſteaquam patrimonium amiſerit, plena erit negociorum geſtorum actio, quamuis ſi dotis actione maritus conveniatur, abſolvendus ſit. Sed hîc quidam modus ſervandus eſt, vt ita querelæ locus ſit, quantum facere potuit, quamuis poſtea amiſerit, ſi illo tẽpore ei ſolvere potuit*. Quoniam dubitatur an verba illa, *ſed hîc quidam modus*, &c. referantur ad actionem negotiorũ geſtorum, an ad dotis actionem; & an pertineant ad querelam mariti, ne cõveniatur vltra quam facere poſſit: an verò ad querelam mulieris, quod maritus tempore adminiſtrationis & antequam patrimoniũ amitteret, ſolvere & à ſe ipſo exigere ceſſavit atque neglexit. Et potius videtur, Iureconſultũ reſpicere mulieris querelam adverſus maritum, qui ceſſavit ante amiſſum patrimonium, & cùm poſſet tempore adminiſtrationis ſolvere. Tota enim diſceptatio eſt de ceſſatione & mora à marito commiſſa, cum ſolvere & à ſe exigere poſſet: Alias enim ei nihil imputari poteſt: ſed poſt ceſſationem & moram tenetur actione negociorum geſtorum, non ſolum ante, verumetiã poſt amiſſum vel diminutum patrimonium: Licet in dotis actione aliud obſervetur. in d. l. divortio. Et hoc eſt quod eleganter per ampliationem expreſſit Scevola, his verbis: *Sed & poſteaquam patrimonium amiſerit, plena erit negociorum geſtorum actio.* Nam † 2
quamuis in dotis actione benignè agatur, & ſemper marito tribuatur beneficium, ne conveniatur vltra quam facere poſſit, etiam poſt moram commiſſam. In actione tamen negociorum geſtorum, poſt moram commiſſam à beneficio illo excluditur, & plena eſt actio negociorum geſtorum, & abſque deductione ne maritus egeat, exercetur: quia facere potuit, quamuis poſtea deſierit. Nam querelam movet mulier ex eo quia maritus facere potuit, id eſt illo tẽpore quo geſſit, & antequã amitteret, à ſe exigere & ſolvere potuit; vt pro moderatione & temperamento à I C. eſt additũ in d. verſic. ſed hic quidam modus. Quod † quidem tempera- 3
mentum locum habet & cõmodè intelligitur, etiam retenta dictione *quantum*: Erit tamen luculentius ſi (vti cõ-

veniens,

Digitized by Google

veniens videtur) dictionem *quantum* vertamus in conjunctionem *quod*, quæ cauſalis eſt,accipiturque pro *quia*. Nam
4 † ita rectè querela mulieris fundatur in eo,quia maritus facere potuit, & facere ceſſavit. Quæ vera eſt ſententia Scevolæ,concedentis ita demum contra maritum plenam negociorum geſtorum actionem,quando potuit facere ante jacturam patrimonij & ceſſavit. Nam ſi non habuit facultatem ſolvendi, nec moram admiſit, non tenetur, etiamſi præcipiti alienatione bonorum pecuniam forte cõficere & ſolvere potuerit. Non enim è veſtigio deliquit,ſi non protinus. i. ſtatim res ſuas diſtraxit ad pecuniam redigendã: Præterire enim aliquid tẽporis debet, quo ceſſaſſe videatur. d.l. divortio verſ. non enim è veſtigio. Et ſpatium quod ex natura rei ineſt,metimur ex eo tempore quo diligens paterfamilias id de quo agitur explicare poſſet, l. continuus §, ſtipulatus de verborum obligationibꝰ. Et ideo,ſi interea dum rerum ſuarũ diſtractionem parat, ad conficiendã pecuniam & priuſquam officium impleat & diſtractionem peragat atq; ſoluat, res amiſſa eſt,excuſatur,& perinde negotiorum geſtorum non tenetur, ac ſi nunquam facere potuiſſet: Non enim eſt præcipitandus nec compellendus è veſtigio res ſuas diſtrahere, ſed indulgetur ſpatiũ temporis, quo habita ratione circumſtãtiarum, & ſalva dignitate ſua,ſe poſſit expedire. l. quod dicimus in fine de ſolutionibus l. Nepos Proculo de verborum ſignifica. Nec ei quicquam imputari poteſt ante morã quam non admiſit. Quod ampliando Scevola ita ſubijcit.in d.l.diuortio verſ. ſed etſi. *Sed etſi facere poſsit maritus, actio negotiorum geſtorum inducitur, quia forte periculum eſt ne facere deſinat.* Secundum librum Florentinum: ſeu (vt vulgo legitur) *ne facere poſſe deſinat.* Quæ augent præcedentem deciſionẽ, & maritum liberant ab actione negotiorum geſtorum,etiamſi facere poſſit, in ea ſpecie in qua dubitatur an facere poſſet. In dubio enim morâ excuſatur, eique parcitur propter honorem antecedentis matrimonij, ne cogatur cum periculo detegendę paupertatis atque inſoluentiæ, ſecreta patrimonij ſui temere aperire, Quæ egregia eſt extenſio moderationis a Scævola propoſitæ. Quæ (licet ab Accurſio & alijs non ſit animadverſa) apertè cõprobatur, verbis illis: *Actio negotiorum geſtorum inducitur.* Quibus ſignificatur actionem negotiorum geſtorum(quamuis ſemel cœperit)induci & aboleri,quando ſubeſt periculum ne facere deſinat. Eam † 5
enim ex jure ſignificationem habet, verbũ *inducitur*, vt accipiatur pro abolere ſeu cancellare. Suetonius in Cæſare. *Ampliſſimis verbis collaudatum in integrum reſtituit, inducto priori decreto.* Et alibi *Multa*(inquit) *& deleta & inducta & ſuperſcripta inerant.* Cujus † 6
ignoratione Accurſius & alij interpretes ab intentione & ſcopo Scevolæ aberrantes, frivola & inepta ſcolia atque interpretamenta poſteris reliquerunt. exiſtimantes in odium mariti geſtoris haberi conſiderationem futuri periculi,& propter illius timorem actionem negotiorum geſtorum dari. Cum è cõtrario, Scevola actionẽ illam deneget,

Digitized by Google

& maritum geſtorem excuſet, propter conſiderationem futuri periculi, & ne mariti paupertas antea tecta, pateſiat & divulgetur. Quæ vera eſt Scevolæ ſententia, & dilucidè probatur ex verbis, *ſed etſi*. Quæ extendunt præcedentem moderationem ad caſum magis dubitabilem, ſub eadem tamen deciſione juris incluſum. Adeo vt quemadmodũ in ſuperiori ſpecie maritus excuſatur, à negligentiâ & morâ, per anguſtiã tẽporis, nè vili pretio diſtractionem bonorum ſuorum facere cogatur; ita in ſequenti ſpecie, relevatur & liberatur ab actione negotiorum geſtorum, in dubio, & propter incertitudinẽ & periculum nè facere poſſe deſinat: niſi priꝰ & ante hujuſmodi incertitudinem in morâ fuerit, & cum poſſet, à ſe nõ exegerit. d. l. divortio in prin. verſ. ſed & poſteaquam. Nam poſt moram ſemel admiſſam, plena eſt negotiorum geſto-
7 rum actio. d. §. ſed & poſteaquam. Et † quod dictum eſt de marito, qui nõ potuit commodè, aut ſine diſcrimine inopiæ atque indigentiæ, ſolvere; Scevola poſtea extendit ad eum qui gerit negotia debitoris, a quo pignus accepit, his verbis: *Illum etiam non credimus teneri ad reddendum pignus, qui gerit negotia debitoris, cum pecunia ei debetur, nec fuerit quod ſibi poſſit exſoluere.* Nihil enim imputari poteſt creditori non reddenti pignus, quamdiu pecunia ei debetur, nec eſt quod ſibi poſſit exſolvere. Id
8 quod † progrediendo IC. ad alias ſpecies, confirmat exemplo actionis redhibitoriæ: Cujus rationem haberi, aut effectum conſervari per negotiorũ geſtorum actionem negat, ſi venditor qui negotium emptoris geſſit, vel mãcipium diſtractum in bonis ejus non invenit, vel eo invento, quod acceſſionum nomine additum erat, vel quod deterior homo factꝰ eſſet, vel quod per eum eſſet acquiſitum, nec recipiſſet, nec eſſet in ipſius emptoris negotijs vndè ſibi in præſenti redderet. Quod † 9
vt manifeſtius evadat, animadvertendum eſt omnia exemplaria depravata eſſe, maximè autem vulgaria. Collatis autem inter ſe diverſis locis Florentini libri & vulgarium exemplarium, integritati ſue Scevola reſtituetur. in d. l. divortio ſi ita legatur: *Sed nec redhibitoriæ ſpeciem venire in negotiorum geſtorum actionem, & per hoc ſex menſibus exactis perire, ſi vel mancipium in rebus nõ invenit, vel eo invento id quod acceſſionũ nomine additũ erat, vel quod deterior homo factus eſt, vel quod per eum eſſet acquiſitum non ex re emptoris, nec recipiſſet, nec eſſet in ipſius emptoris negotijs quæ gerebat, vnde ſibi in præſenti redderet.* Quæ rectè cohærere videntur, & perfectam orationem atque ſententiã conſtituũt, ſignificantque non imputari venditori qui geſſit negotia emptoris, quod redhibitoriæ actioni non curavit ſatisfieri, & redhibitionem admittendo, ſi vel mancipium, de quo redhibendo agebatur non invenit in bonis debitoris, vel eo invento non recepit, nec potuit recipere, id quod acceſſionum nomine additum fuerat, vel quod homo deterior factus eſſet. Prout ſecundum ordinẽ ab Ædilibus factum, in exercenda admittendaque redhibitoria requiritur.
Ordinem † enim fecerunt Ædiles, vt 10
antè venditori emptor ea omnia quæ ſupra

Digitized by Google

ſupra ſcripta ſunt præſtet, & ſic deinde pretium conſequatur.l.ædiles etiã 25. ff.de ædilitio edicto.l.cum autem §. cũ redhibetur l.quod ſi nolit §.reſtitui autem & §.finali l.proinde eodem titulo. Cum igitur venditor in negotijs emptoris non invenit ipſum mancipiũ,aut eo invẽto,acceſſiones,aut id quod homo deterior factus eſt,aut per eum acquiſitũ eſt, non ex re emptoris, ex bonis ejus reddi non potuerit, merito à negligentia & mora excuſatur,ex ordine ab Ædilibus facto. Secundum quẽ venditori pri⁹ & mancipiũ ſeu alia res vẽdita,& omnes ejus acceſſiones reſtitui debent, antequam ipſe redhibitionẽ admittere,aut pretiũ vel quid aliud reſtituere cogatur. Et ideo rectè Scevola negat in ſpeciebus ſupradictis,redhibitoriæ actionis effectũ conſervari per negotiorũ geſtorũ actionẽ,etiã exactis
11 ſex menſibus. Notandumq; eſt † apud Scevolã,in d.l.divortio verſ.ſed nec redhibitoriæ. ſubaudiri & repeti ex præcedentib⁹ verbũ *credimus*,atq; vnã negationẽ duarũ vice poſitã videri, hoc ſenſu,*Non credimus redhibitoriæ ſpeciem venire in actionẽ negotiorũ geſtorũ,& per hoc non perire*. Niſi magis placeat conſideratã poteſtate negandi, & connectẽdi, quam habet particula *nec* initio poſita,intelligere ex negatione prioris clauſulæ colligi atq; inferri affirmationem ſequentis clauſulæ, *& per hoc ſex menſibus exactis perire*. perinde at ſi dictum eſſet,credimus redhibitoriæ ſpeciem non venire in actionem negotiorũ geſtorũ,& per hoc.i.ideo,ſeu propterea, ſex menſibus exactis perire.i. evaneſcere & extingui. Ob id quia adminiculo actionis negociorũ geſtorũ per converſionem non ſuſtinetur, nec fovetur. Verba enim illa,*& per hoc* trãſitum & cauſam cur quid fiat ſignificãt Terent: *Si fieri poteſt vt ne pater per me ſtetiſſe credat*.i.mea cauſa. Cicero lib. 10.Epiſtolarum: *Et poſtquã de meo curſu Reipublicæ ſum voce revocatus,nunquã per Marcum Antonium quietus fui*. Et hac ratione abſque vlla mutatione verba reſponſi conſervãtur, & ex proprietate ſua inſinuant: ob eam cauſam,ſex menſibus exactis perire ſpeciem atque effectum redhibitoriæ. Quia deſtituitur adminiculo & ſuſtẽtaculo actionis negociorũ geſtorũ,ſi venditor in gerẽdis negotijs emptoris, negligentiã culpam aut moram non admiſit: veluti ſi mancipium in bonis non invenit, &c.
Quod † ſingulare eſt exemplum moderationis à Scevola propoſitæ.cui poſtea addit aliam ſpeciem, in qua is qui geſſit excuſatur, etiamſi potuit ſolvere & diſtulit. Puta ſi ex cauſa perpetuæ obligationis debeat cũ ſit locuples: quoniam hoc caſu nullũ verſatur intereſſe ſeu præjudicium ejus cujus negocium geſtum eſt,d.l.divortio in fine. niſi agatur de tutore debitoris,cujus intereſt ex priore obligatione ſolvi vt debeatur ex tutelæ actione, d.l.divortio. Quod idem obſervatur in omni alia actione temporali ac perpetua, quando intereſt domini ſpeciem atque effectum prioris obligationis converti in poſteriorem,contra geſtorem qui in culpa & mora fuiſſe deprehenditur. Accurſius & alij in d.l.divortio. 12

Digitized by Google

SVMMARIA.

1. *L. juriſgentiū § ſi paciſcar ff de pactis emēdata & explicata, reiecta Duareni ſententiâ. & 5. 6.*
2. *Legum diſpoſitiones, pacto, legato, aut teſtamento, inverti non poſſe. & 4.*
3. *L. nemo poteſt. de leg. 1. emendata.*
4. *Pactum, legatum, juſiurandum &c. nè quis agat, valere.*

CAPVT VIGESIMVM-QVARTVM.

1 VAriant † codices in Vlpiani reſponſo, in l. juriſgentiū §. ſi paciſcar, verſ. & generaliter ff. de pactis. Nam Florentiæ & in alijs quibuſdam exemplaribus legitur per conjunctionem, *& generaliter*. Mihi magis placet lectio Angeli, qui per adverſativam legit, *ſed generaliter*. Prius enim actum eſt de pactis validis, quæ robur habent & obſervantur. deinde ſubijcitur generaliter, de pactis inualidis & improbatis, quæ ſervari non oportet. quod convenientius fieri videtur per adverſativam, quàm per cōjunctionē. Deinde eodem loco Florentiæ legitur: *Nec legati nec juſiurandum de hoc adictū, ne quis agat ſervandum*. Pro quo in cōmunibus libris habetur, *nec legatum nec juſiurandum*. In quo Franciſcus. Duarenus, ex admonitione Ioannis Lucij arbitratur ſubeſſe mēdum vulgò nō animadverſum: Nā quod de legato apud Vlpianum legitur, exiſtimat alienū à propoſito, & ex Lucij conjectura ita legendum cenſet: *Quoties pactū à jure cōmuni remotū eſt, ſervari hoc non oportet, nec ligat, cum nec juſiurandum de hoc adictum*. Quod mihi non arridet, propter nimiam vocum mutationem & refragantem omnium exemplariū authoritatē. Et quia legati mentio rectè cohæret cū reliquo ſermone Vlpiani, ejuſq; 2
ſententiæ optimè convenit: Generaliter † enim Vlpian⁹ omnia improbat, quæ à jure communi recedunt, ſive agatur de pacto, ſive de legato, ſive de jureiurando, ſive de ſtipulatione. Et quod in pactorum materia per regulā definivit, extēdit & ampliat procedere etiam in legato, jureiurando & ſtipulatione. Nam ſtipulatio, legatum, & juſiurandū, à jure communi remotū §. non ſolum inſtitutio. de legatis l. adigere ff. de jur. patr. non min⁹ infirmatur, quam pactum quod juri publico adverſatur. Nemo enim poteſt cavere, ne leges in ſuo teſtamento locū habeant, 3
vt Pomponius † reſpondit l. nemo poteſt ff. de legatis, 1. his verbis: *Nemo poteſt in teſtamento ſ o cavere, ne leges in ſuo teſtamento locū habeant*. In quibus, ſi me conjectura non fallit, redundant priore loco verba, *in teſtamento ſuo*, ijſque omiſſis, legendum eſt: *nemo poteſt cavere, ne leges in ſuo teſtamento locū habeāt*. Quæ germana videtur lectio. Etenim † vetitū eſt, non ſolū teſtamento, 4
verumetiam pacto, ſtipulatione, aut quavis alia diſpoſitione, jus publicum immutare, formam teſtamentorū invertere,

Digitized by Google

vertere, aut cavere, ne leges in ſuo teſta-
mēto locū habeāt. Quod optimè pro-
bat Pomponij reſponſum in d.l. nemo
poteſt. detractis verbis illis in teſtamē-
to ſuo. Quæ addita ſenſum perturbant,
& nimiam reſtrictionē generali ſentē-
5 tiæ Pōponij injiciunt. Ex † quib' lumē
adfertur Pomponio in d.l. nemo. & ve-
tus lectio apud Vlpianum in d. verſ. ſed
generaliter, defenditur in verbis, *nec le-
gatū, nec juſiurandū de hoc adactū.* Nā di-
ctiones illæ, *de hoc*, referuntur ad præce-
dentia verba, & legati & juſiurādi ma-
teriā ſignificāt: perinde ac ſi dictū eſſet,
nec legatū, nec juſiurandū, de eo quod
juri cōmuni adverſatur, adactū. i. con-
ceptum conſtrictumq; obſervandum.
Adigere enim eſt conſtringere. Livi':
*jureiurando adegit, neminē Romæ regnare
paſſuros.* Neq; impropria videtur locu-
tio, legatū de hoc adactū. i. coactū &
conſtrictū ad id quod à jure communi
remotū eſt. Inde enim inducitur inſe-
parabilis conjunctio, ob quā totum id
quod agitur, vitiatur. quia dictio *de* de-
ſignat cauſam immediatā l. 1. §. nunc
videam' ff. de conjungendis cū eman-
cipato liberis, in verbis, *hoc enim de bo-
6 nis avi.* Sed magna † difficultas eſt in
verbis ſequētibus, *nè quis agat,* quæ ſen-
ſu carent, & à propoſito Vlpiani aliena
ſunt, & intentioni ejus repugnāt. Neq;
enim pactū, neq; legatum, neq; juſiu-
randū, neque ſtipulatio ne quis agat eſt
inutilis, ſed generaliter valet & ſuſtine-
tur, l. ſi vnus §. pact' ne peteret ff. de pa-
ctis, & ita ipſe Vlpianus ſcribit in d. §.
ſi paciſcar, valere pactū, ne judicati vel
incenſarū ædiū agatur. Item nē operis
novi nunciationē exequar, ſi ex re fa-
miliari operis novi nunciatio facta ſit;
Sed & ſi quis paciſcatur, ne depoſiti a-
gat, ſecundum Pomponiū valet pactū,
quod idem eſt & in legato & in jura-
mento ſtipulatione & ſimilibus, adeo
vt verba illa, *nè quis agat*, videātur pror-
ſus ſuperflua, & à dormitante ſcriptore
addita; Ideoque eradenda, ita legendo;
*Sed generaliter quoties pactum à jure com-
muni remotum eſt, ſervari hoc non opor-
tet, nec legatum, nec juſiurandum de hoc
adactum, ſervandum.* Niſi eadem verba,
ne quis agat, juvētur & ſuppleantur per
adjectionem alicujus rei, quę pacto, ſti-
pulatione, legato aut jurejurando, pro-
hiberi aut impediri non poteſt, hoc vel
ſimili modo, ne quis agat furti vel in-
juriarum, aut ob dolum futurum. d.l. ſi
vnus §. illud & §. pacta quæ turpem. E-
tenim † nō valet pactio, ne dolus præ- 7
ſtetur, ne furti vel injuriarum agatur.
d.§. pacta quæ turpem. Et vt pactum,
ita & legatum & juſiurandum in his
ſpeciebus eſt inutilè, quia invitaretur
quis ad delinquendum, l. convenire ff.
de pactis dotalibus. Bartolus in cap. 1.
§. item ſacramenta. in vltima colum-
na. de pace juramento firmanda. in
vſibus feudorum. Sed abſque hujuſ-
modi adjectione & repletione textus,
prorſus inepta & ſuperflua videntur
verba illa, *ne quis agat.* quod tamē alijs
perſpicaciori ingenio prçditis, & in ex-
pendendis I C. verbis magis verſatis,
diligentius intuendum & excutiendū
relinquo.

FINIS.

Digitized by Google

RERVM MEMORABILIVM HOC
LIBRO CONTENTARVM INDEX.

A.

ABerrantia pecora quòmodo reſtituenda. Fol.275.
Actio ſemel nata nuda voluntate non tollitur. 398.
Civilem actionem criminali non præjudicare, nec è contrario, pluribus exemplis oſtenſum. 72.
Si tamen vtraque actio publicam vindictã contineat, vna per alteram tollitur. 73.
Quemadmodum etam tunc, cum in actione ſuper re familiari inſtitutã probatã innocentiã reus abſolvitur. 23.
Conſuetudinem, vtrumque judicium cumulare. 74.
Actor cogitur edere actionem quã cupit experiri. 277.
Actus legitimi propriè qui dicantur, & quomodo ab ijs dies conditioque reyciantur. 122.
Actus legitimos conditionem non recipere quatenus facti ſunt, quatenus juris ſecus. 114.
L. actus legitimi. ff. de reg. jur. & c. actus legitimi eod. tit. in 6. nova & vera conciliatio atque interpretatio. 121.
Addictionis vocabulum à judicijs ad emptiones tranſlatum. 38.
Addictio in diem, obligationis principiũ non ſuſpendit. 38.
Ideoque medio tempore, vendicatio aliïque dominij actus rectè exercentur. 38.
Allata meliore conditione, emptio in totũ reſolvitur. 39.
Adjectionis & addictionis vocabula commutata multos errores invexiſſe. 37.
Ademptio incerta, legati dationem certam non adimit. 227.
Certa rei legatæ ademptio, dationem legati duobus conjunctim factam perimit. 226.
L. à Divo Pio ff. de re jud. ex lib. Flor. reſtituta. 317.
Adoleſcẽtes ad delectum cogi ſolere. 208.
Adoptio, tutoris datio, hæreditatis aditio, ſacerdotij collatio, quomodo conditionem recipiant. 124.
Agere pro cogitare acceptum. 394.
Agrimenſores, pondera, menſuras, ſolus Princeps conſtituit. 95.
Album Prætoris quid fuerit. 278.
Albi variæ ſpecies. 278.
Alexandri ab Alexandro ſententia de colono confirmata. 17.
Alexandri ab Alexandro ſententia notata. 58.
Alienatio ſine decreto facta licet irrita ſit, fidejuſſores tamen quos curator dedit oblig. manent. 141.
Alimenta pupillo præſtanda Prætorem decernere. 169.
Cujus decreto non interveniente quæ tutor vtiliter impendit nihilominus recipit. 169.
Alimentorum modus quomodo ſtatuendus. 169.
Nimia incertitudo vel ambiguitas diſpoſitionem vitiat. 224.
Ambitioſa decreta, itemq; ambitioſæ ſententiæ quæ dicantur. 120.
Amphibologia quid ſit. 224.
L. antiqui in p. ſi pars her. pet. emendata. 393.
Antonij Mureti error. 60.
Anni principium à varijs nationibus variè conſtitutum. 284.
Idque etiam hodiè pro incidentium negotiorum qualitate variare. 284.
L. anniculus §. ante decimum ff. de verb. ſig. emendata & explicata. 254.

ggg

Digitized by Google

Anniculum amitti qui extremo anni die moritur. 255.
Ante & poſt diem fieri quid dicatur. 256.
Antinomiã nullam reperiri in legibus. 350.
L. Antiochenſium ff. de reb. auth. jud poſſ. ſingularis emendatio & interpretatio. 344.
Antiochenę civitatis privilegia à Theodoſio abrogata. 349.
Antiochia metropolitana, quæ, & vbi ſita. 349.
Antiquos non pecuniã, ſed compenſatione merces emiſſe. 366.
In terminis antiquis leviores probationes admitti. 96.
Appellare verbi ſignificatio. 190.
Apellatio defenſionis ſpecies. 191.
Qui ad judicium appellat actor eſt. 191.
Apellationes omiſſo medio fieri non debere. 371.
Caſus, quibus omiſſo medio ſuperior appellatur. 371.
Gallos in capitalibus cauſis, omiſſo medio curias ſuperiores appellare. 371.
Belgij conſuetudo hac in re. 371.
Verbum Apiſci etiam antè Taciti tempora obſoletum. 50.
Apollonij Thianei de Theſauro judicium. 33.
L. apud Labeonem ff. de ſup. leg. vetus lectio defenſa. 341.
L. apud Proconſulem ff. de manum. vind. emendata. 173.
Arbitrum interdum aſſumi. 161.
Arcere pro prohibere ſeu pellere vſurpapatum. 177.
Ex conſtitutione vtriuſque Germaniæ, arreſta contra extraneos permiſſa. 53.
Arreſtorum effectus. 53.
Arreſtum Gelrię in cauſa Erneſti Mom. 8.
Arrieragia ſeu decurſæ penſiones, tertios poſſeſſores an & quando onerent. 25.
Periculum aſſecurationis quando incipiat, quibus caſibus præſtetur, & quando finiatur. 220.
Aſſecurationes infirmari ſi fiant eo tempore quo de caſu conſtare poſsit. 557.
Aſſe expleto, ſine parte ſcriptus heres ad dupondium vocatur, dupondio expleto ſecus. 319.
Aſyli ſecuritas apud veteres. 63.
Auli nomen in I C. catalogo non inveniri. 319.

B.

Banni gratiam facere ſolius Principis eſt. 280.
Bannum generaliter acceptum quamlibet publicam denuntiationem comprehendere. 338.
Bannum regium quid dicatur. 338.
Bannum pro exilio ferè accipi & relegationi magis quam deportationi aſsimilari. 338.
Banni ſpecies eſt cum domum aut patriam egredi quis prohibetur. 340.
Bartholus defenſus contra Ioannem Mauritium. 143.
Baſilicon libros non per omnia mendo carere. 335.
Librorum Baſilicon vtilitas & commendatio. 168.
Beneficium brevis manus in mutuo non induci niſi poſsibilitas numerationis adſit. 181.
Bonam vel malam fidem pro varijs facti circumſtantijs variè conſiderari. 158.
Bonæ fidei poſſeſſor regulariter impenſas deducit. Malæ fidei ſecus. 196.
Bonæ fidei poſſeſſor etiam adverſus creditorem hipotecarium meliorationes deducit. 200.
Bonæ fidei poſſeſſor an creditorem hypotecarium poſsit excludere, oblato rei pretio quod tempore acquiſitionis fuit. 200.
Bonę fidei poſſeſſor fructus perceptos lucratur. 153.
Sed ſtatim atque in malã fidę eſſe incipit ab eo tem-

Digitized by Google

eo tempore reſtituere eos cogitur. 154.
L. bonæ fidei §. in contrarium ff. de acq. rer. dom. emendata. 195.
L. bovem §. mortis de Ædil. edict. reſtituta. 210.

C.

Cadavera defunctorum qualitercunq; attingere non licere ſine licentia Principis aut judicis. 168.
Caduca quæ dicantur. 273.
Caducorum multæ ſpecies. 273.
Capitalis pœna niſi veritate diligenter examinatâ non irroganda. 28.
Captus in bello, ſi apud hoſtes moritur, jã tunc deceſsiſſe intelligitur, ex quo captus eſt. 89.
Captivorum jura in incerto & pendenti ſunt. 90.
Captivitatis jura inter Chriſtianos aliter ſervari. 92.
Pretia captivorum quomodo moderanda. 92.
De captivis & bello ablatis quædam remiſſivè. 92.
Capti in bello maximam capitis diminutionem patiuntur. 89.
Calendarum die promiſſum antè diem illũ finitum peti nequit. 258.
Ante calendas proximas, an calendis proximis quis ſtipuletur an interſit. 254.
Poſt. Cal. Ian. die tertio, non quartum ſed tertium menſis diem ſignificari. 260.
Qui ante Calendas proximas ſtipulatur, ſimilis eſt ei qui Calendis ſtipulatur. 257.
Ex vtraquè hac ſtipulatione etiam nõ præterito Calendarum die agi poſſe. 258.
Capital, pro capitale veteribus vſurpatum. 104.
Carbonianus bonorum poſſeſſor quid cõſequatur. 2.
Caroli Magni de obnoxiæ conditionis hominibus conſtitutiones. 323.
Cautiones ab initio requiſitæ ex legis, conſuetudinis, teſtatoris, vel contrahentium diſpoſitione, abſque ſuperveniente novâ causâ præſtantur. 43.
Cautiones ſemel præſtitæ ſinè causâ nõ renovantur. 42.
Cenſuarius prædium obligatum perſequitur. 23.
Cenſum augeri vel intendi non poſſe, remitti poſſe. 26.
Cenſum præſcriptione tolli, ſi in recognitionem directi dominij penditur, ſecus ſi in recognitionem ſuperioritatis. 27.
Cenſum origo. 27.
Dominus cenſus perſolutionem petens, fundi fines ac ſitum demonſtrare debet. 27.
Cẽſus plures ſpecies ac diſtinctiones, remiſſivè. 26.
Cenſum non tantum Principi in recognitionẽ dominij pendi, ſed etiã Eccleſiis. 26.
Et ex ejus præſtatione, ſubjectionem ferè probari. 26.
Cenſus quomodo & à quibus imponi poſſit. 26.
Sinè cenſu vel reliquis fundum comparari non poſſe. 22.
Cænacularius & Cænaculariam exercere quis dicatur. 59.
Cæſaris locus emendatus. 221.
Cęterum pro alioqui acceptum. 400.
Chriſtiana mancipia quæ & cujus generis. 322.
Ciceronis jocus in voce mulieris. 386.
Ciceronis natalis quo die fuerit. 260.
Citra vltra & intra diem quid fieri quando dicatur. 256.
Civitates de jure communi privilegiũ Fiſci non habere. 348.
L. Claudi' ff. qui pot. in pig. hab. vera lectio & interpretatio. 17.
Clauſula Et quicquid juris Sempronij fuit, venditioni addita, quid operetur. 192.
Cleanthis Aſsij exemplum. 228.
Clementia victorum erga victos. 86.
Clientes obſequium militare detrectantes,

gg g 2

quomodo, mulctandi. 68.
L. cogi §. ſed etſi ff. ad Trebel. emēdata. 288.
Collatæ nuptiæ quæ dicantur. 397.
Vocula Cominus quid ſignificet. 54.
Re commodata abutens furti tenetur. 201.
L. commodiſsimè ff. de lib. & poſthu. vera lectio. 328
Condictio furtiva non tollitur, etiamſi ſuper actione furti tranſactum ſit. 304
In condictione indebiti cui incumbat probatio. 314
Conditione culpa creditoris non exiſtente conditio defecta cenſetur. 251
Conditione culpa debitoris deficiente pro impleta habetur. 252
Conditioni paruiſſe cenſetur qui per alium prohibitus in mora non fuit. 252.
Conditio hæc. cum nupſerit. quando cenſeatur impleta. 394.
Conditione ab initio remiſsâ hæredem à fideicommiſſario cogi non poſſe, vt hæreditatem adeat & reſtituat. 99.
Conditionem hæredi aſcriptam, interdum à Prætore remitti, interdū ipſo jure. 99
Conditio hæredi aſcripta an & quomodo à fideicommiſſario impleri poſsit. 98
Conditiones ad præſens vel præteritum tempus relatæ obligationem non ſuſpēdunt. 357
Conditio ſive præponatur ſive poſtponatur conventioni nihil intereſt. 241
Conjunctorum triplex diſtinctio. 296
Conjunctio legalis quæ dicatur. 297
Conjuncti re & verbis in jure accreſcendi cæteris ſunt potiores. 297
Conjuncti verbis tantū re conjunctis ſunt potiores. 297
Conjunctio verbalis an etiam in vſufructu jus accreſcendi inducat. 297. 298
Cōjunctos re & verbis partes ab initio non facere refutatâ Lorioti ſentētia. 298 299.
Contractus ex authoritate legis deſcendētes quomodo vocentur legitimi. 123
Conſolor verbum non activè tantum ſed & paſsivè frequentari. 222
In conſolidatione vtilis ac directi dominij, novum dominium non intelligitur, nec ceſsio aut traditio requiritur. 285.
Ita tamen vt propriâ authoritate, poſsidētem expellere non liceat. 286.
Conſponſio veterum, idem ferè quod hodie juramentum calumniæ. 311.
Conſuetudinem etiam civitatibus jus Fiſci tribuere, eaq; quomodo probetur. 349.
Conſuetudines & ſtatuta circa fœnus nauticum & aſſecurationum materiam variare. 220.
Benè loquendi conſuetudinem pro ratione habendam. 41.
Continuum etiam id eſt quod aliquando quieſcit. 184.
L. conventionum. ff. de pactis. vera lectio & interpretatio. 83
Correctorum poteſtas & dignitas. 379
Correctores qui fuerint ſub Præſidib⁹, Præfectis prętorio, & à Gothis Imperio preſſo. 378
Correctores vndè dicti. 378
Correus ſtipulandi an obligationem contractam ſolus novare poſsit. 305
Correus debendi correo ſuo ſuccedens duas obligationes ſuſtinet. 10
Correorum obligatio quomodo ex intervallo dividatur. 262
Creditor abſens pactionem à majori numero creditorum cum debitore initam ſequi debet. 10
An idem obtineat in privilegiatis creditoribus. 101
Primam creditricē conditione expelli quid ſignificet. 17
Tertius creditor qui contra primum obtinuit, ex vi ejuſdem ſententię, contra ſecundum obtinuiſſe non cenſetur. 17
Diverſum tamen obtinet, ſi tertius primū ſuâ pecunia dimiſit. 17
Creditor vnū ex debitoribus ad partis ſolutionē admittēs obligationis diviſionē admiſiſſe cēſetur etiā quoad reliquos, Cū ex plicatione l. ſi creditores C. de pact. 263

Culpa

Digitized by Google

Culpa aſſecurati, ab aſſecuratore præſtanda nō eſt, & quomodo culpa cōtrahatur. 210
L. cum duobus ff. pro ſocio. explicata, & vetus lectio defenſa contra Conanū. 147
L. cum dilectus verſ. mandavimus de cauſ. poſſ. & prop. emendata. 172
L. cum de indebito ff. de probat. emendata & explicata. 214
L. cum fundus de cond. & demonſt. interpretata. 300
Cujacij emendatio in §. ſed & ſi pecorū. Inſtitu. De vſu & habit. contra Gentilem defenſa. 366
Cujacij opinio reprobata. 215
L. cum Prætor ff. de judic. explicatā. 129
L. cum poſt mortē §. 1. ff. de ad. tut. emendata. 135
L. cū quidā §. 1. de acq. her. emēdatā. 393
L. cum reus C. d. pœnis lectio & interpretatio. 28
L. cum fine 19. quando dies leg ced. emendata. 173

D.

Damnatio ad perpetuos carceres. 341.
Damnatio vt quis negotietur. 341.
Damnatos ad gladium etiam eos dici qui ad ludum gladiatoriū damnabantur. 327.
Petitio damnorum & intereſſe rei reſtitutionem non impediunt. 205.
Dibitor an & quando carceribus mancipari queat. 52.
Debitor certę ſpeciei. etiam ante moram ex negligentiā tenetur. 14
Cum eo caſu vel negligendo culpa contrahatur. 15.
Diverſum in venditore, qui rem venditam impunè negligit. 15
Debitor etiam ceſſante morà & diuturnitate temporis, quandoque ad ſolutionē à fidejuſſore compelli poteſt. 8
Debitor in ſolutione ceſſans cogi poteſt ad diſsoluendā obligationē fidejuſsoriā. 8
Ita tamen vt ſine ceſſatione & morà, ſolus temporis lapſus non ſufficiat. 8
Debitorem reipublicæ demittere aut ambitioſas largitiones facere decurionibus vetitum. 119
Si tamen aut viginti annos factæ ſunt retractari non debent. 119
L. decem 116. ff. de verb. ob. & l. qui res §. qui ſtipulatus. interpretatæ & invicem conciliatæ. 354
Decretū à quo judice impetrandum. 162
Decreto interpoſito minor an in totum remedio reſtitutionis deſtituatur. 142
Decreti Decretaliumque libros ne hodiè quidem à mendis omnino vindicatos 96
Decreti omiſsionē interdū pupillo vtilē. 170
Decreto interpoſito, nullitatis remedio nonnunquam minori ſuccurritur. 144
L. decreta Prætorum ff. de re jud. nova declaratio. 76
Ducuriones donare quibus caſibus poſſint. 120.
Defenſoris & procuratoris vocabula promiſcuè fere vſurpari. 47
In propriâ tamen ſignificatione, procurator eſt qui cum mandato, defenſor qui ſponte alienam litem ſuſcipit. 47
L. de his 6. ff. de tranſact. & L. vlt. C. de jurejur. cum l. Lucius 78. §. fin. ff. ad Trebell. contra neotericorum ſententiam declaratæ & conciliatæ. 75
Delegatus an & quando ſubdelegare poſſit. 128
Delictum in mari aut flumine commiſsum ad cujus I. D. pertineat. 317
Delictū patris filio auferre nequit, quę generis naturęve prerogativā ad eum pertinent. 108
Ex omni delicto duplex judicium oriri, civile & criminale. 72
Deponere quid ſignificet. 361
Deportatio in inſulam ab exilio perpetuo quomodo differat. 289
Deportatio gravior relegatione, ejuſque plures differentiæ. 334
Deportādi jus penes ſolū Principē eſse. 335
Deportādi relegādiq; jꝰ quibꝰ cōpetat. 279
Diē Romanos à media nocte incœpiſſe,

Digitized by Google

& ſequentis noctis media parte finiviſſe. 261.
Civilis dies etiam noctem comprehendit, & 24.horas complectitur. 261.
Dies naturalis quis dicatur. 261.
L.dies cautioni præſtitutus,in prin.& §.duas ergo res,verſicu.ſi fortè. De damno infecto,integritati ſuæ reſtituta. 40.
L. diem functo. de off. aſſeſſ. emendata. & explicata. 372.
Diſſenſus circa cauſam dandi & accipiendi an obligationem aut dominij tranſlationem impediat. 146.
L.Divus Marcus ff. de off.Præſ. emendata & interpretata. 185.
L.Divus ff.de quæſt.& l.ſervi.de teſtib. explicatæ. 359.
Donatio facta mulieri quæ ante 12.annum nupſit,non valet. 396.
Duareni opinio confirmata. 8.
Duareni ſententia improbata. 68.
Ducentis pro dote legatis,niſi nuptijs cõtractis legatum non debetur. 170.
Duplicandarum majuſcularum conſuetudo apud veteres. 344.
Duretur verbum in paſsivâ ſignificatione imperſonaliter ab Vlpiano eleganter vſurpatum. 41.
Vocabula inuſitata à IC.vſurpata. 41.
Dux Legionis Primipilus. 272.

E.

Adverſus edictum Prætoris contumaciter latitantes, quomodo extrahi poſsint & debeant. 67.
Itemque damnum ex hac cauſâ ſocio datũ quomodo reſarciant. 67.
L.ædificatum habes. de damno infect. reſtituta. 403.
De modo ædificandi nè vicina prædia lędátur. 95.
L.Ædiles etiam verſ.ſed notandum de Æd. edict.emendata. 172.
Editio inventarij aut aliorum inſtrumẽtorum adverſario quomodo facienda. 170.
Ægiptiorum in templis & obelis notæ. 232.
L.ei fundo ff.de ſervitut. emendata. 279.
Emphiteutę vaſalli & aliorum qui cauſam poſsidendi habent ſingularè jus pro recuperandis impenſis. 198.
Emptor prędij,pro reliquis præteriti temporis conventus, actionem habet contra venditorem, ſi ignoravit reliqua deberi. 22.
Emptionis & vẽditionis vocabula vetuſtiſſimo tempore promiſcuè vſurpata, hodie non confundi,notatâ Contij ſentẽtiâ. 59.
Emptor cui ex privilegio laudimiorum immunitas competit,ſolo pacto venditorẽ liberare nequit. 25.
Emptor niſi ſe defendat in rei vendicatione actionem ex empto non habet. 158.
Differentia inter eum qui emptionis titulo poſsidet & eum qui ex alia cauſa. 155.
Eò adverbium quid ſignificet. 399.
L.eos qui 3.C.de his qui veniã ętatis impetrarunt à mendo vindicata. 55.
Æqualitatem collationis in ſocietate non requiri. 147.
Equos magnatum funus antecedentes Eccleſiæ cedere. 327.
Equi ſive curſus publici inſtitutio apud veteres. 65.
Equi publici honor atque ſolemnitas apud antiquos. 66.
Equites peractâ militiâ olim equos per forum duxiſſe. 66.
Æris alieni cumulum decretum Prętoris elicere. 140.
Error in corpore alienationẽ rei impedit, cum interpretatione l.ſi procurator ff.de acq.rer.dom. 136.
Evictionis judicium in foro emptoris à vẽditore defendi debet. 25.
Exceptio debitori competens, quando fidejuſſori non proſit. 302.
Exilij plures ſpecies tempora & gradus. 339.

Exilium

Digitized by Google

Exiliũ temporale à varijs nationibus vſurpatum. 340.
Exul ad operis promiſsi abſolutionem cõpellitur. 353.
Exilij nomen generaliter accipi. 279.
L.Ex omnibus ff.de offic.Præf.ejuſq; correctio tentata. 379.

F.

Faciendi verbo etiam non factum contineri. 55.
L.facta.§.ſi ſub conditione, ad trebell. vetus lectio defenſa contra Cujatium & ſingulariter explicata. 99.
Faſti conſulares notati. 321.
Feudo vel Emphiteuſi ad dominum reverſa citra culpam, dominus meliorationes refundit. 201.
An liceat omiſsâ hæreditate Feudũ apprehendere. 109.
Feudalia bona hodie ad inſtar patrimonialium redacta. 36.
In.l.fideicommiſſum ff.vt in poſſ.legatorũ, antiquitatis veſtigia obſervata. 105.
Fidejuſſor debitori hæres effectus, obligationem fidejuſſoriam extinguit manente principali. 9.
Hinc mulier ſuccedens ei pro quo fideiuſſit beneficium Velleani amittit. 9.
Si tamen obligatio fidejuſſoria ſit plenior quã principalis, vtraque ſuſtinebitur. 9.
Fidejuſſor minori pro quo intercefſerat ſuccedens privilegio ætatis non adiuvatur. 10.
Inopia fidejuſſoris ſi tempore contractus creditori fuerit cognita cautionis renovatio non admittitur. 42.
Fideiuſſores in obſcuris ſemper admitti. 113.
Fidejuſſores furioſi, prodigi & pupilli, an & quando obligentur. 61.
Filiorum appellatione qui veniant. 20.
Filiorum appellationem impropriè ad vlteriores extendi. 20.
Filij fratrum in patrui ſucceſsione in capita ſuccedunt. 332.
L.filius §.ſi quis d.t. emendata & explicata. 329.
Finalium quæſtionum genera. 93.
Hodiernũ morem in conſtituendis finib⁹. à l.12.tab.& l.Maniliâ variare. 95.
Ordo & forma fines conſtituendi. 94.
Finium inſpectionem in re præſenti faciendam, judicis aut arbitri cognitionẽ præcedere. 95.
Finis termini quando computetur in termino. 282.
Finium queſtio agrimenſorum judicio terminanda. 94.
In l.fin.C.de teſt.milit.vetus lectio defenſa. 207.
L.Firmio poſt p.quando dies leg.emendata. 283.
Fiſco bona ex cauſa debiti aut ſimili occupante nè libertates quidẽ debẽtur. 271.
Fiſcus bona caduca occupans, cum onere tã legatorum quam æris alieni ea occupat. 271.
Fiſcus diſtituto teſtamento bona non occupat, ſi ſucceſſor ab inteſtato appareat. 271.
Flavij Ioſephi exemplum. 113.
Florentinorum librorum vtilitas & authoritas. 401.
Florentini libri gloſſemata aliquot ſublata. 401.
Multa errata communium exemplariũ ex Pandectis Florentinis emendata. 408.
Florentini libri pluſcula errata ex libris cõmunibus reſtituuntur. 405.
Pandectarum Florentinarum notabilis emendatio ad legem. ſi hæres vnus. 7. ff. familiæ herciſcundæ. 116.
Florentinam lectionem non per omnia integram. 368.
Flumen publicum intermedium omnẽ ſervitutem impedit, & quod dicatur flumẽ publicum. 126.
Flumen intermedium quando ſervitutem

non impediat. 127.
Frater vtrimque conjunct', ex vno tantum latere conjuncto præfertur. 332.
L.fraudati, ff. de publicanis & vectigalib', vetus lectio defenſa, 103.
Fraudatoris ſolius res in commiſſum cadere, non alienas. 103.
Frontini locus emendatus. 96.
L. Fulcinius §. vlt. quib. ex cau. in poſſ. ea. vera lectio & interpretatio. 1.
Fundo dominante in plures partes diviſo omnibus debetur ſervitus, cum explic. l. via conſtitui. § fin. ruſt. præd. 149.
L. funeris ſumptus ff. de religioſis & ſump. funerum emendata & Græcus interpres pandectarum notatus. 167.
Furoris definitio, & quid ab inſania diſcrepet. 183.
Furioſus abſenti comparatur, nec delictum tempore furoris ab ipſo factum coërcebitur. 184.
Furioſus quomodo probetur. 184.
Contractus à furioſo celebratus in dubio tempore furoris initus præſumitur. 184.
Furioſos etiam olim in agnatorum gentiliumque tutela fuiſſe. 183.
Furioſorum varia genera. 183.
Furioſus tempore intervalli omnia rectè agit, ſinè curatore, qui eo tempore nomine tantum curator manet. 184.

G.

Gaij Marij factum à Valerio laudatum. 76.
Genera duo ſibi inuicem ſi concurrant alterum habetur loco ſpeciei. 385.
Gilloti opinio reprobata. 132.
Gladiatoria ſpectacula veteribus vſitatiſsima, quando è medio ſublata. 327.
Gladitores ad ludum damnati, quomodo rudem, quomodo libertatem accipere ſoleant. 326.
Gloſſam ſub interpretationis ſpecie textũ non raro involuere. 1.
Gloſſæ. Decij & aliorum ſententia reprobata. 123.
Græcæ linguę in vrbe Romá frequens vſus. 77.
Græcos Imperatores ſermonem & mores Græcorum affectaſſe. 369.
Grege vel peculio legato, nõ licet res quaſdam arripere quaſdam repudiare, & fructus à die mortis cedunt, 296.

H.

L. hæc conditio. de cond. & demonſt. exp. & emend. 394.
Hæres juſſus in funere conſumere centum, minus impendere non poteſt. 57.
Heredes ſemetipſum occidentis innocentiam probantes bonorum confiſcationẽ effugiunt. 212.
Heres an legatarius eligat fundi partẽ, per quam ſervitus conſtituatur, eodem pæne recidere. 165.
Hæreditatem jure & lege nõ pactis aut cõventionibus obtineri poſſe. 106.
Hæreditatem aut jure veteri aut novo acquiri. 106.
Heredẽ inſtitutui poſſe etiam eum qui naſcetur ex eâ cum quâ tempore teſtamenti matrimonium eſſe non potuit. 330.
Heres ſemel effectus, heres eſſe nunquam deſinit. 307.
Hæreditas ad nos pertinere quando dicatur. 109.
Hæreditas poſt aditionem hæreditas eſſe non deſinit. 109.
Hæreditatis aditio diem non recipit. 91.
L. hæres abſens 19. §. proinde ff. de judic. emendata. 52.
Hiſpaniæ conſuetudo in deportationibus. 335.
L. Hos accuſare in p. ff. de Accuſationibus. explicata & reſtituta, deleto inepto Gloſſemate. 379.
Hoſpitia publica decernere Romanis in vſu. 235.
Hoſpitacula Cænacula quæ dicantur. 58.
Ab hoſtibus liberatos pilcum geſtare ſolitos

tos. 327
Qui hoſtes nuncnám fuerunt,ſociali fœdere inter ſe coëunt. 87

I.

Iacobi Revardi conciliatio reprobatã. 60
Ignib' excitatis aliquid ſignificare, & olim & hodie vſurpatum. 65
Ignorans conditionem extitiſſe ſub quâ emit,vſucapit. 146
L.illud de manumiſſ.vindicta emẽdata. 344
Imberti ſententia notata. 143
Impenſarum cum fructibus compenſatio quomodo ineatur. 202
Impenſarum materia in jure noſtro ſparſim tractata. 194
Impenſarum triplex diſcrimen. 194
Impenſę neceſſariæ quæ dicantur. 194
Differentia ñeceſſariarũ & vtilium impenſarum vndè conſtituenda. 195
Pro conſequendis impenſis an rei retentio permittatur. 205
Impenſas quaſdam perpetuam rei vtilitatẽ continere,quaſdam temporariam, earũque diſcrimen. 195
Impenſas à re inſeparabiles,nè à bonæ quidem fidei poſſeſſore ſemper recuperari. 197
Impenſæ in expoſitos infantes factæ ſpecialiter privilegiatę. 197
Cui fructus anni debentur impenſas fructuum gratia factas,refundit. 198
Impenſas perpetuam rei vtilitatem continentes pro diverſitate negotiorũ variè conſiderari. 195
Reſtituta re , pro impenſis conſequendis vix eſt remedium. 206
L.Imperatores ff.de pub.& vect.emendata & explicata. 22
L.Imperatores,itemque L.3.ff.de bon. eor. qui ante ſent.vera lectio. 210
Impuberib',honores dignitatum militariũ & olim fuiſſe collatos,& hodiè conferri. 208
Impuberes nunquam torqueri terreri tamẽ poſſe. 248
Inamænus conſonantium concurſus veteribus vitatus. 50
L.in bello,§.ſi quis capiatur,De captivis & poſtliminio reverſis,emendata & ſingulariter explicata.rejecta Accurſij ſententiã. 90
Incapax ab eo qui dicitur indignus quomodo differat. 275
Incapax in odium ſui capax eſt. 275
Inducias alias tacitas alias expreſſas earumque diſcrimen & effectus. 82
Induciarum & Pacis fœdera à quibus rectè ineantur. 82
Induciarum tempus,bello magis quam paci annumerandum. 81
Tempora induciarum inter varias nationes variè præfinita,& tam paucorum dierum quam multorum annorum eſſe poſſe. 82
Inediâ nocentes necare illegitimum. 341
Indemnitatis promiſsio quomodo & quando judici rectè fiat. 114
Indulgentia ab inferiore impetrata quatenus porrigatur. 337
Indulgentiarum cauſæ multiplices. 338
L.in fraudem ff.de his quib.vt indig. emẽdata & explicata. 274
L.in finalibus, ff. fin.reg.vera lectio & interpretatio. 94
L.in jure civili ff.de reg.jur.cum l. jure civili de cond.& demonſt. inuicem conciliatæ & novè declaratæ. 251
L.in Magiſtratus ff. de Magiſt. conven. emendata. 111
Inſcriptio l.1.C.de quæſt.emendata. 358
Inſcriptio tit.ff.de interrog.in jure fa.ex libro Norico aſſerta. 163
Interrogatorijs actionibus ſublatis interrogationes remanſiſſe. 164
Interrogationes quando quomodo & in quem vſum fiant. 164
Interrogationes ante litem conteſtatã quãdo fieri poſsint. 164
De formulis interrogationũ apud veteres,

Digitized by Google

& praxi hodiernâ remiſsivè. 165
Interdictio bonorū quomodo fiat. Et quomodo cū prodigo interveniēte curatore rectè contrahatur. 187
Qui interdicto vnde vi non obtinuit L. Iuliâ de vi publica poteſt experiri. 72
Probabilitas ejus quod intereſt quomodo computetur. 219
L. inter omnes ff. qui ſatiſ.cog. nova & ſingularis declaratio rejectâ communi Interpp. ſententiâ. 44
Interitum rei intra tempora judicati cōtingentem condemnatum nunquam præſtare. 175
Interpres verus quis dicatur; & quomodo probetur contractus, per interpretē celebratus. 79
Da interpretibus Magiſtratuum Romanorum. 79
In dubijs quomodo facienda ſit interpretatio. 224
Differentia inter inſtitutum ſub conditione, & eum qui ab initio jus dominij habet, quoad cautionem præſtandā ad inſtantiam ſequentis hæredis. 46
Exempla inſtrumentorum quando probent. 207
Inſtrumēta poſt editionē cōmunia fieri 277
Inventor mobilium ad quid teneatur. & cui inventa cedant. 275
L. is cui §. Imperator ff. vt in poſſ. legat emēdata & explicata. 8
L. ita autem §. quidam decedēs ff. de admi. tut. vera lectio. 223
L. item quod Sabinus §. vlt. de her. inſt. emendata. 318
L. item 14. § quod ſi homo. verſ. ſed etſi de eo quod met. ca. vetus lectio defenſa, & novè explicata, præter Bartholi Cujatij aliorumque ſententiam. 174
Iudex ad exequendam alterius judicis ſententiam requiſitus an de ejus validitate vel invaliditate poſsit cognoſcere. 312
Iudex extra territorium ſuum nec jus dicere nec executionem facere poteſt. 311
Iudicem dari non poſſe de cauſa ad delegātis juriſdictionē non pertinente. 132
Iudex eccleſiaſtic' an poſsit deportare. 335
Eccleſiaſticos judices bānire non poſſe. 279
Iudicis vel arbitri niſi omnes præſentes ſint non rectè judicant. 300
Iudex ex circumſtantijs cauſæ pœnā augere vel minuere poteſt. 339
Iuſiurandum ex delatione partis præſtitum, ſub prætextu perjurij non retractari. 74
Iuriſiurandi religionem ſolis judicibus impoſuit Plato. 74
Ius novū, Itemq; vetus quod dicatur. 107
Ius ſuitatis expoſitum, & qualiter ex eo juris quādā prærogativā multa deferātur. 108
Ius accreſcendi confusè ab interpretib' tractatū confutata eorum opinione qui id ex lege 12. tab. putant deſcendere. 289
Ius accreſcendi varijs ex cauſis induci, rejecta Lorioti & Coraſij ſententiâ. 290
Ius accreſcendi alluvionis inſtar ſe habere. 291
Ius accreſcendi à jure nō decreſcendi an & quomodo differat. 291
Iure non decreſcendi acquiſitū abſq; onere penes acquirentem manet. 292
Ius accreſcendi quâ ratione in hereditatib' ſit introductum, reprobatâ Accurſij Iaſonis Baldi Decij Alciati & aliorū ſententiâ. 293
I' ſuccedēdi indiviſibilis vniverſitas eſt. 294
Ius accreſcendi cur non æquè in legatis atque in hereditatibus obtineat. 295
Iuris accreſcēdi ſive nō decreſcendi potentia. 289
Ius accreſcendi quando & quâ ratione locū habeat in legatis & fideicommiſsis. 296
Conſuetudinem jus regalium tribuere quibus alioqui non competit. 337
Cōſtitutiones juris Canonici, juri Civili lucē & interpretationē ſæpiſsimè afferre 121
L. juſiurandum §. defenſor. de jureiurando emendata. 300
Iuſtini locus emendatus. 229
Iuſiurandum remittere & Iuriſiurandi gratiam facere. 101

L. Labeo

L.

L.Labeo ff.quemad.ſer.amitt.emẽdata. 172
Largiendi & largitionis vocabulum quomodo accipatur. 221
Latini ſermonis conſervandi curá, majorũ tantum magiſtratuũ fuiſſe. 77
Lautitia Legatis præſtari ſolita. 235
Laurentij Vallæ reprehenſio in L quæritur ff.de Ædil.edicto improbata. 384
Legatorũ comites, Legato mortuo aut ante tempus revocato, quomodo ſalariũ accipiant. 374
Legativum ſive Legatitium quid, & quomodo conſtituendum. 234
Salarium eorum quos Legatus comites aſſumit, à quo & quomodo præſtandũ. 373
Legatus delictorum comitum ſuorum cognitor eſt. 373
Rodiorum legatos, ob non exhibitum ipſis de publico ſumptum profectionem diſtuliſſe. 373
Legatorum ſumptũs quis præſtet. 373
Legatum Proconſulis mandatam non propriam juriſdictionem habere. Et l.legati. de off.Proconſ.cum l.1.& l.cognitio.de off.ej⁹ cui mand.eſt juriſd.explicatę. 129
Legatorum plures ſpecies, nomina, & diſtinctiones. 377
Legatorum officium perſonalibus muneribus annumerari. 234
Legatio libera quid quibus & ob quas cauſas decreta. 235
Legatio libera relegationis ſpecies. 235
Legatis locari ſolere quæ ſub pellibus vſui forent. 342
Legatis ex publico ſumpt⁹ ſuppeditari. 342
Legationis Legatorumque nomen latè patere. 341
L. legatus Cæſaris ff.de offic.Præf.ſuo nitori reſtituta. 378
Diſcrimen l.Manliæ & l 12.tab. 94
L.Furia & Voconia legandi libertas coanguſtata. 209
Prohibitionem L.Furiæ generaliter ad omnes pertinuiſſe. 209
Exceptis tamẽn certis perſonis quibus plus mille aſsium capere licebat, 209
L.Furia hodiè per L.Falcidiã abrogata. 209
L.commiſſoriæ & pacti retrovendendi differentia quoad reſtitutionem fructuum. 245
L.commiſſoriam variè induci. 244
Leges ad ea quæ frequenter eveniunt aptari. 65
L.2.ff.de in jus vocãd interpretatio, & antiquæ lectionis contra Iacobum Rævardum defenſio. 63
L.2. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni jur. ex Ruſſino ampliata. 321
L.1.ff.de edendo vera lectio. 227
L.1.verſ.quid enim ff. de pactis emẽdata. 52
L.1.ff de aleæ luſu & aleat. emendata. 52.
L.1.ff.de tranſact.emendata. 346
L.2.ff.de pet.her.emendata & novè ac ſingulariter explicata. 107
L.1.2.& 3.C.de pact.inter empt.& vendit. explicatæ. 238
L.2.de leg.commiſſ.emendata. 245
L.3.ff.qui teſt.facere poſſ.vetus lectio defenſa. 356
L.5.miles autem ff.de milit.teſt.gloſſemate liberata. 369
L.vlt.§.quatuor de leg.2.explicata & emẽdata. 52
L.3.§.ſi quis duobus ff. de adim.leg.interpretata, & conciliata cum l. ſi fuerit de reb.dub. 225
L.1 §.ſi quis proximior.vnd.cog.explicata. 301
L.4.§.eadem cõſtitutio ff.de fideic.libert. emendata & explicata. 272
L.3.§.vbi pup.educ.deb.emendata. 170
L.2.§.Sabin⁹ ff.pro emptore explicata. 239
L.1.In fine, ff De verborum obligationibus emendata. 79
L.1.§.eſt autem ff. ne vis fiat ei qui in poſſ. miſſ.eſt.emendata. 21
L.2 ff.de vi & vi armatã, integritati ſuæ reſtituta. 267
L.1.De lege Iulia repet.illuſtrata & emẽdata. 267

Digitized by Google

L.1.in princip.ff.ne quid in flu. publ.reſtituta. 365
L.1.§.hoc interdictum.ff.quod vi aut clam emendata. 20
L.3.ff.de termi.moto. itemque L.6.§.qui in acie ff.de re milit. vetus lectio defenſa. 1
L.3.ff.de ſepulchro violato,emendata & integritati ſuæ reſtituta. 102
L.1.C.ſine cenſ.vel rel.ſingularis emendatio & interpretatio. 24
L.1.ff.de abigeis ex Ruffino ſuppleta & reſtituta. 326
L.6.ff.ad legem Iul.rep.emendata. 368
L.4.in fin.ad l.Iuliam peculatus emendata & conciliata cum l.ob pecuniã ff. de furtis. 384
L.2.ff.quis & à quo appell.vera.lectio. 131
L.3.in p. ad l.jul.majeſt.emendata. 172
L.4.ff.de pœnis emendata. 279
L.1.ff. de interd.& releg. integritati reſtituta. 333
L.2.ff.de bon.cor.qui ante ſent. emendata. 173
L.3.ff.de decret.ab ord.faciend. emendata & explicata. 118
Emendatę quædam leges ſub.tit.ff. de legation. 235
Libellus obſcurus non admittendus. 277
Libellus etiam ſine actionis expreſsione quando valeat. 277
Liberi quos is qui apud hoſtes eſt, in poteſtate habuit, hęreditatem adire aut acquirere non poſſunt. 90
Libera legandi facultas L.12.tab. permiſſa. 209
Libertatum conſervandarum cauſâ bonorum addictio quomodo fiat. 270
Licinius Ruffinus quis fuerit. 327
L.ligni 55.de leg.3 emendata. 173
L.licet §.1.ff.depoſiti emendata, & conciliata cum l. intereſſe de acq. vel amitt. poſs. 362
Correctio Can.licet de off.ordinar. 54
Lini & ligni ſignificatio apud IC. & alios ſcriptores quomodo accipiatur. 227
Lini vſus apud veteres. 228
Lintea volumina. 228
L.littus 112.ff. de verb.ſig.emendata, 315
Littora,flumina,itemque portus, jure gentium publica & communia omniũ eſse. 316
Littorum,fluminum,imo maris ipſius dominium,Principes hodiè ſibi vindicaſse. 316
Locator ex lege locationis, etiam promiſiſse videtur,ne conductor vti frui impediatur. 16
Luculli lex ſuper vſuris in Aſiâ. 118
Ludovici de Molina ſententia improbata. 45

M.

Magiſtratus an & quatenus munera capiant. 368
Magiſtratus,ante excuſsum collegam tutoris quando conveniatur. 112
Magiſtratum in natali provincia gerere cur de jure prohibitum. 380
Duos ex vnâ familiâ ſimul magiſtratũ gerere non poſse. 381
Magiſtratũ in natali ſolo gerere hodiè permiſsum. 381
Majoratus,itemque emphiteuſis gradatim pluribus conceſsa,quo jure ad ſucceſsores deuolvatur. 46
In Majoratuum & feudorum ſucceſsionib' magna inter furioſos adhibenda diſtinctio. 186
Malæ fidei poſseſsori in neceſsarijs impenſis judicis officio conſuli, in vtilibus per abraſionem. 197
In foro tamen conſcientiæ aliter hæc obſervari. 198
Malæ fidei poſseſsori, domino rem vindicante,actionis remedio non ſuccurri,refutatâ Molinei & Martini Gloſsatoris ſententiâ. 198
Malę fidei poſseſsor, impenſarum nomine gravius aliquando condemnatur. 196

Man-

Digitized by Google

Mandatu alterius rem propriam vendens de euictione nō tenetur, rejectis Gloſſæ & aliorum opinionibus. 137
Mandatu alterius rem propriam vendens actionem mādanti cedere, imo nec pretium acceptum reſtituere cogitur. 138
Mandatu alterius rem propriam vendens, adverſus emptorem agere nequit. 136
Mandata juriſdictione etiam judicis dandi facultas conceſſa videtur. 128
Mandata juriſdictio, quomodo à delegatâ differat. 128
Manuſpretium quid dicatur. 148
L. Marcellus 25. ff. de fidejuſſor. emendata & explicata, ejuſdemque conciliatio cū l. 6. de verb. oblig. 60
Maritus actione dotis conventus, ſemper beneficium competentiæ habet. actione negot. geſt. non item. 410
Maritus actione negot. geſt. conventus, cur & quando beneficium competentiæ amittat. 411
Megenſium cum Cliuienſibus, & Hollandorum cum Culenburgi comite controverſiæ. 150
Meliorationū probatio cui incumbat. 205
Meliorationum æſtimatio ad quod tempus referenda. & quomodo ineunda. 203
Menſium initia ab exortu lunæ veteres obſervaſſe. 258
De menſata qui & quales. 322
Mercenarij qui & quomodo habendi. 323
Merum imperium non mandari. 133
Metum pœnæ etiam inter pœnas cenſeri. 248
Militem à mollitia non appellari. 369
Miles à millè dictus. 370
Militaris controverſię de captivis, luculenta deciſio. 317
Minor propter exilium abſens non reſtituitur. 353
Minores, itemque militiæ vel reip. cauſa abſentes ſemper reſtituuntur. 353
Res minorum ſinè decreto judicis alienari non poſſe. 139
L. minor 25. annis ff. de minorib. emendata. 313
Miſsio in poſsionem inducit vſucapiendi facultatem. 6
Adeoque liberè miſſus poſsidet, vt loco ejus qui miſsionē paſſus eſt habeatur. 7
Miſsio ex ſecundo decreto, itemque reſcripto diui Pij per cautionis oblationē non extinguitur vel abrumpitur. 7
Adverſus pupillū indefenſum, eumque qui Reipub. cauſa abeſt, ceſſare decreti & conſt. pœnam. 7
Miſsio in realibus judicijs pinguior quā in perſonalibus. 2
Ex miſsione quomodo & quando dominium conſequamur. 2
Miſsio ex ſecundo decreto præter nudam cuſtodiam etiam perceptionem fructuū tribuit. 2
Qui tamen vel in vſuras vel in ſortem ſunt imputandi. 3
Etiam ab eo qui ex reſcripto Divi Pij mittitur. 3
Miſsio ex edicto prætoris & reſcripto Divi Pij in quibus differant. 4
Miſsio ex primo decreto cuſtodiam rerum duntaxat tribuit. 2
Miſsiones hodie vix frequentatæ. 6
L. moribus §. prius autem. de vulg. & pup. ſubſtit. vera lectio. 308
L. moris in fin. ff. de pœnis emendata. 390
Eorum qui mortem ſibi conſciverunt variâ exempla. 211
Mors vltronea quando impunita. 212
Metu pœnæ mortem ſibi conſciſcentium pœna. 212
Mortem vltroneam de conſuetudine varie puniri. 212
Mortem ſibi inferre ignavię non fortitudinis eſt. 213
Mos provinciæ vbi judicatur in ordinandis quidem litibus ſervatur, ſecus in definiendis. 313
Moribus eorum cum quibus vivimus accommodari nos debere. 78

Digitized by Google

De momento ad momentum tempus quando computetur. 282
Mulctæ pecorales intra quem numerũ cõſtiterint. 366
Mulieris nomen modo generis modo ſpeciei ſignificationem habere. 285
Multa juris loca ex conſuetudine cõduplicandarũ majuſcularum emendata. 49
Multa juris loca ex vocum ſillabarum literarumque mutatione aut tranſpoſitione emendata. 280
Multa juris loca ſub tit. de interrog. in jure fac. emendata. 165

N.

Pro jam nato habetur qui in vtero eſt. 391
Naturalium, ex damnato coitu natorũ. itemque peregrinorum bona ad quos pertineant. 276
L. nec filius C. de reb. credit. emendata. 171
Negatio addita vel detracta multa juris loca vitiauit. 171
Ex oratione negativa argumentum à contrario ſenſu non valere. 243
Negotium alterius gerens, ſi proprium debitum non ſolvit, an ſola neg. geſt. actione teneatur. 413
Negotium malè geſtum approbans, actionẽ negotiorũ geſtorũ non remittit. 398
L. nemo poteſt. de leg. 1, emendata. 414
Nepotes per repræſentationem ſuccedẽtes ex proprio jure venire. 332
Nepotes ex filio defuncto in patris ſui locũ ſuccedere. 331
L. nihil intereſt. ff. de naut. fœnor. emendata & explicata. 216
Dictionis niſi tam in contractibus quã vltimis voluntatibus vis ac poteſtas. 239
L. nomen filiarum §. portionis ff. de verbor ſignif. emendata & explicata. 269
L. non exigimus ff. ſi quis cautionibus emẽdata & explicata. 304
L. non ſolum eo. tit. emendata. 140
L. ſi non tantum §. quia heredibus ff. de fideicom. libertat. ſingularis emendatio & explicatio. 236
Nota quid ſit. 230
Per notas celerrimè ſcribẽdi ratio apud veteres. 230
Ob notarum difficilem interpretationem Iuſtinianum voluiſſe vt per conſequentias literarum ſcriberetur. 130
Idemque ante à Baſilio factitatum. 230
Notarum plura ac diverſa genera. 231
Notæ ignominiæ apud veteres. 231
Notæ itemque imagines memoriæ juvandæ cauſa. 232
Notas non ſignis tantũ ſed etiam literis ſingulis biniſve conſtitiſſe. 231
Notare quid ſignificet. 319
Notariorũ quæ olim quæ hodiè fũctio. 233
Notariorũ creatio ſolius Principis eſt. 234
Notoriũ & ſẽtẽtia quomodo cõparẽtur 186
Novare non poſſunt omnes quibus rectè ſoluitur. 305
Falſa mutui adjectio novationem per ſtipulationem contractam non impedit, ſi modo ſubſtantia obligationis ſubſit. 180
Secus ſi nudum pactum tantummodo intercesſerit. 180
Novi operis nunciatio, licet per ſervũ aut mercenarium non rectè fiat, prohibere tã nè nè aliquid fiat, eoq; nomine actio detur poſſunt. 20

O.

Obligatione principali pacto ſublata, etiã pœnæ promiſsio extinguitur. 303
Obligationem dandi, pleniorem eſſe obligatione faciendi. 16
Et tam factum quam non factum continere. 15
Obligatio conditionalis antè eventum cõditionis non obligat. 355
L. obſervare ff. de off. Procõs. emẽdata. 130
Officiariis in officio mortuis integrum ſalarium deberi. Plerumque tamẽ idipſum moderari. 375
Officiariorum ſalarium hodiè non præſtari niſi

niſi prò rata temporis. 376
Operam in ſocietate præſtans, ob negligentiam & imperitiam tenetur. 147
Operarij ob pluviam aliudue impedimentum ab opere ceſſantes ſalaria non accipiunt. 376
Optionem ſervi aliarumque rerum actum legitimum vocari. & lectio l. apud Auſidium ff. de opt. leg. indicata. 123
Ordinis confuſionem etiam ex legis diſpoſitione ſuſtineri. 310.

P.

Pacta publica quando bonæ fidei ſint quãdo è contrario ſtricti juris. 87
Pactorum publicorum tria genera. 85
Pacta cum latronibus, & quibus nulla belli gerandi cauſa eſt, quomodo faciẽda. 85
Pactiones privatorũ etiã juri publico quãdoque præjudicare. 25
Ex pacto nudo vſuras peti poſſe nec priorẽ obligationem quam novare contrahentes conabantur ſuſpendi, rejecta Molinei ſententia. 180
Pacto effici poſſe nè quis omnino aut certo modo poſsit reficere. 150
Pactum vnius ex argentarijs non nocet ſocio. 305
Pacta legis commiſſoriæ in omnibus contractibus præterquam in pignore probari. 238
Pactũ hoc modo directis, modo obliquis, modo etiam dubijs verbis fieri. 238
Pacti directi & obliqui vel dubij differentia. 238
Reſoluta ex lege commiſſoriã venditione, dominium nunquam tranſlatum fuiſſe cenſetur. 238
Pactum legis commiſſoriæ venditionem an & quando faciat conditionalem. 239
Papinianus à Paulo rectè notatus, itemque Mutius à Servio. 355
L. Papinian. ff. de minor. vetus lectio defenſa contra Freherum. 352
Patatę executionis praxis, & quæ cõtra ſententiam opponi poſsint remiſsivè. 314
Pares bello quomodo in fœdera coẽant, id per exempla oſtenſum. 86
Paruitatem pretij fraudis ſuſpitionẽ inducère. 246
Partitio quid ſit, & ſimpliciter accepta dimidium ſignificat. 269
Partis appellatione an ſemper dimidia veniat. 265
Partes lucri in ſocietate quomodo ineundæ. 148
Partis appellatione non ſimpliciter venire dimidiam. 268
Parentũ liberorumq; appellatione comprehendi etiã eos qui verè parentes aut liberi non ſunt. 21
Parentes ac patronos à juramento calumniæ excuſari. 310
Parentum ac liberorũ appellatione qui cõtineantur. 20
Pater filio heredẽ ſcribens, prius ſibi deinde filio heredem ſcribere debet. 308
Si tamẽ ex certis inditijs mẽs patris colligatur converſio ſcripturę diſpoſitionẽ non vitiat. 309
Patria-poteſtas in liberos quomodò exercenda. 324
Patria poteſtas in Gallijs & Belgio ſublata 325
Patrię poteſtatis in liberos & ſervos diſcrimen. 91
L. Paul. notat ff. de Præt. ſtip. emendata. 46
Pax Romanorum cum Carthaginenſibus quibus conditionibus inita. 85
Itemque pax cum Antiocho rege. 86
Pacem per Legatos ferè expediri, & quis prior eos mittere debeat. 84
Pacẽ à Principe nunquam concludendam, niſi comprehenſis adhærentibus. 88
Peculatum ſeveriſsimè vindicarunt Athenienſes. 383
Peculatus cum furto affinitas. 383
Peculatus quid. 384
Pecunia in rem pupilli verſa quomo probetur. 342

Digitized by Google

Pœnarum varia genera. 248
Perduellionum domus diruendę, nō aliorū reorum. 68
Periiſſe dicitur etiam quod deterius factū eſt. 176
Perſarum Regis de Theſauro invento judicium. 33
Perſcriptio notationi contraria. 231
Perſequi quid ſignificet. 314
L. per ſervum ff. vſusfructus de vſu & habitat. leg. emendata & interpretata. 342
Petri Fabri ſententia notata. 225
Pignoris venditionem ſi publicā authoritate fiat, minor pati cogitur, & an contra eā reſtitui nequeat. 143
Pignoribus quæ pater minoris dederat non ex fide diſtractis, quomodo minori ſuccurratur. 144
Pignoribus datis, olim etiam vltra duplum ſortis vſuras exactas fuiſſe. 216
Quod hodiè ex Iuſtiniani Conſt. correctū eſt. 217
Piſana litera Accurſio & aliis in prętio habita. 402
L. planè §. ſi conjunctim explicata. 299
Plantina editio duobus locis emendata. 50
Plebei olim in Gallia ſervis ſimiles & quid nunc ſervetur. 322
Plures vno partu editi, ſinguli in ſucceſsione partem faciunt. 392
Plurium reorū obligatio aliquando ab initio aliquando ex caſu ſuperveniente dividitur. 262
Pluribus ſimul ſimpliciter obligatis ſinguli pro virili tantum tenentur. 262
Pompei factum laudabile in Perpernā percuſſore Sertorii. 30
L. Pomponius de neg. geſt. emēdata & novè explicata. 398
Pontones quid ſint. 126
Poſſeſsio nemini temere eſt auferenda. 364
Poſſeſſor prædii, nè onus tributi agnoſcat, pacifci non poteſt quoad cenſuarium, quoad ipſum & debitorem poteſt, reprobatâ diſtinctione Cujatii. 23
In cauſa poſſeſsionis judex vtrique parti poſſeſsionem inhibet. 345
In poſſeſsionis causâ ſi timor ſit armorum quomodo procedatur, & inhibitio hic facta quantum differat à ſententia in poſſeſſorio lata. 345
Poſſeſſorium judicium quomodo ordinariè intentetur. 345
Poſitiones in locum interrogationū ne hodiè quidem ſucceſsiſſe. 164
Poſitionum & interrogationum diſcrimen. 164
Poſthumorum exheredatio olim permiſſa. 387
Poſthumi qualiter inter ſuos ac legitimos numerentur. 387
L. Poſthumus ff. de inoff. teſt. emendata & novè declarata. 387
Poſthumi an cognatorum teſtamenta vt inofficioſa rectè accuſent. 387
Poſtliminio res amiſſę recuperantur. 89
Pretium quod in vtilitatē minoris verſum eſt ſemper reſtituendum. 142
Præ foribus ſtare ſolere, depoſituros querelas in Synodis. 71
Præſidis lata ſignificatio. 377
Præſides provinciarum, itemque decuriones, fruſtra quid emunt aut publica conducunt. 31
Præſides, proconſules, Epiſcopos, Capitaneos &c. officialium & miniſtrorū facta prętare. 367
L. præterea ff. de rei vend. explicata. 159
In l. Prætor ait §. quod Papinian⁹ ff. de minor. negatio defenſa contra Goveanum. 307
Principium termini an computetur in termino. 283
Principum portoria. 317
Principum prærogativæ multiplices. 318
Princeps ſolus pecuniam publicam habet. 384
Procurator in reſcindente reſtitutionis judicio, etiam reſciſſorium cogitur ſuſcipere, non etiam defenſor. 48

Procl-

Proclamare quid ſignificet. 302
Pecoris ſignificatio explicata. 366
pœna eorum qui cadavera ſpoliant. 102
Varia pœnarũ genera in victos exercita. 86
pœna reorum vno caſu etiam poſt ſententiã differetur. 30
prodigis non minus quam furioſis curatoré dari. 186
Sola prodigalitas nemini bonorum ſuorum adminiſtrationem aufert. 186
L. prohibere 3. ff. quod vi aut clam ſingularis emendatio & explicatio. 19
propriorum hominum bona poſt morté ad dominos redire. 322
Proprij homines quomodo tractandi. 323
Propriorum hominum bona quibus applicentur. 276
protectioni ſuperioris ſe ſubycere, ſpecies quoque fœderis eſt, diverſa tamen à ſuperiore. 87
Proteſtatio conſervat jus proteſtantis. 304
Provinciales ſine principis permiſſu, ſtatutorum condendorum poteſtate caruiſſe. 348
Provinciales magiſtratus linguã vulgari jus dediſſe. 78
provinciæ ab Auguſto diviſæ, & qui in illas miſsi. 378
Proxeneta & proxenetica quæ dicãtur. 281
Publici juris eſſe quæ dicantur. 356
Publica judicia quæ dicantur. 389
Pueri plures vno partu editi. 391
punctus loco copulę eſt. 192
Pupillum ex culpa tutoris nunquam teneri ſi tutor ſoluendo non ſit. 403
L. pupillus §. item ipſe ff. de auth. tut. emẽdata. 32
Res pupillares ſi à creditoribus palam diſtrahantur, emere eas tutor poteſt. 32
In pupillari ſubſtitutione duas hereditates conſiderari. 310

Q.

Quà adverbium quid ſignificet. 316
Inſcriptionem tit. C. quád. civil. actio crim. præ. ab inſcriptione C. Theodoſiani variare, & quã de cauſã. 72
L. quæritur ff. de Ædil. edict. reſtituta. 386
L. quæſitum, de ſponſal. & l. cum hic ſtatus §. fin. de donat. inter. vir. & vx. interpretatæ & conciliatę. 396
Querelã inofficioſi teſtamenti ſuccumbẽs, falſi accuſationem non amittit, nec è cõtra. 72
L. qui bona fide d. t. emendata. 159
Quinque pedum ſpatium L. 12. tab. inter vicina prędia relinquendum, vſucapi non potuiſſe. Idẽ L. Manilia confirmatũ. 93
L. quinque pedum C. fin. reg. nihil pertinere ad ſpeciem l. vlt ff. eod. 96
C. Qui inſulam 30. ff. Locati. emendata & explicata. 59
L. qui non facit 121. de reg. jur. emendata & explicata. 57
L. Qui prior ff. de judic. vera lectio & explicatio. 190
L. qui proprio § item quæritur de procur. lectio communiũ Codicum aſſerta. 49
L. qui ſcit § fin ff. de vſuris interpretata & conciliata cum l. bonę fidei & L. qui bona fide de ac. rer. domin. 152
Titulus digeſtorum qui teſt. fa. non poſsint cur negativè conceptus. 356
L. qui teſtamento §. ejus qui ff. qui teſt. fa. poſſ. rectè à Cujatio reſtituta. 174
Quamde antiquis pro quã acceptum. 102
L. quod dicitur de impenſis in res dot. fact. vera lectio. 194
L. Quoties ff. de ſolut. explicata & cõciliata cum l. ſi creditores C. de pact. 265
L. quoties cuidam ff. ad l. Falcid. emendata. 274

R.

Ratihabitio negotij geſti quid operetur. 400
Rationẽs adminiſtrationis publicæ poſt quæ tempora non retractentur. 119
In redhibitoria quis ordo ſervetur. 412
Refectionis gratiã is cui ſervit' debetur, ad loca non ſervientia poteſt accedere. 149

Digitized by Google

Refectionis vocabulo quid contineatur. 149
Cui reficiendi jus competit, novum opus facere interdictum eſt. 150
L. refectionis ff. com. pręd. emend. & explicata. 151
Regalia quæ ſint & quibus competant. 336
Rei judicatæ exceptioné tria requirere 287
Relegati rerum ſuarum dominio non ſpoliantur. 334
L. relegati in ſ. princ. ff. de pœnis vera lectio. 336
Propter loci religioné citari, aut loco moveri qui nequeant. 63
Reliqua quæ dicantur. 250
Renati Choppini de jure Protimiſeos ſententia notata. 126
Repræſentationis jus quouſq; extendatur, quando, & in quibus locum habeat. 332
L. reſcriptum ff. de pactis, emendata & conciliata cùm L. ſi præcedente § Lucius ff. mand. 300
Res mea mihi ignorãti vendita, ſi juſſũ meo à venditore alij tradatur, preter jus quod venditor habuit nihil tranſlatum eſt. 137
Reſpublica vel vniverſitas pro ſubditorum delictis quæ non coëret cogitur reſpondere. 56
Vti & is qui ſecuritatem promiſit, pro iniurijs quas ipſe coërcere poteſt. 56
Reſtitutio minoris quando fidejuſſori proſit, remiſsivè. 11
Reſtituto omnia redintegrat. 353
Reſtitutiones damnatorum quando valeát. 336
Reſtitutio damnatorum à ſolo Principe fit. 335
Retractus conventionalis potentior conſuetudinario. 245
In retractibus an oblatio pretij ſufficiat. 245
Pactũ retrovẽdẽdi etiã ſucceſſores ligat 245
Pactum retrovendendi impropriè L. commiſſoriam vocari. 244
Idque tam Civili quam Canonum jure licitum. 244
Retrovendendi pactum à fiduciaria veterũ mancipatione quomodo differat. 244
Facultaté retrovendendi, modo ſimpliciter modo ad certum tempus concedi. 244
Ad certum tempus conceſſa retrovendendi facultate, poſt diem oblatio fieri nõ poteſt. 245
Ex pacto retrovendendi fructꝰ quomodo reſtituantur. 246
Pactum retrovendendi vt valeat, cõtractui eſt inferendum. 246
Reus detecto crimine veloci pœna conſumendus. 28
Romanam rempub. ſolám habere privilegium Fiſci. 348
Romanos Latinæ linguæ vſum, etiam exteris nationibus imperaſſe. 76
Ruſticorũ prædiorũ ſervituté medius fundꝰ qui liber eſt impedit, vrbanorũ nõ ité 125

S.

Sacrilegiũ quid & quando cõmittatur. 384
Salarium ejus per quem non ſtetit quo minus operam præſtaret quomodo debeatur ipſi heredibuſue ejus. 374
Salarium ſemel præſtitũ non refunditur infirmitate officiũ ſuſceptũ impediẽte 376
Scientia in contractibus quomodo accipienda. 357
Scipionis Gentilis ſententia ac emendatio improbata. 369
Hodiernus mos ſcribendi ciferis. 232
Securitas quomodo & à quibus impetranda remiſsiuè. 56
Semiplenas cauſarum cognitiones etiam alibi quam pro tribunali fieri poſſe. 166
L. Senatus ff. ad l. Cor. de falſ. emẽdata. 171
Sententia non præjudicat tertio, contra quem lata non eſt. 18
Sententia in alieno territorio executioni quomodo mandetur. 312
Sententia contra heredem lata, etiamſi injuſta ſit legatarijs nocet. 174
Sequeſter quis dicatur. 361

Seque-

Digitized by Google

Sequeſtratio an & quando poſſeſsionē auferat. 362
Sequeſtratio alia voluntaria alia neceſſaria. 363
Sequeſtrationis neceſſariæ cauſæ. 363
Sequeſtratio an & quando per cautionem impediatur. 364
Servitutem legatam ſimpliciter heres per quam velit fundi partem conſtituere nō poteſt. 161
Qui ſervitutem debet ad incommodū ſervitutis ejuſue refectionem nihil facere poteſt. 151
L. ſervum Titij. ff mandati. nova ac ſingularis emendatio & interpretatio. & nu. 10. & per totum. 136
Servos domini voluntate vxorem ducentes aut pileatos in funere incedentes liberos eſſe. 317
Ex contractu an ex vltima voluntate ſervitus debeatur nihil intereſt. 149
Differentia ſervitutis ſimpliciter conſtitutæ, ab ea cui totus ager ſubjicitur. 162
Servos in dominos interrogari nō poſſe 359
Quæſita per ſervum aut liberum hominem bona fide poſſeſſum cui cedant. 158
L. ſervus ſi heredi. ff. de ſtatulib. emēdata & explicata. 249
L. ſervus hereditarius de ſtip ſervor emendata. 352
L. ſi à bonæ fidei 21 L. ff. de rei vend. emendata. 53
L. ſi ad reſoluendam C. de præd. & alijs reb. min. cum l. 1. ff. eo tit. conciliatæ. 140
L. ſi cui 31. §. ſi ſub cōditione ff. ad trebell. emend. & explicata. 97
L. ſi cui ſimpliciter, ff de ſervitutibus, emēdatio. 160
L. ſi cujus rei §. ſed ſi inter duos ff. de vſuf. vera lectio indicata. 345
L. ſi ego ff. ſi cert. pet. & L cū in corpus ff. de acq. rer. dom. conciliata & novè explicata. [illegible]4
L. ſi ex duobus ff. de nox. action. vera lectio & interpretatio. 222
L. ſi ex pretio C. ſi cert. pet. novè declarata. 179
L. ſi ex toto §. 1. de Legat. 1. ſingulariter explicata. 266
L. ſi finita §. poſteaquam ff. de dam. infect. explicata. 7
L. ſi fuerit ff. de reb. dub. vera lectio & interpretatio. 225
C. ſignificavit de cenſ. ex lib. manuſcr. ſuppletio. 26
Verbū Sino quam ſignificationē habeat. 56
L. ſi in emptionem ff. de minoribus emendata & explic. 38
L ſi in areā ff de vſufr. caſtigata. 346
L. ſi is cū quo. 20. ff com. divid. nova & ſingularis interpretatio, rejectâ Rævardi correctione atque ſententiâ. 67
L. ſi is qui ff. de vulg. & pup. ſub vera lectio. 274
L. ſi iter ff. de ſervitut. emendata. 171
L. ſi judex. 41. De minoribus, emendata. 60
Simile non eſt idē cū eo cui aſsimilatur. 355
Simplici' veteres pro ſimpliciter accepiſſe. 160
Singula momenta conſiderari quomodo dicantur. 158
L. ſingularia ff. ſi cert. pet. Et l. qui negotia ff. mandati. interpretata & invicem conciliata. 181
L. ſi oves ff. de abigeis emendata. 172
L. ſi pariter ff. de lib. cauſa reſtituta. 344
L. ſi poſtulaverit §. notandum. de adulter. emendata. 172
L. ſi quæ ſunt cautiones ff. fam. herciſ. mendo liberata. 206
L. ſi quis ab alio 13. §. 1. ff de re jud. emendata. 55
L ſi quis rationes ff. de liberat. leg. emendata. 250
L. ſi quis forte ff. de pœnis emendata & explicata. 29
L. ſi quis vxori. §. ſi fugitivum ff. de furt. emendata. 115
L. ſi quis hac lege ff. de rei vend. emēdata & explicata. 57
L. ſi ſervus hereditarius in f. de ſtip. ſer. emendat. 278

L.ſi ſervum ſtipulatus.91.ff.de verb.oblig. emendata & explicata. 14
L.ſi ſervus ſervum §.item ſi ſervus ad L. Aquil.emendata. 279
In l.ſi ſervus 50.§.1.de legat.1.negationẽ à Cujatio rectè detractam. 174
L.ſi ſic ſtipulatus de verb.ob.emendata & explicata. 404
L.ſi re bonis C.de jur.deliberand.emendata.& explicata. 177
L.ſi Titiò fructus ff.de vſuf.novè ac ſingulariter explicata. 287
L.ſi verò plures 5.§.1. De his qui dejecerunt vel effuderunt reſtituta. 57
L.ſtatuliberi ff.de ſtatulib.emendata & cõciliata cum l.moris ff.de pœnis & l.ſtatulib.de quæſt. 388
L.Stichum §.aditio & §.quod vulgo ff.de ſolut.vera lectio & explicatio. 10
Socium beneficium competentiæ habere, etiamſi non ſit omnium bonorum ſocius. 351
Societatem & purè,& in diem, & ſub conditione contrahi. 147
Solutionem vnius correi alijs etiam non acceptantibus ad diviſionem proficere.766
Solutio vnius correi quando alijs ad diviſionem non proſit. 267
Sophocles à filijs vt furioſus in judiciũ vocatus. 183
Sponſalia non contrahi ſi minor 12.annis in domum mariti inducta ſit. 396
Statuliberum in publicis judicijs non vt ſervum ſed vt liberum puniri. 390
Statui ex quo pœna infligitur forma attendenda. 339
Stipulatio hęc neque per te neque per heredem tuum vim fieri quid contineat. 404
Subditos ob nimiam crudelitatem à domino poſſe recedere. 324
Subſidiariam actionem ex quaſi contractu profluere. 114
Actio ſubſidiaria vltimum remedium. 112
Subſidiariam actionem ſolis pupillis non etiam contutoribus competere. 112
Subſidiaria actio quando ceſſet. 112
Subſidiaria actio pupillis prodigis &c. adverſus Magiſtratus prodita. 110
Eamque & hæredi & in hæredes concedi. 111
Adhibitâ tamen diſtinctione cum in hæredes datur vtrum dolus an culpa intervenerit. 111
Eâdem diſtinctione retentâ, optionem cõcedi ei qui pupillus fuit quem ex magiſtratibus convenire velit, ſi modo omnes ſoluendo ſunt. 111
Per alium ſuccedere quis dicatur. 109
Succeſſores ad fœderum obſervationẽ teneantur,& quando fœderibus contravẽtum cenſeatur. 88
§.ſui autem & §. cum filius.Inſt.de her.quę ab inteſt.emendati. 331
Sumptus quærendorum fructuũ gratia facti, in fructus imputantur, & vel à malæ fidei poſſeſſore deducuntur. 195
L.ſumptus.& l.emptor ff. de rei vend. explicatæ.rejecta Copi, Holoandri & Tiraquell.ſententia. 202
L.ſunt qui in id ff.de re judicata. emendata & novè conciliata cum l.verum in princ. ff pro ſocio. 350.

T.

Taciturnitas quando tacenti præjudicet? 267
Ταγμα quid ſignificet. 369
Tenor ætatis quid ſignificet, 330
Teſtamentum notis ſcriptum non valere, vt nec alias notæ ad probandum ſufficiunt. 233
Ex teſtamento vno tantum modo hæreditatem acquiri,ab inteſtato varijs modijs. 107
Teſtamenta omnia publici juris eſſe. 356
De pendentibus ex teſtamento niſi inſpectis verbis teſtamenti tranſigi nõ poſſe.75
Teſtatoris conditionem quæ mortis tempore

Digitized by Google

pore fuit inſpici. 330
Terminorum auulſio aut everſio quomodo punienda. 105
Theſaurus quid ſit. 33
Inventus cui cedat. 33
Theſaurus magicis artibus juventus fiſco cedit. 33
Conſuetudo Theſaurum non vno modo diſtribuit. 36
Pecuniam deperditam vel metus cuſtodięve cauſa reconditam Theſaurum non cēſeri. 36
Theſauri effodiendi facultatē olim à Principe impetrari debuiſſe. 36
Theſaurus ex monumento, Itemq; res privatorum è loco ſacro ſublatæ, furti tantū actionem conſtituunt. 384
Inventor Theſauri ſi dolo id celet, totū cedit loci domino. 34
Theſaurus in loco religioſo inventus cui cedat, & antinomia l. 3. §. ſi in locis de jure fiſc. cū §. Theſauros Inſt. de rer. diviſio. conciliata. 34
Beneficiarij poſſeſſores, Theſaurum inventum anretineant. 35
Tiraquelli ſententia notata. 240
L. Titia ff. de manumiſſ. teſt. explicata, rejectā Curtij Decij & Bartholi ſentētia. 242
L. Titio §. Titius ff. ad municipalem emendata & ſingulariter explicata. 177
L. Titius heres Sempronij. De actionibus empti. vera lectio & declaratio. 191
Trahere reliqua quid ſignificet. 249
Trajectitiam pecuniā quandiu navigat navis infinitas vſuras recipere. 117
Trajectitiam pecuniam infinitas vſuras recipere. 218
Trajectitij contractus, exempla reprobata Molinęi ſententia. 218
Trāſportum coram judice factum niſi decretum adſit nihil operatur. 141
Tranſitu exercitui per territorium conceſſo quid contineatur. 162
Trāſverſales omnes in capita ſuccedere. 332
Treuga ſive Induciæ quid ſint. 80
Tribonianum omiſſe conſtitutionem Cōſtantini, & duas alias mutilaſſe. 91
Tribonianū multa l C. reſponſa reformaſſe. 215
Tribunatus numerorum quid fuerit. 207
Turpis conditio an ad hæredis an alterius emolumentum remittatur multum intereſt. 100
Tutor à pupillo cujus tutelam gerit emere nihil poteſt. 30
Fallit ſi obligationē cum Patre pupilli contractam impleat, aut emptore non ſolvente, ipſe eodē pretio rem retineat. 31
Tutoris & judicis dandi poteſtatem nō eodem modo competere. rejectā Fulgoſij ſententiā. 132
Tutor pupillam ſuam ducere prohibetur. 329
Tutor authore contutore cum pupillo rectè contrahit dum mala fides abſit aut captio. 31
Tutor cui à prætore permiſſum eſt rem pupillarem vendere an eam obligare poſſit & econtra. 57

V.

Vaſalli ſive clientes ad quid domino teneātur. 324
Vacantia bona in multiplici differentia eſſe, & diverſis applicari. 275
Vectigal pro transferendo defuncti corpore nulla lege inveniri inductum. 167
L. veluti ff. de pœnis emendata. 247
De vectigalium ſolutione & commiſsis remiſsivè. 103
Venditiones temerè reſcindi non debere. 364
L. venditos C. de reſc. vend. emendata & explicata. 365
Vendens rem ſuam quā defunctus cui ſucceſsit emerat, non contra emptorā ſuū, ſed adverſus defuncti venditorem experitur. 138
Inter venditionem & promiſsionem ven-

dendi quoad l.commiſſoriam nihil intereſt. 241
Venditor negotia emptoris gerens,an liberetur ab actione redhibitoriâ. 412
Ventri quanta portio ſervetur. 391
De verbis quibuſdam communibus quorũ ſignificatio inuſitata eſt. 221
Veteres multa activè enuntiaſſe quæ nos paſsivè pronuntiamus. 213
Veteres in variâ diverſâque materiâ ſcribere ſolitos. 227
Veterum ſcribendi mos ab hodierno quantum variaverit. 105
Veteres literarum geminatione ante Ennij tempora non vſos. 370
Via ſi deperierit,quando ad alias partes redire liceat. 162
Viam primo ingreſſus eam præoccupaſſe cenſetur. 317
Via ſimpliciter per fundum conceſſa, quomodo totus fund' cenſeatur affect'. 161
Victoria hæredis,quomodo ei, qui poſtea apparuit coheres,proſit. 117
In victos iracũdiam & vltionem ferè exerceri. 85
Victi quomodo mulctandi. 85
Viſiones quid Iuſtin. & IC.ſignificent. 215
Vlpianum cavillis ac equivocatione delectatum. 385
Vlpianus quis fuerit,eumque ante Paulum ſcripſiſſe. 319
L.vlt.C.de off.rect.pro.malè ei titulo cohærere,ejuſque inſcriptio ac ſubſcriptio emendata. 379
L.vlt.C.de Mag.conuen. emendata & explicata. 114
L.vlt.§.cum igitur C.de jur deliber.emendata. 172
L.vlt.ff.de minor.explicata. 403
L.vlt.ff.de ad.& per.tut.emendata & explicata. 402
L.vlt.de in integ.reſtitut. vera lectio. 308
Vniverſitatis conſiderationem ſingularem ſepè effectum producere. 295 296
Volones qui fuerint. 327
Voluptuariæ impenſæ quæ ſint. 195
Vrbana ſervitus conſpectum prædij ſervientis requirit,ruſtica non item. 126
Hodiè ex Iuſtiniani Conſt. omnes vſuras referri ad probabilitatem ejus quod intereſt. 219
In omnibus in quibus ſubitur periculũ ſortis, majores vſuras communibus licet exigere. 219
Ceſſante periculo marino vſuras ad legitimum modum ſtatim revocari & duplum nunquam excedere. 117
Vſusfructus proprietatem ſuam ſemper aſpicit,& faciliimè cum eà conſolidatur. 285
Vſufructu legato,an vſus ſine fructu, itemque fructus ſine vſu adimi poſsit. 343
Vſufructuarius & is qui ex fideicommiſſo rem cogitur reſtituere, quas impenſas deducant. 201
Vſumfructum areæ per inædificationẽ extingui,itemque per demolitionem reviviſcere. 346
Vtiles impenſæ quæ ſint. Et l. impenſę de verb.ſignif. vera lectio & interpretatio. 194
Vtiles impenſæ ſi admodum magnæ ſunt, domino quomodo ſuccurratur. 204
Vua in homine quid. 386.

Z.

Zeno imperator qualis fuerit. 115

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google